CRISTOPHO
RI MARCELLI PATRITII VENE
TI ARCHIEPISCOPI CORCY
RÆ, DE AVTHORITATE SVM
MI PONTIFICIS ET HIS
QVAE AD ILLAM PER
TINENT. ADVERSVS
IMPIA MARTINI
LVTHERII DO-
GMATA.

Quantoq; melius, & utilius ſit unū reipu. caput ꝙ plura. Qua ratione effectum, ut epiſcoporum electiones ſint ſummo Pontifici reſeruatæ, & quomodo Moſes, & Aaron primi Sacerdotes ſint habiti. Cap. XX.
Quo pacto dictum illud Pauli a canoniſtis acceptum. Tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt legē transferri, itelligi debeat. Cap. XXI.
Congruam eſſe conſuetudinem, qua pro fidelitate Apoſtolicæ Sedi præſtanda, iuramentum ab epiſcopis ſingilatim exigitur, contra Martinum. Cap. XXII.
Quomodo lex Euangelica iurare prohibeat, & permittat, neq; obſtare Pontifici id à nullo eſſe concilio declaratum, quoniam illo ſuperior eſt, ꝙ præſertim ſine eiusmodi authoritate conuocari non poteſt. Cap. XXIII.
Morſuū Lutherianorum in Pontificiam dignitatem, in concilium Lateranenſe proxime celebratum reiectio, & ꝙ legitime fuerit eo concilio de imortalitate aīæ à patribus ꝓmulgatū. C. XXIIII.
Ex diui Hieronymi ad Euagriū epiſtola, ac Pauli ad Titum, & ad Philippenſes ſententia quomodo epiſcopus ſit mero ſacerdote ſuperior, cui concors eſt Dionyſius, Auguſtinus, Euangelica interpretatio, Chriſti exemplum, quo etiam pacto Lutherius in ſua digreſſione ſe hæreticum, & ſibiipſi uno eodem ſcribendi tenore contrarium faciat. Cap. XXXV.
Ex Gregorii in regiſtro ſententiis pluribus œcumenicum Romani Pontificis Principatum oſtendi, neq; ſoli Petro, & non ſucceſſoribus ob uitæ ſanctimoniam, ſummam illam à domino conceſſam authoritatem fuiſſe. Et quomodo ſe item hæreticum Lutherius faciat. Cap. XXVI.
Ex Euangeliſtarum ſententiis, quibus nullum inter Apoſtolos maiorem dominus ſtatuiſſe legitur. Principatū nō tolli. Ca. XXVII.
Quomodo coapoſtolus dictus eſt Petrus, an q; de iis, quæ ad iudæorum cærimonias pertinerent, ipſe, aut Iacobus ſententiā in cōcilio tulerit, et cur loco Iudæ ñ elegerit ſolus ipſe Mathiā. c. xxyiii.
Quo pacto ſi Pauli ad Galatas. ii. de cærimoniis iudeorum in Petri faciem facta repræhenſio uera ſit, multo maiori repræhenſione ob eammet cauſam dignus Paulus uidebatur. Et quomodo non uera, ſed diſpenſatoria iuxta Hieronymi ſententiam Pauli repræhenſio fuit, uel ſi uera, ut Auguſtinus ſentit, quomodo excuſandus eſt Paulus. Et deniq; qualiscunq; fuerit illa, non ſequi ꝑ

pterea Petrum Paulo non eſſe maiorem. Cap. XXIX.
Quod Victor Romanus Pon. q ob negligentiam obſeruationis paſchatis extra diē dñicam aſianas Eccleſias execratus eſt, ab Hireneo galliaꝶ ep̄o repræhēſus eſt. Et Anicætus Policarpo ſmirneorũ ep̄o hac in re ceſſerit. Iuliumq; primũ ab orientalis Eccleſiæ ep̄is de conciliis cōuocatione fuiſſe neglectum, nõ arguit, Romanũ Pont. non eſſe omnibus aliis ſuperiorem. Cap. XXX.
Si conſtã.iiii. græcorum imperator ſtatuit Romanũ Pont. in ſuperiorem haberi, aut male ſtatuit, aut qđ iam à dño inſtitutum fuerat declarauit, & qũo Auguſtinũ, Cyprianũ, alioſue oriētales ep̄os à Romana ſede confirmatos, & eoꝶ concilia illius authoritate cōuocata fuiſſe, omneſq; epiſcopoꝶ electiones ab ea pependiſſe intelligere debeamus. Cap. XXXI.
Epiſcopos aut imperatores ſi Papam aliquem depoſuerint nõ authoritate. Sed ui, & inſolentia illud egiſſe, et quomodo licet Petrus in Pont. Succeſſores habuerit, alii tamen in Apoſtolatu nõ habuerunt Apoſtoli, deq; primitiua Eccleſia, & præcipuarum Eccleſiarum ordine. Cap. XXXII.
Quid Nicena ſynodus de urbis Romæ, & Alexandriæ habenda ſollicitudine, de epiſcopoꝶ inſtitutione, de Hieroſolymit. Eccleſiæ prærogatiua ſtatuerit. Cur p Apoſtoloꝶ ordinem aliæ Eccleſiæ inſtitutæ non fuerint, quomodo duplex in Eccleſia caput, meruſq; ſacerdos in neceſſitatis caſu quum Papa, aut ep̄s non ſit, ea quæ ad ipſum pertinent, ualeat exercere. Cap. XXXIII.

Primæ Sectionis libri ſecundi Index.

CHRISTOPHORI Marcelli Patritii Veneti Archiepiſcopi corcyræ. De tribus, quæ ſuperiore libro tractanda ſupererant, primæ ſectionis ſecundi Li. præfatio. Cap. I.
Duæ rõnes cũ ſolutiõibus qbus ep̄m aliũ eſſe à mero ſacerdote oñditur, & quibus caſibus poſſet ponti. ſummus omnes epiſcopos de medio tollere. Cap. II.
Confirmationis officium ſolis epiſcopis conuenire. multiplici ratione in dubium uertitur. Cap. III.
Obiectoꝶ ſolutiões, qbus oñdit cõfirmationis negotiũ diuino iure īſtitutũ Apoſtolis prius, et deinde ſolis ep̄is cõuenire ut eoꝶ met apoſtoloꝶ geſta, Dionyſius, & pontificum decreta declarant: Atq; ob eam cauſam Gregorium Ponti. q̄ meris ſacerdotibus cõ

DE AVTHORITATE SVMMI PONTI/ficis, & his, quæ ad illam attinent, Contra Martinum Lutheriũ primæ ſectionis. Primi Libri Index.

CHRISTOPHORI Marcelli Patritij Veneti Archiepiſcopi Corcyræ De hæreſis prauitate, & Martini perfidia Lib. I. primæ ſectionis præfatio. Cap. I.

Qua de cauſa ſit motus author operis ad ſcribendum. Cap. II.

Primæ rationis deſtructio, qua Lutherius ſola Dei uoluntate conatus eſt oſtendere pontificiam monarchiam ſubſiſtere, ubi q̃q; rationibus increpatur. Cap. III.

Secundæ, tertiæ, quartæ, & quintæ rationis impugnatio, quibus à Lutherio tolerandus pontificius principatus nullo ſcripturarum teſtimonio oſtendebatur. Cap. IIII.

Sexta Lutherij ratio de conſenſu populi impugnatur, & quomodo poſt ſcripturas naturali potius ratione pontificiæ ditioni credendum eſt, quæ Pauli, Ioannis, & aliorum ſententijs comprobatur. Cap. V.

Deteſtandæ ac execrabiles ex præcedentibus Lutherij rationibus deductæ concluſiones, quibus improuidum fuiſſe Chriſtum, & alia prophana aſſerere cogitur. Cap. VI.

Quomodo per euangelicos textus, ſanctoſq; illorum interprætes, & generalia concilia demonſtretur à Chriſto ſummam poteſtatem fuiſſe Petro concœſſam. Cap. VII.

Rationes Lutherij adductæ aduerſus Euangelici textus Mathei xvi. ueriſſimam expoſitionem impugnantur, & oſtenditur non ſolum à domino per ea uerba promiſſam, uerũ ẽt conceſſam Petro poteſtatem fuiſſe. Cap. VIII.

Rationes Lutherij deſtruuntur, quibus oſtendere conatus eſt nulli certæ perſonæ, ſed eccleſiæ claues datas fuiſſe. Cap. IX.

Ex Euãgelico Mathei textu cap. xviii. idem, quod. xvi. cap. ſcribitur, de ſumma Petro, & conſequenter alijs apoſtolis, ſed longe inferiori poteſtate conceſſa, haberi, & quomodo de paſſionis myſterio tunc non erat inſtructus Petrus, cui etiam nunquam deſuit fides. Quo pacto traditæ ſunt eius ſucceſſoribus claues. multa Lutherii diſſoluuntur obiecta. Cap. X.

Diluuntur nouæ Lutherii quæſtiones, quibus nititur oſtendere petram ex ſcripturis Petro non conuenire, neq; ipſum eſſe caput,

aut fundamentum eccleſiæ, neq; poteſtatem eius ſucceſſoribus traditam, neq; ullam eſſe inter apoſtolos diſparitatem, quamq; falſo africanum, nicænum, conſtantienſe concilium interprætetur. Cap. XI.

Alia Ioannis ultimo authoritas examinatur, qua executoria poteſtas Petro conceditur, quomodo omnium ouium ſit paſtor Petrus, deq; triplici cordis, animæ, & Dei ad paſtorem eccleſiæ cõparatione, quo etiam pacto amor ſeu charitas non adminiſtrationi ſimpliciter, ſed bonæ adminiſtratiõi ſupponitur. Cap. XII.

Defenſio LEO. Põtificis. xix. diſt. ca. ita dñs. de ſoliditate Petri, de Romanæ eccleſiæ iuriſdictione, de eius ſono in totum terrarũ orbem diffuſo à Lutherij morſibus, qui etiam ſibiipſi contrarius ſciſmaticus, & hæreticus ex uerbis eius oſtenditur. Cap. XIII.

Saluus eſſe Leo. IIII. oſtenditur diſt. xx. cap. de libellis à prauitate Lutherii dum non recipientes per contemptum eccleſiæ Romanæ ſtatuta, neq; catholicam retinere fidem, neq; Euangelia quattuor admittere profitetur. Cap. XIIII.

Quam bene, & laudabiliter ſanctus Dei uir Iſidorus pontificem Romanum ſacerdotum omnium principem interpretatus ſit, et quomodo africana & calcedonenſis ex aduerſo allatæ ſynodi intelligantur. Cap. XV.

Anacletus. xxi. diſt. cap. in nouo. Quomodo ſacerdotii ordinem à Petro cœpiſſe uoluerit. Et Pelagius Romanam eccleſiam aliis diuinitus præpoſuerit. Cap. XVI.

Romana eccleſia quomodo aliarum mater, ſolaq; à Deo inſtituta eſſe dicatur ex Nicolao pontifice. xxii. diſt. neq; tamen ſufficiat, uelato etiam, aut breuiſſimo uerborum compendio ſolitum eſſe apud omnes nationes ſacra myſteria pandi. Cap. XVII.

Perfectæ eccleſiæ fundamentum eſſe Petri perſonam, fidem, & poteſtatem, imperfectæ uero perſonam cum fide. Item diſpoſitionem potius eſſe fidem q̃ eccleſiæ fundamentum. Quo ẽt modo ratione perſonæ Petri, & ratione dignitatis in ſe Romanus põtificatus ſit diuinitus principatui generali coniunctus, & alia circa hoc memoratu digniſſima. Cap. XVIII.

De patriarchalium ſedium ordine, & de eius mutatione, quo ẽt pacto q̃ diuinitus inſtituta ſunt, ualeãt cõmutari. Cap. XIX.

Quanta poteſtatis diſparitas inter Petrũ & diſcipulos alios facta ſit, ex euangeliis, et apoſtolorũ geſtis latiſſime poſſe cõpræhẽdi.

T ria iudicia, tria fora, tria tantum pœnarum genera. Quæ ſint pro erratis hominibus infligenda. Cap. XII.
S atisfactionem quæ tertia pœnitentiæ pars eſt, & ſacramentalis uocatur, neceſſariam eſſe pro Dei offenſa. Cap. XIII.
Quod Lucas de Ioanne turbis reſpondente circa ſatisfactionis præceptum ediſſerit, cum Mathei, & Marci, & prophetarum ſententijs conciliatur. Cap. XIIII.
D e ſatisfactione an morituris necne, et qualis imponenda ſit. Nunquid, & quomodo per uoluntariam mortem euolet aĩa. C. XV.
L icet in dandis pœnitentijs Pontificum decreta non ligent, non tollitur tamen eas iniungẽdi authoritas ſacerdotis arbitrio, deq; pœnitentiæ reſeruatione, & commutatione. Cap. XVI.
Quoniam ignotum eſt quanta contritio, aut à ſacerdote iniuncta ſatisfactio ꝑ erratis ſufficiat, quemlibet pœnitentem ſibiipſi debere quicq̃ pœnarum aſſumere, & multæ diluuntur oppoſitæ quæſtiones. Cap. XVII.
C ur primis Eccleſiæ temporibus ſolebant pœnitentiæ inflictæ abſolutionem præcedere, quo etiam pacto in utraq; conſuetudine ſemper neceſſaria fuerit ſatisfactio. Cap. XVIII.
C ompluribus ſacrarum æditionum ſententijs, & rationibus haberi purgatorii pœnas non in horrore, pauore, et timore, ſed in triſtitia, & mærore conſiſtere. Cap. XIX.
R ationes, & ſententiæ, quæ ex oppoſito allatæ ſunt, diluuntur, & in authorem complures facile retorquentur. Cap. XX.
S ecuritati, quæ cœleſtem beatitudinem comitatur, non timorem, ſed dolorem inferni eſſe contrarium, animasq; in purgatorio ſperare exitum abſq; ullo (non dicam) deſperationis, ſed ambiguitatis ueſtigio. Cap. XXI.
I n purgatorio per diminutionem horroris charitatem nequaq̃ ꝑficere, ubi merẽdi, aut demerendi locus eſſe nõ poteſt. C. XXII.
D uarum Lutherii rationum ſolutio, & quo pacto in Charitate medio modo in purgatorio ſe habeant animæ, dumq; ex hac uita in aliã migrãt abiiciũt mortis, & inferni timorẽ. C. XXIII.
S ex rõnũ ĩpugnatio ꝗ charitatis augumẽto ĩ purgatorio, idq; cur potius punitoriũ non appellet̃, & quomodo authore Gregorio errata uenialia in futuro ſæculo dimittantur. Cap. XXIIII.
N oua rõnũ ſeries ꝗ charitatis ĩcremẽto ĩ purgatorio diſſipat̃, ĩparũq; ĩ eo degẽtiũ aĩaꝝ nõ obliquũ, ſed rectũ amorẽ exiſtere. c. xxv.

IMPVGNATIO defenſionis Lutherii à nonnullis rationibus aduerſus propriam ſententiam factis, quibus nullum in purgatorio meritum oſtendebatur. Cap. XXVI.

SECVNDAE ſectionis libri ſecundi Index.

CHRISTOPHORI Marcelli, Patritii Veneti archiepiſcopi corcyræ ſecūdæ ſectionis ſecundi Libri præfatio. Cap. I.

De remiſſione culpæ, cuius declarator ſit ipſe ſacerdos, contritionemq; nō eſſe confuſionem, ipſumq; hæreticum eſſe Lutheriū, qui hæreticum aſſerit credentem poſſe quempiam, à peccatis abſolui ſine ſpeciali conſideratione, et fide eorum uerborum, quodcunq; ligaueris ſuper terram. Cap. II.

Compluribus rationibus conuincitur contra Martinū, Papam poſſe non modo Canonicas, uerumetiam purgatorias pœnas dimittere. Cap. III.

Oppoſitum conatus eſt Martinus pluribus argumentationibus explicare. Cap. IIII.

Quomodo ſecundum proportionem ligandi & ſoluendi æque ſunt in ſummo Pontifice poteſtates, quo etiam pacto poteſtas eius ſup terram eſſe intelligatur. Cap. V.

Papæ autoritas, etiam ubi nullum poteſt ferre iudicium, operatur, quumq; plenarias indulgentias tribuit, ad purgatorias pœnas illas extendere intelligitur, & de modo confeſſionis digreſſio contra Martinum. Cap. VI.

Quomodo indulgentiæ ſatisfactiones pro peccatis eneruant. Cur etiam à certo tempore citra ampliſſimo ueniarum beneficio utatur Eccleſia. Cap. VII.

Indulgere per modum ſuffragii purgantibus animabus ſummo tātum conuenire pontifici, neq; id ſatisfactionis, aut donatiōis, ſed diſpenſationis potius nomen ſubire, q̄ uirtute meritorum chriſti, neq; ſecus fieri poteſt. Cap. VIII.

Non plus debere ueniarum præcones de ueniarum ualitudine prædicare, q̄ in literis contineatur. Neq; omnes animas debere pontificem, aut uoluiſſe Chriſtum per deſcenſum ad inferos à purgatorio liberare. Cap. VIIII.

Ineptiſſima Lutherii comparatio, & in eius mordacitatem, qua

firmandi licentiam dederit, aberraſſe. Cap. IIII.
De ordinis collatione quæſtiones plures, deq; nouenario, qui tri‑plicem ierarchiam conſtituat, ordinum numero, ſolosq; ep̄os ue‑ros ordines poſſe conferre, & aras inungere. Cap. V.
Non ſemper à ſummis ſacerdotibus factas eſſe regum aut Pontifi‑cum unctiones quæſtionibus diſputatur. Cap. VI.
Reſponſiones ad p̄dicta, & q̄uo ſummus erat ſacerdos Moſes, & maiores ſacerdotes, q ungerēt, habebant apud hebræos. C. VII
De ſecundo loco à principio libri huius propoſitis quæſtionibus, et de apoſtolorum ab aliis diſcipulis facta diſcretione. Cap. VIII.
Rationes quibus aſtrui merito uideretur poſt dñi paſſionem, in ſa‑cerdotes fuiſſe apoſtolos inſtitutos. Cap. IX.
Longe anteq̄ dominus è uita migraret, ſacerdotii inſignia apo‑ſtolos ſuſcepiſſe, & tum q̄dem, quū pro curanda fideliū meſſe ue‑luti p̄ſtantiores fuerūt ab eomet dño cōuocati. Cap. X.
Nullam ſacerdotii poteſtatem apoſtolis poſt ſegregationis eorum diem, Sed exercendorum, aut conficiendorum ſacramentorum for‑mam à dño fuiſſe conceſſam. Cap. XI.
Alios chriſti diſcipulos, qui ſeptuagintaduo numero deſcribūtur, uiuente dño ſacerdotes inſtitutos fuiſſe. Cap. XII.
Solum Petrum à dño in humanis agente epiſcopum inſtitutum fuiſſe compluribus rationibus dubitatur. Cap. XIII.
Non ſolū Petrū, ſed ēt apoſtolos alios à chriſto (licet longe diſpa‑riter) una, et eadē uerborum ſerie ep̄os inſtitutos fuiſſe. Ca. XIIII
De tertio, quod hoc in libro diſcutiendum erat, an. ſ. fides, et quæ pontificiæ inſtitutioni ſit neceſſaria, quæ maxime utilis, & quo‑modo ſit iuſtis hominibus uita. Cap. XV.
Sine fide mortuum eſſe Pontificem. i. diuino iure authoritate pri‑uatum rationibus ueris oſtenditur. Cap. XVI.
De differentia aliorum epiſcoporum à ſummo Pontifice ſi impie‑tatis labem incurrerint. Cap. XVII.
Sæculari dignitate diuino iure priuatur hæreticus etiā ſi impe‑rialis fuerit, licet à ſubditis, aut ob euitandum mortis periculū, uel ut eum lucrifaciant, debeat, tolerari. Cap. XVIII.
Rationes complures, quibus aſtruitur tam in ſacerdotis inſtitutio‑ne, quàm in ſacramentorum collatione non eſſe neceſſariam fi‑dem. Cap. XIX.
Ad ſacerdotii, & omnium ſacramentorum collationem tam in cō‑ferente, q̄ in ſuſcipiente non eſſe neceſſariam fidem ſi res à ſacra‑

mento diſtinguitur, quæ etiam uno modo tam poteſtati ordinis q̃ iuriſdictiõis hæc neceſſaria eſt, altero autem iuriſdictionis du-taxat, deq; iſtarum duarum poteſtatum conuenientia, & nobilitate. Cap. XX.

Rationes Lutherii undecim, quibus aſtruere conatus eſt neminẽ ſine certa fide, non ſolum abſolute, ſed etiam iuſtificationis futuræ poſſe iuſtificari. Cap. XXI.

Non eſſe neceſſariam pro ſuſceptione gratiæ in ſpeciali fidẽ, uelut neq; intentionẽ, ſed in qbuſdã uniuerſalẽ ſufficere. Ca. XXII.

Reſponſiones ad undecim (quas ex aduerſo poſuerat) Lutherii rationes. Cap. XXIII.

SECVNDAE ſectionis libri primi Index.

CHRISTOPHORI Marcelli, Patritii Veneti archiepiſcopi Corcyræ ſecundæ ſectionis Libri primi in Martinum Lutherium præfatio. Cap. I.

De pœnitentia, & pœnis agendum, & quomodo indiſſolubili ſe nodo Lutherius implicet, dum per totam uitam pœnitentiam agendam eſſe commemorat. Cap. II.

Dari habitus in anima contra Martini ſententiam. Cap. III.

Impoſſibilia deum nobis nequaq̃ imponere, quo ẽt pacto p̃ totã uitã intelligendũ ſit nos debere pœnitentiã agere. Cap. IIII.

Non ſub peccato hominem Deus conſtituit, ut eius miſereretur, quod aſſerebat Lutherius. Cap. V.

Dictum domini Mathei. iiii. pœnitentiam agite. ad ſacramentalem pœnitentiam poſſe accõmodari, eamq; diuino iure ab omnibus fidelibus obſeruandam eſſe. Cap. VI.

Satisfactionem non eſſe ſolum ab eccleſia inſtitutã, & quot modis pœnitentia intelligi ualeat. Cap. VII.

Interiorem pœnitentiã ſine corporis afflictiõe pro erratis ad ſalutẽ ſufficere, licet huic iuncta ſit ſalubrior animæ. Cap. VIII.

Non debere ſe odio habere hominem uſq; ad introitum regni cœlorum, ut fallaciſſimus Lutherius aſſerebat. Cap. IX.

Mortis pœnam nequaq̃ manere, neq; timorem mortis ipſa morte grauiorem eſſe. quo ẽt pacto Iudicium, infernum timore, & cõſcientia formidare debemus. Cap. X.

De pœnarum generibus, & quomodo quædam pœna pœnitenti neceſſaria eſt, quæ ſibiipſi præter eam, quæ a ſacerdote iniungit̃ ſuſcipit perſoluendam. Cap. XI.

& pontifices, & ſuũ ſæculũ deteſtat͂ authoris inuectio. Cap. X.

Fallaces Lutherii rationes, quibus ex declaratione de ueniarum plenitudine à Sixto Pontifice, Maximo, nouũ articulum fieri à Papa, aliaq; inſulſa & erronea commentus eſt. Cap. XI.

Interpretandi ſcripturas à ſummo Ponti. cauſam exquirendam nõ eſſe, ſupra Papam non eſſe concilium, cuius etiam quantum ualeat declaratio. Compluresq; Ponti. maximos ampliſſimas indulgentias conceſſiſſe. Cap. XII.

Per uarias rationes à defunctis indulgentiarum ſuffragia tollere Martinum conari, quæ diſſoluuntur omnes, & quo etiam pacto exaudiat & retribuat Deus. Anq; omnes animæ uelint a purgatorio redimi. Cap. XIII.

Nulla eſſe ſanctorum merita, quæ in Theſaurum Eccleſiæ nobis relicta ſint rationibus Lutherianis diſcutitur. Cap. XIIII.

Ratione unica, & ſenſatiſſima oſtenditur aliqua ſanctorum merita pro theſauro Eccleſiæ nobis fuiſſe relicta, & diſſoluuntur oppoſitæ rationes. Cap. XV.

Merita Chriſti non eſſe Theſaurum aſſeruatum Pontifici pro ueniarum diſtributione diſcutitur. Cap. XVI.

Deſtructiones earum rationum, quibus Chriſti merita per indulgẽtias diſpenſari non poſſe uidebantur, & quomodo ex authoritate Eccleſiæ, diuinaq; iſtitutione oppoſitũ deducat͂. Ca. XVII.

Captiones Lutherii diſſoluuntur, & quomodo chriſti merita per claues pontificias facilius, nobilius liber, alius, q̃ per alia media fidelibus diſtribuantur. Cap. XVIII.

Digreſſio aduerſus Martini digreſſionem, qua non eſſe philoſophorum dogmata à noſtris lectionibus abiicienda docetur, uelut eius præferebat inſcitia. Cap. XIX.

REVERENDISSIMO AC ILLVSTRISSIMO
.S. .R. .E. Vicecancellario Domino meo. Do/
mino Iulio Ti. San. Laurent. in damaſo
Præsbytero Cardinali de Medi
cis Chriſtophorus Mar
cellus Archiepi
ſcopus cor
cyræ:

.S. .P. .D:

f OELICIBVS TVIS AVSPICIIS
Ampliſſime Cardinalis Meum hoc de authoritate
ſummi Pontificis opus emittitur. Vt qđ DEO OP
TIMO MAXIMO placiturum ſpero, Reli/
gioſiſſimi (ut es) hominis nutu æditum piæ mentes intelligant:
In quo, & CHRISTI SERVATORIS, & LEO
NIS .X. Innocentiſſimi Principis. (Cuius ipſe Leuamen es, ſe
cretiorisq; animi Corculum) & totius Eccleſiæ negocium conti/
neri percipiant, necnõ ex his uni ſi quis impudenter offecerit, ſe/
totũ hunc candidiſſimum nexum Labefactaſſe cognoſcat. Vale.

CHRISTOPHORI MARCELLI ARCHI EPISCHOPI CORCIRAE DE HERE SIS PRAVITATE, ET LVTHE RII PERFIDIA PRIMAE SECTIONIS. LIB. I.

PRAEFATIO.

Vum pius humani generis ſeruator Ieſus uiã ueritatem, & uitam diſcipulis ſe eſſe dixit, exactam ſuæ reip. inſtitutionem, & finem declaraſſe comperio. Recæſſerat enim longe a beneuiuẽdi ſemita uniuerſus terrarum orbis, quũ ipſe carnis uiã ĩgreſſus, uiã, qua oẽs gradũ ad ſuperos reuocarent, edocuit. Neq; uiã ei ſatis erat oſtendere, niſi ueritatis lumine illuſtratam monſtraret, qua per ſanctiſſimam fidẽ ethnicorum ſeruitute reiecta, hebræorum ſuperſtitione reſtincta, deſolato demonum imperio ſupremam illam, atq; integram, decantatam à uatibus ueritatem poſſemus attingere, filiosq; dei fieri, ac inter uera ſanctorum numina collocari. Vbi uitam, quã ultimo loco ſe uoluit appellari, perpetuam uiueremus. Nanq; mortui eramus prius, & per eius uitam modo uiuimus, qui omnis uitæ fons eſt, atq; principium, immo uitarum omnium uita. Hinc factum eſt, ut quum Paulus apoſtolus iuſtum ex fide uiuere, atq; ideo uitam fidelibus fidem eſſe docuerit, dum ſcriberet ad hebræos, Nihil ſit certe, quod chriſtianæ reipub. q̃ infidelitas, magis officiat, quod Chriſtum magis offendat, quod rectũ uiuendi cultum magis auferat, perturbet omnia, & ad internicionem deducat. Inde hereticum (ideſt) ſuæ ſententiæ in re pia, et capitis hominem tanq̃ peſtem euitandum ipſe idem Paulus iubet. Inde Hieronymus ſe omnia dici tolerat, hereticum uocari non patitur. Inde Ioannes euangeliſta balneatum accedens aquam, ubi ſe heretici lauerant, æque ac perniciosũ cõtagium aufugit, hominiq; heretico, ne ſalutem quidem dicendam eſſe commonuit. Qua etiam cauſa tot calamitates, tot diras perſecu

tiones paſſa eſt dũ adolſceret Eccleſia, ut nõ minus profecto ab heretiis, q̃ catholicæ pietati undecunq; contrarijs hominibus aſflictaretur. Id docuit (ut de alijs taceam) impia illa, & nunq̃ ſatis eliminata hereſis Alexandrina, quæ ita totum terrarũ orbẽ infecit, ut frequentiſſimos ſanctorũ patrum cõuentus, diſceptationes acerrimas, magno cum animi labore, et chriſtianæ rei diſcrimine, p ſui extinctione coegerit. Poſt primas illas perturbationes eccleſia, quibus ueluti purgaminibus qbuſdam eam pbare, confirmareq; uoluit Deus, ita in pace, & tranquillitate permanſit, ut à compluribus iam annis ad hæc uſq; tpa ſi qñq; huiuſce generis moleſtiam paſſa ſit, protinus conualuerit, neq; ulla in parte notabile uulnus acceperit. At modo neſcio qua rõne quo'ue iudicio factum ſit, ut nouus quidam homuncio nouarũ rerum ſtudioſiſſimus, ſparſis nouis in ea figmenti, quatuor ferè ab hinc annis, ſacroſanctam diutius duratam pacem pturbare occœperit.

MARTINVS hic auguſtinianæ religiõis profeſſor Lutherius appellatus eſt, qui nõ modo hereticus homo, ſed omnium iniquiſſimus, mordaciſſimuſq;, ita ſuam, quã cæpit perfidiam atteſtatur, & prædicat, ut neq; doctrinam aliam, neq; aliam eccleſiam, q̃ quæ ex eius capite ficta eſt, uelit admittere. Nouas in chriſtiana familia ſententias protulit, noua axiomata ſibi, & ſequacibus ſuis confinxit. Ex quibus diſcordiæ, ſeditiones, nouiſſimi, ac exitiales orti ſunt, et indies ueluti à continuata putredine oriũtur errores. Prius ita modicis quibuſdam initijs uipera hæc contenta eſſe uidebatur, ut nunq̃ dixiſſes ad eam uſq; magnitudinem peruenturam, qua ſuo tabo maximam germaniæ partem inficeret, non unam, aut aliam ciuitatem, ſed prouincias, regiones, populos & (qđ deterius eſt) magnos in chriſti rep. principes ſibi in ſuas partes acciret, conuocaret, obſtringeret. De indulgentiarum apoſtolicarũ imbecillitate pauca quædam ab initio docuit, mox eadem prædicauit, ac edidit. Deinde in eodem negocio ita amplificatam ſententiam promulgauit, ut error unus ſecum innumeros traxiſſe proculdubio uideretur. Serpebat intra cordis illius uiſcera marcor ille, ac eo iniquitatis fomite alebatur, quo tandem totum corpus infectum, & lingua, & manus, &

oculi, & ipſum caput, ubi ſedes ſapientiæ eē ſolet, uenena hæc letalia effunderet, pietatem omnē, omnē modeſtiā profligaret. Non ſatis fuit homini impudentiſſimo ueniarum deteſtatione Petro, Romano Pontifici, ſucceſſoribus, eccleſiæ iniuriam intuliſſe, niſi eidem Petro nouo, & commentitio confiſto libello authoritatem prorſus adimeret, Claues ab eius manibus extorqueret, nulli concederet, diſiunctam, & ſine capite eccleſiam inſtitueret, plumatiſſimis libellis per omnes mundi prouincias uolitantibus inuulgaret. Non erubuit ſanctorum patrum dicta contemnere, Canonicas, ac autenticas, non modo frigidas (ut ex modeſtia à principio loquebatur) appellare, ſed tanquam fallaces, uanas, erroneas coram populo, in conſpectu eccleſiæ, nulla dei, & ſeruatoris Ieſu habita ratione, facto communi rogo, innumeris blaſphemijs ignibus tradere, Ac ſi Romanam ipſam eccleſiam, ipſum Pontificem cum tota Cardinalium, & Epiſcoporum cohorte (ſi fieri poſſet) conflagrandum, ſuiſq; manibus exurendum omnibus indicaret. O ſummam impietatem, ò iniquitatis ſentinam, ò fetidiſſimam & execrabilē hominum ſordem, quæ noſtra hac tempeſtate quietam fidei pacem, & ſublimioris ſpiritus concordiam perturbaſti. Non ne Auguſtinum tuum (ut Euangelia quæ tuo modo extorques, & laceras omittamus) quum te Auguſtinianæ religionis profeſſorem inſtituas, Romano Pontifici de lapſis ſacerdotibus an deberent paſſim ad eorum munus reſtitui, quæſtionem deferendam in libro de pænitentia ſentientem admittes? Non ne Romanum inde Pontificem eius ſententia cunctis ſacerdotibus ſuperiorem tibi licebit accipere? erat ne ſub Romana ſolum tanquam ſpeciali ditione conſtitutus Auguſtinus dum ea uerba proferret? An de unius tantum regionis ſacerdotibus loquebatur? An uni tantum prouinciæ de ſeruanda penitentia legem ſuadebat? Si de omnibus ergo ſacerdotibus, & communi omnium lege toti eccleſiæ uoluit habere ſermonem, quum de inſtituto eiuſmodi loquebatur, quod niſi à Romano Ponti. edi, aut comprobari nequiret, cur eum ipſum oīum ſacerdotum, & totius eccleſiæ Principem non ſtatuiſſe dicemus? Accedat aliud ſplendidiſſimum catholicæ

pietatis lumen Hieronymus, & dicat, cur damaſo Romano põtifici (ut de iis, quæ ad fidem pertinebant, de quibus diſſeruiſſet, ferret iudicium, ſcripſerit, eum fidei, & petri ſedem (quod apoſtolorum principem ſonat) rotundis uerbis appellans? Si Chriſoſtomi deinde, et Cyrilli hac in re, aliorumue præſtantiſſimorum hominum ſententias (quas nõ uidit, aut aſpernatus eſt lutherius) afferrem in medium, tanto ſanè impudentior conſpiceretur, quanto utriusq; orientalis ſcilicet, & occidentalis eccleſiæ authoritas maior eſt, q̃ pro ueritate aliter à uiro catholico ſentiatur. Id unum præterire non poſſum, quod piis auribus figendum maxime cenſeo. acerrimum chriſtiani nominis hoſtem Porphirium dum Paulum apoſtolum carperet, q̧ ſe à gentium conuiuio ſubtraheret, Procacem illam, & temerariam reprahenſionem (teſte Hieronymo) dixiſſe fertur, quoniam eodem crimine Paulus laboraſſet, De quo apoſtolorum principem auſus eſt increpare. Truculentior itaq;, & perfidior noſter erit hoſtis lutherius, ſi Petrũ apoſtolorum principem denegabit, quem Porphirius confeſſus eſt, cuius diritate nihil unq̃ dirius in chriſtianos potuit inueniri. Quid ulterius de hoc homine referam? quid eius errores enumerem? quid illi maiorum noſtrorum obſeruationem obijciam? quũ ſua hæc uenena nullum amplius (quo extingui ualeant) patiantur antidotum. Omnia uerbo, non dicam uirtutis ſuæ (q̧ nulla prorſus ſit præditus) ſed perfidiæ, inficit, impietate aſpergit, negligentia reſpuit, iniquitate contaminat, omnia trahit, & pertrahit, Diuum Thomam tanquam inſipidum, & ariſtotelicum theologum carpit. Bonauẽturam defectuoſum appellat, uniuerſam theologorum doctrinã ſcholaſticã .i. illuſoriam uocat, irridet. Magnum, ſanctũq; dei uirum Ariopagitam Dionyſium mordet, ſeſe Ariſtotelem ſuis poſſe pingere coloribus profitetur. Platonis, ac aliorũ philoſophorum lectiones exterminat, quas cum permiſſione eccleſiæ Hieronymus, et Auguſtinus frugi eſſe declarant. Rerum omnium ſcientiam non ſolum ſibi impudentiſſime arrogat, ſed etiam aliis detrahit. ſacramenta ſuo modo inſtituit, ſummariam confeſſionem indicit, ſatiſfactionem tollit, ſine merito charitatem proficere ſtatuit. Iacobi apoſtoli de extrema unctione ſententiam uelut ex ore chriſti p̃mulgatam non recipit, eucharistiæ ſacrum manente panis & uini ſubſtantia confici potius credit, Impoſſibilia chriſtum præ/

cepiſſe defendit (quod maxime hæreticum à Hieronymo ſcriben- te ad Damaſum reputatur) mille inſanias, mille ſuperſtitiones, & toxica ex iſipiētis, et alieniſſimi hoīs publicis editiōibus colli guntur, quæ non modo populum unum, unam regionem, non unum terrarū orbem, ſed innumeros (ſi darentur) inficerent. Hic eſt ille iuſtus (ſi deo placet) in cuius anima ſedem ſuam ſapiētia collocauit, q concordiā eccleſiæ ſatagit, q ſua ſancta uerecūdia fidelium cœtum ædificat, modeſtia erigit, prudētia illuſtrat. Nō ueretur hic nefandiſſimus hominum pturbationem in populos, & ſeditionem diffundere, Molam aſinariam à domino in euan gelio commemoratam huiuſce generis hominibus collo alligan dam non timet, profundum maris non pauet, quum in profun- do malorum omnium reperiatur. Cœli iudicium non extimeſcit, q̄ ſe illius adhuc in humanis agentem, dum talia audet, poſſeſ ſorem inſtituit.

QVID mirū ergo ſi LEONEM.X.PON.MAX. noſtri ſæculi lumen nō curat, ſi eius fraterna prius, & ſuauiſſima monita ne- quaq̄ admiſerit, ſi expectationem illius defraudauerit, ſi deinde minas iuſtiſſimas ſpreuerit, ſi eius authoritatem, et mandata cō tempſerit, ſi illi & Eccleſiæ maledixerit, ſi pontificum decreta cō buſſerit, ſi cateruatim quotidie nouos moliatur errores. Si ſua tē- peſtate de inouatione ſæculi glorietur. Quid ultra potuit facere pius nimium et clementiſſimus pontifex, ut de Chriſto meminit Eſayas, lutherio, quod nō fecerit? Vt eū ipſum a malo ſenſu diuer teret, ut ab iniqtatis mamone reuocaret, ut ad cor ſanum redige ret. Eū toties monuit, hortatus eſt, expectauit. Sācti ſixti ampliſ ſimi, et doctiſſimi cardinalis offō uſus eſt, q apud Maximilianū Cæſarē in germania Legatū gerebat, ut eū ab huiuſcemodi laby rintheis gyris, diabolicisq; meandris eriperet. Quē ita ſuis teſta tiſſimis libellis diffamare conatus eſt, ut quanto ipſe uirtute, & ſapientia eſt inſignior alijs, tanto à mendaciſſimo Martino men dacior haberetur. Expectauit inq̄ Pont. ac nimiū expectauit, ten tauit oīa, qbus imanis huius beſtiæ furorem, & amaritudinē ſuo dulcoris poculo extingueret, rerū oīum Opificē imitatus, qui pec catoris exitiū nullo unq̄ tpe uoluit, ſed magis, ut conuerteret, & uiueret. Tradendus erat à principio Sathanæ, pdendus, ac iter inanes, & imūdos ſpiritus deputandus. Nāq; ex nimia pontifi- cis pietate iuncta icredibili hoīs inſolentia nouiſſime factū eſt, ut

quum Carolus Cæſar una cũ germaniæ ꝓceribus ꝑ eo ab ĩpieta te eiuſmodi redimendo in honorẽ Eccleſiæ ꝓcuraret, ipſumq; in ſuo conſpectu cõſtitutũ ĩterrogaret, an ĩpia ea dogmata edidiſ/ ſet, q̃bus referti erant codices p totũ terrarꝫ orbẽ diffuſi, ſine ullo tãtæ maieſtatis pudore audaciſſime, ĩpetrata unius diei dilatio/ ne, demũ rñdere ſit auſus, ſe ea oĩa, q̃ ĩpia dicebant̃, tanq̃ uera & chriſtianæ religioni conſona edidiſſe, neq; ullo unq̃ tpe reuo catu rꝫ, niſi ueteris, aut noui teſtamenti æditionibus ab alio cru/ ditus mutare ſentẽtiã cogeret̃. Suo eſt confiſus mendacio ĩpius, quo frontẽ uſq; adeo obdurauit, ut oĩa Pontificis tela. Impatoris & Eccleſiæ arma reijciat. Se ſua ꝑfidia, ac ſenſu iniq̃ſſimo ꝓte/ git, q̃cq̃d ſibiipſi finxerit, credendũ putat. Suã putredinẽ nõ ali tu lœtali ſolũ, ſed ueneficis alimẽtis paſſim diffundit. Neq; aliud ei (ut uidere uideor) ſupẽ, q̃ ut ſedẽ ĩ terris, more cœleſtis Lucife/ ri, ab aq̃lõe ponere auſpicet̃, & ſe ſimilẽ altiſſimo fieri uelit, & ꝓferat.

QVA DE CAVSA SIT MOTVS AVTHOR OPE/ ris ad ſcribendum. Cap. II.

I Nde motus ego dũ ꝓphana hæc, et ſceleſtiſſima paſſim p ora hoĩum uolitare ſentirẽ, ĩpiaq; Martini ab eccleſia diſcrepãtis dogmata eiuſmodi oĩa reſonare, q̃ mihi ſto/ machum facerent, ſic annuente Deo, & iubentibus iis a quorꝫ monitis diſcedere nequeo, Nõ obloquendi, ſed detegẽdi uiri hu ius errores ꝓuinciam ſumere ſtatui. Sæuit enim quotidie, nõ mo/ do ut ferus de ſilua, ſed peſſimus aper, qui acutiſſimis dentibus in catholicæ fidei pietatem armatus irrumpit. Veritatem nõ mo do non audit amplius, ꝙ uelut ſurda factus eſt aſpis, ſed uiã, ue ritatem, & uitam ſe miſeris Chriſti ouibus ſimulat. A q̃bus om ne pietatis uellus totondit, quas, a communi, & debito earꝫ oui li ꝓprioq; paſtore diremit, ſuiſq; lœtalibus uenenis infecit. Non illi ſcribo, ꝙ ĩſanus ſolus inſanum debeat alloqui, non pontifici, non Eccleſiæ, non alicui ex principibus, qui in uinca domini ui/ tam agunt, ſed moribundis illis, ac infauſtis ouibus labores me/ os, meas lucubrationes inſcribo. Quæ ĩpiũ hoĩem, ferã peſſimã, truce monſtrꝫ ſequunt̃, toxica illius ĩbibunt. Perfidiæ, & iniq̃ta tis hamũ quotidie uorãt. Illis inq̃ loquor, uerba mea ꝓnuncio, ne ulterius inſaniãt, ꝓuirili annitor ne ouinã lutherii pellẽ reſpi ciãt, ſed lupi eiuſmõi ĩtrinſecã rapacitatẽ ĩtelligant, quo tẽdant

greſſus eius pnoſcant, & ad melius cōuertant. Miſerrimis qdē
turbis, & populis q̄ maxie miſerēdū, q ſua ſimplicitate ducti qd
agūt neſciūt, qbus nō eſt prudētia, neq; cōſiliū, i quoꝝ manibus
nulla eſt ptās, nulla iuriſdictio, alterius nutu uiuūt. In pricipū
moribus, tāq̄ i ſpeculo ſeſe cōſpiciūt, idē ſuā uitæ cōponūt, imagi
nē, exēplumq; oium opeꝝ, & rōnē accipiunt. Hac de cā motus
aduerſus Martini Lutherii errata nō culto aut graui, ſed diſpu/
tatorio ſtilo (ut res ipſa et hois cōditio exigit) iſcriptā ſtatui ęde
re Apologiā. Ad qd qdem nō dicā certamen (nā ſi cū amēte mi
hi loqndū nō eſt, multominus certandū) ſed negociū, me digni/
tatis gradus, ac offm̄ pietatis cōpellit, qua i re ſi qs iterdū ex pra
ua, & parcita aioꝝ cōtagiōe nō pſicit, tuendæ nihilominus, p/
uulgandæq; ueritatis debito detinet. Scripſerint alii, exclama/
uerint, Deo p̄ces effuderint, ſcribā et ego, ac ſuppliciter dn̄m de/
p̄cabor, ut nō ſolum Lutherianam immanem, & rabidiſſimam
hæreſim, ſed etiam hæreſis authorem, & ſequaces tollat, extermi
net, aut in melius ſuo iure commutet.

PRIMAE RATIONIS DESTRVCTIO QVA LV/
therius ſola dei uoluntate conatus eſt oſtendere pontificiam mo
narchiam ſubſiſtere. Cap. III.

Olens ſui neqſſimi faſtus negociū cōprobare lutherius
u ſublata ueniaꝝ (ut credidit) plenitudine, reſolutoriū li
bellū cōtra Romani Pōtificis authoritatē adeo obſcenū
edidit, adeo detractiōibus, & morſibus plenū, ut neſciā qūo ip
ſe tanti ſceleris author ea uerba, qbus utit, formare potuerit. Ac
cingēs itaq; ſe ad ſuas blaſphemias exordit, & ſuis rōnibus iqt
nolle pontificiā monarchiā abſumere, ſed docere in primis nulla
ſcripturaꝝ diuinaꝝ ſnia nulla rōne, ueꝝ ſola dei uolūtate illā
ſubſiſtere, qua ēt cā tolerādā eſſe a fidelibus aſſerit, ſuiſq; captiōi
bus (ut ſolet) magno qdē, & icredibili aſtu deducit. Nō .n. pria
facie audet principatū eccleſiæ prſus adimere, ne rudibus iſolēs
uideat, quū tn̄ ſi rōnes eius, quas firmamenta nō erubuit appel
lare, cōſideremus, ipſe qdē iſolētiſſimus nō ſolū adimit, ſed prſus
extinguit. Sp i libellis ſuis ſubdolus hic, et mordaciſſimus homo
dū qcq̄ ſtudet ifringere, cōſueuit prius, aut ęqs p teſtatōibus, aut
iuſta q̄dā pietatis, et modeſtiæ p̄fatiōe legētiū, ſeu audiētiū aios
demulcere, ut lætalia poſtmodū uulnera facilius illis ifigat. Sed

ne in oblocutionibus tempus, & operam amittamus, deſtruen‑da, impugnandaq́; ſunt primo loco Pontificiæ authoritatis hæc firmamenta (quæ uitrea potius & inania appellanda eſſent) ut eluceat ueritas.

QVO pacto itaq; ſola dei uoluntate monarchiam põtificiam ue‑ram, & ferendam eſſe defendis generoſe Lutheri? A te ipſo .n. li‑benter inquiro, quænam hæc eſt Dei uoluntas, qua principatus iſte pontificius debeat æquo animo ſuſcipi. Non ne uoluntas ſi‑gni eſt, ut ipſe ẽt aſſeris, & theologi atteſtantur oẽs? Item poſtq̃ ſigni uoluntatẽ iſtam eſſe ꝓnuncias, efficax ne ſit denuo ut rñ‑deas, inquiremus. Si efficax, quomodo tibi innotuit? Nam niſi eam efficacem eſſe tibi, et alijs fidelibus innotuiſſet, efficacem ꝓ‑ferre non poſſes, ex quo nullum quidem robur, aut fundamentũ haberes, cui inniti ualeres. Innotuit ergo. Sed unde innotuit? nõ ex imperij diuturnitate, qm̃ illa non ſufficit ad credendum sta‑bili Dei uoluntate uerũ, & probũ aliquem principatum exiſte‑re. Multi .n. diuturnis temporibus permanſerunt, qui impia, & tyrannica ignominia affecti euitandi erant. Voluntas ergo hæc ſcripturæ teſtimonio cõprobabitur, quo fidem ſibi exhibendã eſſe meretur, ſi debuit hominibus illuxiſſe. Quid itaq; ſola dei uolũ‑tate iactas nulla ſcripturarum intelligentia pontificiam digni‑tatem poſſe monſtrari?

RVRSVS rogo rñdeas Ariſtotelicum ne, & ueriſſimum q̃dem il‑lud axioma admiſſurus ſis? quo dici ſolet. Si de quo magis aliq̃d ineſſe uidet̃, & non ineſt, neq; id de quo minus uidebit̃, inerit. Te prius libenter interrogo, ꝙ uſq; adeo Ariſtotelis nomen ab‑horreas, ut ueritas ipſa ab ore illius deprompta tibi nõ admittẽ‑da facile uideatur. Si id proloquij, quod ab omnibus paſſim eru‑ditis, & ineruditis cõceditur, abnegaueris, non erit tecũ amplį‑us diſputandũ. Nam ſi dixero. ignis non calefacit, igitur neq; li‑gnum, aut ſol minime lucet, igitur neq; ignis lucebit, ſeu paruũ pondus ferre non poſſum, itaq; maius nõ feram, & uera eẽ eiuſ‑modi cõnexa negaueris, nullo alio principio illa tibi monſtrabo q̃ eo, quo dicitur. Si de quo magis dignum eſt, ut aliquid profe‑ratur, neq; ꝓferri poteſt, de quo minus dignum proferẽdum ui‑debitur, non proferret̃. Nõ puto te tam inhumanum, ut dictum illud aufugias. At magis uidetur præcepti uoluntatem ſeruari

debere, q̃ uoluntatem permiſſionis, & tñ non ſemper obſeruanda eſt uoluntas praecepti. Igitur neq; uoluntas permiſſionis obſeruari debebit. Qualis eſt ea, qua dicitur pontificia monarchia ſubſiſtere. Probatur aũt ex Geneſi. xxij. cap. uoluntatem praecepti non ſemper obſeruandam eſſe. Ibi. n. abrae Deus praecepiſſe legitur, ut imolaret filium eius Iſaac, quem tñ ex quo in holocauſtum offerri noluit (licet paratus eſſet ad obſequendũ Abraam) uoluntas illa obſeruanda nõ fuit. Huius uero cauſa eſt, ꝙ ſigni tñ erat, & nõ beneplaciti illa uoluntas. Quum itaq; haec, qua apoſtolica ditio uiget, per te non ſit praecepti uoluntas, neq; à ſcripturis ſanctis robur ullum accipiat, ſola erit uoluntas permiſſionis. Quomodo igitur ſemper tanquã uera, & obſeruãda à fidelibus admittetur?

INSVPER ſi per effectum diuina haec uoluntas (ut dictum eſt) nõ potuit illucere, alioqui paganoꝝ ſecta quae eſt omnino ꝓhibita cũ reuerentia foret à nobis ſuſcipienda (quod neſcio an Martinus detrectare uoluerit) quae iam tot annos non durauit modo, uerũ etiam multum inualuit, neq; per ſcripturam innotuit. ſeq̃tur, ut uel reuelatione, uel rõne inconuincibili nobis illuxerit. De reuelatione non cõſtat, niſi forſan Lutherius noſter ſe id beneficij aſſerat à dño ſuſcepiſſe. Inconuincibilis ratio nulla eſt. Ergo per ſcripturam innotuit. Si dixeris per ſcripturas, ſed debiliſſime nota eſt iſta uoluntas: cõtra. ſcripturae aut cõprobant effectum, aut non comprobant, ſed ambiguae ſunt, ſi cõprobant, quum illae praeceſſerint, & ore Dei promulgatae ſint, neceſſe eſt, ut ab eis diuinae huius uoluntatis nobis fides euenerit. Quod ipſe Lutherius negat, & ita manifeſta contradictio ſubſequet̃. Si uero ambiguae in ſeipſis, & ꝑ effectũ ſint poſtmodũ comprobatae ſcripturae, eo modo interpretãdae ſunt, quo effectus oñdit. Effectus aũt eſt, ut monarchia, quae modo uiget, dignitati pontificiae debeatur. Igitur illae ipſae exponendae ſunt, ut effectus oſtendit, non contrario modo, ut Lutherius fecit. Quomodo enim ꝑ effectum poterunt cõprobari ſcripturae, ſi ſit effectus illis ex apto cõtrarius? Neq; credẽdũ eſt ſcripturaꝝ teſtimoniũ eẽ uſq; adeo imbecille, ut futuri effectus diuinae uolũtatis nõ ẽent indicio, eo ꝙ q̃cunq; ſcripta ſunt, inq̃t apoſtolus, ad Ro. ca. xv. ad noſtrã doctrinam ſcripta ſunt. Non eſt itaq; huic ſoli uoluntati ſine

ſcriptura, ſine ratione credendum.

QVID *deinde Cyprianum ſola Dei uoluntate tanq̃ ſigno oĩa admittentẽ affert ueridicus homo Lutherius, q ẽt Deum ſolam iuſtitiã dixerit? Nam alio qdem mõ intelligendus eſt, q̃ ipſe illũ intelligat. Ipſius. n. uoluntatis diuinæ nulla inquirenda eſt rõ dum efficax, & beneplaciti fuerit. Actus ſiquidem eius ab ipſamet ſuam bonitatem, & firmitatem obtinuit. Vnde rerꝫ oĩum cõtingentium regula à theologis ſolita eſt appellari. Et planè nihil aliud uoluit Cyprianus dum ea uerba ꝓferret. Item de afflictiõibus loqtur, quæ ꝑ peccatis eueniunt, & tolerandæ ſunt, ꝗ ſic eas deus inſtituerit ad noſtram correctionem. Sed ſi in maximum p̃iudicium fidei ꝑmiſſio aliqua fieret, non eſſet utiq; tolleranda ex Cypriani ſnĩa. Tu eius Epiſtolas legeris. Quas nunq̃ niſi ꝑ ſuis illuſionibus Martĩ. cĩtat, aut intelligit.*

QVVM *deinde Roboam filij Salomonis hiſtoriam adducit, q̃ſo lector an fide dignus uideatᷣ reſpicias. Quæ. n. uera ſonant, cõſueuit homo iſte tam imperfecte, tam mendaciter allegare, ut in falſa cõmutet, & q̃ pro noſtrarꝫ partium cõfirmatiõe leguntur, i ſuas ad libitum ꝑtrahat. Si. n. ab errore uno liceat oẽs addiſcere, eam Roboam hyſtoriã eius ſniæ contrariã prorſus inuenies. Nam poſtq̃ ab eo tribus illæ undecim receſſere, id dei uoluntate efficaci factũ eſſe innotuit. Q_m̃ Deus allocutus eſt quendã ita uocatum uirũ Semeiam, qui Roboam diceret ne pararet exercitũ cõtra Ieroboam. Ad quẽ tribus illæ cõfugerãt, idq; illi ſe annunciaſſe referret. Ex quibus cõſtat Deum ſuam uoluntatẽ maniſtſtaſſe, quæ efficax, & beneplaciti fuerat. Adde qđ anteq̃ à Roboam tribus illæ recederent, per ꝓphetã Ahiam Silonitem Deus Ieroboam ob delicta Salomonis, & filij. ſ. Roboam pœnam, quam illi inflicturus erat, de earũdem tribuum receſſu annunciauit. Quare allegata tertij libri regũ hyſtoria quæ. xi. & & . xij. cap. legitur ad ꝓpoſitum eius eſſe non põt. In hunc modum primum deſtruitur Lutherij firmamentum.*

SECVNDAE . III. IIII. ET. V. RATIONIS IMPVgnatio, *quibus à Lutherio tolerandus Pontificius Principatus nullo ſcripturarꝫ teſtimonio oñdebatᷣ.* Cap. IIII.

Ecundum ẽt ſtare non põt. Nam per illud aut uult oſtendere Martinus monarchiæ Pontificiæ tanq̃ probæ & lau

dabili, aut tanq̃ ambiguæ eſſe cedendũ. Si tanq̃ ꝓbæ, textus euã gelicus allatus ad ꝓpoſitũ eẽ nõ põt. Quo ſi qs nos mille paſſus angariauerit, cũ eo duobus ẽt millibus, ut eamus dñs math. y. ſuadere uidet. Non.n. iubet ut illi tanq̃ bene, & laudabiliter opanti, ſed tanq̃ iniuriam facienti cedamus. Si uero uelut ambiguæ poteſtati cedendum eſt, quo pacto qs illam nõ admittendo peccabit? Quod.n. ambiguum eſt nõ admittere cogimur, eo q̃ tum peccatum cõmittimus, quum certum uirtutis debitum ꝑter mittimus. Si igitur incertum eſt monarchiam pontificiam uerã exiſtere, non admittendo illam quis peccare non dicitur?

LONGE itaq; diſpar ratio eſt cur principatui pontificio, & iniuriam faciẽti cedere debeamus Martine frater. Nam põtificia authoritas ex fide certa eſſe debet, & iuſta, nõ uelut ambigua, ſeu uiolenta à fidelibus ſuſcipienda. Alioqui niſi uerus principatus eiuſmodi teneretur, maximum in Dei eccleſia ſcandalum uigeret, ac periculum animarum. Q̃m authoritas, regimen, gubernatio, inſtitutiones, aliaq; omnia eſſent ambigua, neq; cui foret firma, ac indubia adhibenda fides à fidelibus haberetur. Scandala aũt oĩa in re pia, et multo magis ꝑicula fugiẽda ſunt. Nõ itaq; Pontificius hic principatus eſt tanq̃ ambiguus tolerãdus.

QVODq; Lutherij uerba in ſecunda ratione poſita id exprimere uideantur, apparet. Inquit.n. minor res eſt incomparabiliter principatus iſte pontificius, q̃ ut unitas fidelium, & charitas diſſoluatur. Toleranda.n. ſunt omnia, quæ peccata nõ ſunt. Ex quibus manifeſtum eſt ipſum ob ſeruandam fidelium concordiã diſſenſioniſq; periculum fugiendum, neq; ob aliam cauſam ferẽdam eſſe monarchiam huiuſmodi uoluiſſe. Et eo magis q̃m peccatum id eſſe nõ noſcitur. Ac ſi uellet dicere. minus ambiguum & periculoſum eſt tolerantia eiuſmodi principatus, poſtq̃ uniuerſus in eum cõſentit fidelium cœtus, q̃ ab eo diſſentire, ne diſſidium fortaſſe aliquod in Dei eccleſia orirer. Non.n. aliter inter duo hæc recta põt cõparatio fieri. Nam minor res (inqt ipſe) etc. uſus eſt cõmuniſſimo uocabulo, ne facile capiatur. Sed uerboꝝ ſenſus eum excuſare non põt. Ecce q̃ ſubdole a ſuo, quod pollicitus eſt, inſtituto recedit. Primo.n. tanq̃ ueꝝ aſſerit principatum pontificium ſuſcipiendum, mõ ex uerboꝝ ſuoꝝ prætextu tanquã ambiguũ, ne diſſidium in eccleſia fiat, neq; ex alia cã tolerãdũ inſtituit. Quid ergo illi amplius credẽdũ, ſi ẽ ſibiipſi cõtrarius.

TERTIA rō ſimiliter cōcidit. Nō.n.ita pontificia, q̄ ſūma eſt tolerari debet anthoritas, ut ꝑ peccatis ſolū a Deo data fidelibus uideaṫ. Nāq; in hūc modū diceret dūtaxat ueluti populi afflictio īualuiſſe, qđ qdē dicere, eſt nō mō monarchiā eiuſmodi dubiā, uerumetiā erroneā, & tyrānicā ꝓfiteri. Exēplū.n.ab eo datum, Id apertiſſime indicat. Nam ſi ſub turcha (inquit) nos deus eſſe uellet, ei ſubeſſe libenti aīo deberemus, tunc.n. nos ſub eo tanq̄ ſub tyranno populum affligente ꝑ peccatis eſſe lutherius uoluit, an tanq̄ ſub uero principe conſtitutos? Nō hoc, qa notum eſt ipſum chriſtianū non eſſe, ergo tanq̄ tyrāno illi cedendum eſſet, ꝙ ſi eodem modo pontifi. dignitati cedere debeamus, conſequens eſt, ut à nobis eadē, tyrānica ſimpliciter habeaṫ, neq; ad aliud ꝓpoſitum Salomonis in ꝓuerbijs allata ſnīa pōt accomodari, dū inquit, nunquid eſt reſiſtendum flagello Dei?

PER ID quarta infringiṫ rō, ſane apoſtolus Paulus. xiij. cap. ad romanos, dum oēm aīam poteſtatibus ſublimioribus ſubditam, quæ à Deo data ſit hoībus aſſerit, non intelligit, niſi de ſæculari bus poteſtatibus, à qbus nōnulli prætextu religionis ſe ſubtrahere uidebanṫ. Ideoq; illis ſuadet, ne reſiſtant, ſed obediant, qm̄ à Deo ſunt, quæ obedientia ſemper executioni mandanda eſt, prēterq̄ in cauſa fidei. Tunc.n. audacter illis reſiſtendum eſt, & potius moriendum, q̄ eorum capeſcenda iuſſa, ut fecerunt glorioſiſſimi Martyres. Huic quoq; ſnīæ euāgelica lectio Math. xxiii. conſonat, qua habeṫ quæcunq; dixerint uobis principes facite, opera autem illorum nolite facere. Tu ipſe Paulum legito, & uideto an eo modo ſuſcipiendus ſit in dei eccleſia apoſtolicus principatus. Nam maxima differentia eſt īter eam obedientiam, quā pro charitate, uel humilitate ſeruanda, ſolum principi ſæculari, & eam, quam ſpiritali debemus. Huic enim tanq̄ optime inſtituto aīaꝝ paſtori credendum eſt, illi autem minime.

QVVMQVE DICItur. Et quoniam pontificis poteſtas hæc ſit robuſtiſſime ſtabilita, non oportet ipſam ullatenus impugnare. Sed quanta ſit ſuſtinere, etiam ſi eſſet iniuſta, & Deo eſſe iudicium relinquendum. Apparet poteſtatem hanc a Lutherio pro iniuſta haberi, uel pro ambigua, & incerta. Item ſi robuſtiſſime eſt ſtabilita, unde tantum robur accepit? ſi ex diuinis codicibus haberi non poſſit, ſi nulla rations ſubſiſtat, Immo ſi Sacroſancta eloquia illi contrarium ſonent,

ſi deniq; de efficaci, qua permittitur, dei uoluntate non conſtet? Non uideo etiam quomodo, *ſi iniuſta eſſet, defendenda ſit,* Deq; *ipſa deo eſſe iudicium relinquendum.* Noſtra *enim maxime interest inueſtigare iuſta ne ſit, an iniuſta, tuta, uel non tuta, utilis, uel inutilis.* Siq; *periculoſa ſit, inutilis, & iniuſta, non tolerãda eſt, ſed damnanda, & totis uiribus fugienda, non obſtante, ꝙ totus in eam conſentire populus uideatur.* Quippe *tunc de maximo* Eccleſiæ *præiudicio ageretur.* Neq; *reſpiciẽdus eſſet conſenſus, aut acclamatio populi, ſed proborum, ſapiẽtumq; patrũ matuꝝ conſiliũ, ſanctaq; deliberatio uirtute ſancti ſpũs illis īfuſa.*

E X HIS *itaq; apparet quomõ etiã in epiſtola exponendus ſit* Petrus, *& quo pacto nos humanæ creaturæ ſubiectos eſſe commoneat.* Non *enim id alio modo q̃* Paulus *ad* Romanos, *aut dominus in euangelio intendit.*

SEXTA LVTHERII RATIO DE CONSENSV *populi impugnatur, & quomodo poſt ſcripturas naturali potius ratione pontificiæ ditioni credendum eſt. quæ* Pauli, Ioannis, *et alioꝝ ſententijs comprobatur.*

Cap. V.

E T ultimo loco de conſenſu populi dictum per ea, quæ pauloante memorabamus, inuertitur. Non enim temporalis ſolum eſt tanta paſtoris noſtri authoritas. Sed etiam ſpiritalis (de qua noſter eſt ſermo) quamuis iuriſdictionis eſſe dicatur. Quemadmodũ longe maior, q̃ alijs, apoſtolorũ principi à ſeruatore Ieſu ligandi ſcilicet, atq; ſoluẽdi cõceſſa eſt.

A MPLIVS *ſi ex* Dei *uolũtate, & populi cõſenſu tenẽda eſt hæc* Papæ *poteſtas, quæro ſi populus mutaretur, quid agẽdum, & quomodo gubernanda eſſet* Eccleſia? Nunquid *ſalubrior eſſet prior regendi modus, an poſterior, nec ne, iudicari deberet, uel potius quotieſcunq; ſententia populi mutaretur, toties intelligeretur commutata poteſtas?* Si *primũ, cur modo quoq; ex ſacris codicibus, ex ſanctorum patrum ſententijs (ſi ſint) ſin autem ex ratiõibus euidentioribus de ipſa nobis iudicare nõ liceat?* Secũdum *uero dari nõ poteſt,* Nanq; *unam, & definitam pontificii authoritatem à deo quomodocunq; conceſſam, uel permiſſam eẽ credẽdum eſt.* Sane *quũ meliori modo, quo fieri potuit, ſuam* Eccleſiam *inſtituerit, non ueriſimile eſt, immo ab omni ratione*

remotum eum ipſum uoluiſſe ad populi mutationem guberna toris ſuæ nauiculæ poteſtatem mutari.

SI ITAQVE à deo ſtabilitam eccleſiæ monarchiam uolue ris. Qua ratione id fit? q̄ quæ ſcripta ſunt in Euangelio oppo ſitum ſonare interpretaris? & ſi ſacra lectio eam non approbat, cur non ad rationem naturalem confugis? Quæ latentium mul torum ſecreta pandit, & explicat.

RATIO autem naturalis quælibet potius monarchiam Eccle ſiæ ſuadere uidetur. Nam & .iii. Politicorum, & .xii. Metaphi ſicæ Ariſtoteles ſingularitatem principantis commendat, & uni uerſa philoſophantium ſchola fatetur. Neq; profecto mirum eſt ita omnes in unam, et eandem ſententiam deuenire. Quū deus ipſe rerum omnium conditor & gubernator, unus tantum ſit, q toti uniuerſo tanq̄ princeps optimus præeſt. Cur itaq; ſimiliter hæc Chriſti reſpublica non ita ab uno capite pendet? ex quo ma ior animorum concordia, ordo maior, inſtitutionum & uirtutū obſeruatio maxima proficiſcatur.

QVOD etiam Paulus Apoſtolus uoluit dum prima ad coryn thios .xii. cap. ſcribit inquiens, ſicut multa membra in corpo re uno, ita multi unum corpus ſumus in Chriſto. Chriſtus ue ro huic terreno regimini abſq; medio non præeſt, ſed uoluit habe re miniſtros (ut Mathei .xvi. & .xviii. ex clauium traditione cōii citur.) Itaq; plurium miniſtrorum præcipuum unum, qui uices ſuas haberet in terris, inſtituit. Ad id quoq; facit, quod Ioannes xxi. cap. Apoc. de eccleſia mililante, quæ de cœlo deſcenderit, triumphanti ſimillima adducitur. Videlicet. Vidi ciuitatem no uam, Hieruſalem deſcendentem de cœlo, ornatam paratamq; ſicut ſpōſam uiro ſuo, &c. Quo etiam modo Beatus Bernardus in epiſtola .ccxxxvii. ad Eugenium Ioannem exponit. Quod et in epiſtola ad romanos, quæ .ccxlii. numeratur, & .cxxxi. ad me diolanenſes, ille ipſe confirmat, eam quidem Romanæ Eccleſiæ ratione petri plenitudinem poteſtatis attribuens, qua maior da ri non poſſit in terris. Hæc contra lutherii rationes, quas firma menta uoluit appellare.

DETESTANDAE AC EXECRABILES EX PRAECE *dentibus lutherii rationibus deductæ concluſiones, quibus ipro uidū fuiſſe Xp̄m & alia prophana aſſerere cogitur.* Cap. vi.

EX QVIBVS *plane etiam lippis intuentibus oculis conſtare poteſt poteſtatem hác, quæ eſt modo pontifici* Romano *tributa,* Martinum *ſola dei permiſſione admittendam uoluiſſe, illi tanq̃ iniuriam inferenti, aut ambiguæ cedendum eſſe, tolerandam ue luti populi afflictionem, tanq̃ tyrannicam ferendam, ex ſolo po puli conſenſu probandam, immo neq; probandam, neq; uitupe/ randam, eidem ueluti ſæcularibus poteſtatibus obediendum, &* *deniq; iuſta, uel iniuſta ſit, minime examinandum, ſed* Deo *iu/ dicium relinquendum. Ex quibus id etiam inferri licet, improui dum fuiſſe* Chriſtum, *dum ambiguum, & incertum nobis regen di modum reliquerit. Item ſacramenta omnia, omnes inſtitutio nes, omnia iura, omnes ordinationes, quum ab ea, quæ recepta eſt, & (ut inquit magnus noſter* Ardelio) *maxime ſtabilita pote ſtate dependeant, ſi ipſa incerta eſt, & reliqua omnia erunt in/ certa, ambigua, in confuſo, ac in perturbatione maxima conſti/ tuta. Eſt ne hæreticum hoc* Martine? *adiuro te per ſanctum tui capitis iudicium, ut mihi reſpondeas. Eſt ne prophanum? eſt ne pluſquam quis fari, aut excogitare ualeat, impium? Prima facie ne aliquid deterius tibi contingat facile denegabis. At quo modo negare potes hæreticum non eſſe ſi quis afferat improui/ dum fuiſſe* Chriſtum? *Prouidus autem eſſe non poteſt, ſi ambi/ guam nobis & incertam reliquit* Eccleſiam, *cui credere debea/ mus.* Quod *autem credendum eſt, certum haberi debet ex fide, non erit ergo (quum incerta ſit) credendum* Eccleſiæ. *Erit ne id hæreticum tuo iudicio proferendum?* Nam *eſt articulus fidei, ut in catholicam* Eccleſiam *credere debeamus.* Hæreticum *igitur erit pontificiam authoritatem, à qua tota pendet* Eccleſia, *am/ biguam profiteri.* Hæreticum *ne dices ad populi mutationem ueram* Eccleſiam *commutari? minime, cur non? an neſcis* chri ſtum *eam inſtituiſſe, cum ea usq; ad ſæculi conſumationem* Ma the. *ultimo ſe futurum dixiſſe?* Quo *pacto igitur mutabilitati populi illam ſubiecit? Si enim alia & alia ad populi mutatio/ nem fieri poſſet, quomodo una?* Quomodo *pulchra?* Tanta *eſt, quam primo loco ueluti aliarum omnium fundamentum à* Martino *hæc ſtatuta eſt hæreſis, ut certe ex antiquis nullus maiorem exprimere potuiſſet.* Quum *uno uerbo imprudentem* Chriſtum, *incertam, ac populi mutabilitati ſubiectam* Eccle/ ſiam *ipſam conſtituat.*

QVOMODO PER EVANGELICOS TEXTVS, ſanctosq; illorum interpretes, & generalia concilia oſtendatur, à chriſto ſummam poteſtatem fuiſſe Petro conceſſam. Cap. VII.

MOdo quæ textus euangelicus, ſacriq; pontificum apices, & ſanctiſſima doctorum lumina de hac poteſtate uoluerint (deo authore) conſpiciendum eſt.

PRIMA igitur ſacroſancti euangelij, à quo nulli fideliũ diſſentire licet, authoritas eſt Mathe. xvi. ubi ſeruator noſter Ieſus à diſcipulis ſuis exquirens in primis, quem dicerent homines eſſe filium hominis, deinde quemnam ipſummet ipſi dicerent, Petro reſpondit, qui eum iam iam dei uiui filium dixerat, inquiens, & ego dico tibi, tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo eccleſiam meam, & tibi dabo claues regni cœlorum, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & quodcunq; ligaueris ſuper terram erit ligatum, & ſolueris, ſolutum in cœlis. Ex qua quidem ſententia apparet præ cæteris apoſtolis datã fuiſſe Petro a domino poteſtatem. Non.n.omnibus dixit, non Ioanni, non Iacobo, aut Philippo, ſed Petro. Mathei quoq;.x. ubi ſcribuntur noia apoſtolorum, immo ipſi inſtituuntur apoſtoli, & ad curandas languẽtium infirmitates à domino deputantur, primum Petri nomen præponitur. Vbi gloſa. Voluit Dominus apoſtolorum principem prius alio nomine appellari (nam Simon dicebatur, qui modo dictus eſt Petrus) ut ex ipſa nominis commutatione ſacramẽti uiuacitas cõmendaretur. quod & diuus ille Chriſoſtomus ſimiliter interpretatur os apoſtolorum, & caput Petrum appellans. Idem ex Mathe. xvii.c. declaratur. Vbi dominus Petro tm̃ pro ambobus ipſis tributi ſolutionem imponit, inquiens, Vade ad mare, & mitte hamum, & in eo piſce, qui primum aſcẽderit, ſtaterem (quoddam monetæ genus) inuenies, quem dabis pro me & te. Vnde Augu. in.l. de quæſt. noui & ueteris teſtamenti.queſt.lxxviii.heſitans cur pro ſe dominus, & Petro iubet dari tributum, inquit, pro omnibus dari uoluit, ſed Petrum ideo nominauit, ut daret intelligere quemadmodum omnes magiſterij cauſæ continebantur in eo, dum ageret in humanis, ita poſt obitum in Petro tanquã Vicario cõtinerentur. Ipſum.n.ſui gregis caput, & paſtorem inſtituit. Id ipſum ſuper illud Lucæ.xxii.facta eſt contentio inter diſcipulos

quiſnam maior eſſet, Gregorius, & Chriſoſtomus apertiſſime ſentiunt. Idipſum eodem Lucæ cap. uoluit dominus dum eosdẽ alloquitur. inquiens, ſæpius expetiuit uos Sathanas, ut cribra/ret, ut triticum. Ego Petre pro te rogaui ne fides tua deficeret, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Idipſum quod Matheus. xyiiii. ca. ad ſtipulatur (authore domino) difficile eſſe diuitem regna cæleſtia penetrare, ubi Petrus ait, ecce, reliqui/mus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Chriſoſto/mus atteſtatur his uerbis, qui claues regni cælorum acceperat de his, quæ ibi ſunt, iam confidit, & pro orbe terrarum interro/gat uniuerſa. Sed nullibi apertius, idem ſuo uere aureo ore cõfir mat, q̃ ſuper illud Ioannis ultimo, paſce oues meas. Vbi per pa/ſcendarum ouium officium, ait authoritatem dominus Petro commiſit, Paulo poſt aſcenſurus in cœlum. Enimuero ea uerba illud idem ſonare dixit a, ceſi loco mei præpoſitus eſto, & caput fratrum tuorum dominus enunciaſſet. Item cõſtantienſe conci lium pro hæreſi ſententiam huic oppoſitam habuit, & expreſſe damnauit. Pro qua etiam Marſilium de padua, Ioannem hus & uuiclef execratos habuit, Idipſum cõſtantini conciliũ Romæ habitum ſtatuit, ut habetur. lxxxxyij. diſt. C. Conſtantinus, Id/ipſum ex calcedonenſis concilij Canone apertiſſime accipitur. Cu ius uerba ſunt hæc, ſi quis epiſcopus prædicatur infamis liberam habeat authoritatem appellandi beatiſſimum antiquæ Romæ epiſcopum, quia Petrum habemus, ad quem tanq̃ Petram refu gii confugiamus. Quid clarius? nõ enim iudicandi authorita tẽ ex appellatione Romanus poſſet Pontifex obtinere, niſi ſupe rior haberetur. Idipſum in concilio uniuerſali Florentiæ celebra to, quo græci, Armeni, Iacobitæ cum occidentali eccleſia conue nerunt, apertiſſime legitur declaratum. Q̃d & Cyrillus Alexã drinus epiſcopus in. li. Theſaurorum aſſeuerantiſſime adſtipula tur, in hũc modum, ut membra, conuenit in capite maneamus, quod apoſtolicus Romanorum Pontificũ thronus eſt, a, quo no ſtrũ eſt q̃rere, q̃d credere, & q̃d tenere debemus. q ẽt eodẽ. li. ait Petrũ locum dei tenere interris, cui iure oẽs caput ĩclinãt, & mũ di principes æque ac Christo Ieſu obediunt uniuerſi. Ambroſius quoq; id. xlyij. Sermone de fide Petri Apoſtoli dum loquitur at/teſtatur, et ſermone. xi. de naui, in qua Petrus magiſter erat, quã ẽt dominus ſolam aſcendere uoluit, Eccleſiam præfigurante lo/

cutus expreſſit, quam etiam per Noe Arcam ſignificatā uoluit, ꝙ ueluti per illam uitæ huius ſeruatus eſt mundus, ita per Petri Eccleſiam alterius uitæ dona ſubimus. Idem *ſuper primam* Epiſto. *ad Thi. C.iii. Vniuerſalis Eccleſiæ rectorem Damaſum uocat.* Neq; *diuus ille Gregorius omittēdus eſt, qui. iiii. regiſtri lib. ad Mauritium Auguſtum ſcribens, ait, omnibus Euangelium ſcientibus liquet uoce dominica ſancto, & omnium apoſtolorum principi Petro totius Eccleſiæ curam fuiſſe concæſſam. &c.* Neq; *minus* LEO *primus id aſſeueranter. iii. anniuerſarii Sermone profeſſus eſt, quem ipſe uideas, & intelliges cunctis Eccleſiæ patribus eius ſententia fuiſſe præpoſitum Petrum à* Chriſto. *Idipſum extrauagans* Bonifacii Octaui *ſignificat, dum de neceſſitate ſalutis eſſe definit,* Romanum Pontifi. *credere eſſe uniuerſis epiſcopis ſuperiorem.* Ex *quibus facile conſtare poteſt* Pontificiam *authoritatem* Petro *maximam à* Deo *fuiſſe concæſſam.* Sed *ad Lutherum ueniamus qui ex quo fidem concilio exhibendam eſſe commemorat, propria ſententia ſeſe hæreticum iudicauit.*

RATIONES LVTHERII ADDVCTAE ADVERSVS *Mathe. Textus. xvi. ca. ueriſſimam expoſitionem impugnantur, & oſtenditur non ſolum à domino per ea uerba promiſſam uerumetiam concæſſam Petro poteſtatem fuiſſe.* Cap. VIII.

I*Nquit ipſe ſi qui ſacros Canones interpætantur, per ea Mathei uerba. xvi. Capi. promulgata non eſſe datam Petro poteſtatem à domino, ſed promiſſam intelligunt, Cur mihi non liceat eadem, & decreta omnia, quæ innituntur illis, ad id probandum frigida appellare?*

NON LICET *tibi frigida appellare decreta quoniam tot tātisq; patribus minime licuit. Licet illud iuriſconſultis & aliis non ꝙ ita promiſſam ex illis uerbis authoritatem intelligant, ut nullā efficaciam fuerit habitura, ſed ita promiſſam, ut procuIdubio cōceſſa ſit in futurum. At certe id tibi non licuit. Idem enim iure optimo uiſum eſt frigidas & imbecilles ad probandum appellare ſententias, ac ſi eaſdem nihil probare dictum fuiſſet. Quemadmodum in earum expoſitione contraria, tu quoq; ſentire uideris. Et ſi enim* Pontificium Principatum *cum ſua ſumma autho-*

ritate, ut modo uiget, tenere te aſſeris, non tamen id ſacrarum lectionum teſtimonio accœptum refers. Vno igitur, & eodem modo aſſeris frigidas & nullas eſſe ſententias. Quibus Pontificius principatus ualeat demonſtrari.

EX QVIBVS & ſi allegata gloſa cap. conſiderandum. LI. diſtin. Et abbas cap. ſignificaſti de electione, unà cum Theologis multis, eo modo illum Mathei textum de promiſſa authoritate intelligunt. Ego tamen oppoſitũ ſentio. Qua de cauſa. ca. ſignificaſti de electione in hunc modum libet exponere. Licet. n. per ea uerba Ioanis ultimo cap. Paſce oues meas, uiſus eſt Dominus tum primum Petro pontificiam poteſtatem dediſſe, tamen ea non fuit abſoluta poteſtas, ſed executionis tantummodo. Q ñ uero dicit gloſa, quoniam ante paſſionem dixit Dominus Petro. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram &c. Mathei. XVI. Ideo nõ erat tẽpus dandæ huiuſmodi poteſtatis, uerum eſt, quo ad executionem, ſed ſimpliciter, & abſolute poteſtas tunc Petro concedi potuit, prout conceſſam fuiſſe tenemus. Quicquid Theologi, gloſa, Parnomitanus uoluerit.

NEQVE ideo futuri temporis uerbo utitur Euangeliſta, ꝙ abſolutam Petro poteſtatem promiſſam ſolum uelit exprimere. Sed quoniam tempus nondum aduenerat, quo illam exercere deberet. Non enim uiuente Domino ſuprema Petro poteſtate uti licebat.

EODEM Modo Hieronymus exponendus eſt, dum idipſum ſuper eadem Mathei uerba uiſus eſt dicere. Nanq; dubium mouẽs. Cur Petro eum increpanti, ſuadentiq; ne ad paſſionem Hieroſolimam peteret, paulopoſt illa uerba. Beatus es Simon Bariona, Dominus dixerit, uade retro Sathana, habet iſtam ſententiam. Si conſideret qui hoc quærit, illam Petro Beatitudinem, benedictionem, poteſtatem, ædificationem, ſuper eum in futuro promiſſam Eccleſiæ, non in præſenti datam intelligat. Aedificabo, inqt ſuper te Eccleſiã meã, et tibi dabo claues regni cœloꝝ. Quam ſi ſtatim dediſſet ei, nunq̃ in illo prauæ confeſſionis error ueniſſet locum. Aut igiť uerba hæc Hieronymi ſonant cum abſoluta poteſtate non ueniri poſſe aliquem cõfeſſionis errorẽ. Et hoc dicere nefas eſt. Quando maxime error ille eſt error inſcitiæ, qui excuſationem meretur. Nondum enim ſciebat Petrus quanti erat, uel quomodo ſtatutũ eſſet in cœlis ſacratiſſimæ paſſiõis myſterium,

ideo Dominum increpauit. Aut ea uerba Hieronymi de executionis poteſtate debent intelligi, & in hunc modum ueram habent ſententiam. Sanè cum ignoratione tanti myſterij ligandi, atq; ſoluendi plenam executoriam facultatem habere non poterat. Nam etſi baptizarent Apoſtoli anteq̃ Chriſtus cruci eſſet affixus (ut. IIII. Ioannis cap. legitur) nondum tamen Petrus, & alij pontificiam poteſtatem acceperant. Quamobrem illa prius omnibus Apoſtolis, et praecipue Petro, ſupra quem Eccleſiam dominus uoluit aedificare, debuit illuxiſſe. Ob id, q̃ exactum Eccleſiae regimen ſine paſſionis Chriſti myſterij cognitione compleri nõ poteſt. Etenim actu uel uirtute exibita haec paſſio, dum uiuere incaeperit Dominus principium fuit, quo omnia Eccleſiae opera recta ſunt pariter, & accepta. Baptiſmus uero Apoſtolorum, antequam Chriſtus paſſurus dignoſceretur, non pontificiae dignitatis, ſed ſacerdotalis forſan fuiſſe dicetur.

QVVM itaq; Ioannis ultimo dicitur. Paſce oues meas, poteſtas Petro executoria demandata fuit. Tunc enim accepto ſancto ſpiritu bene de omnibus Chriſti myſterijs informatus tanq̃ optimus Pontifex ire, & praedicare, ligare, & ſoluere, remittere, & retinere faciillime poterat.

NEQVE duplicem hanc propterea poteſtatem ſtatuimus, quũ illamet executoria ſit, quae prius conceſſa fuit Apoſtolis, ſed tunc uere non poterat exerceri, quoniam ob inſcitiam & ſancti ſpiritus indigentiam (ut ita dixerim) erat informis.

QVOD ſecundo loco illũ Mathei textum ad oẽs Apoſtolos Lutherius aptat, partim nobiſcum ſentit, partim etiam diſcrepat. Non. n. ab Apoſtolis Dominus, quam Petro dedit ligandi et ſoluendi authoritatem ſubtraxit. Verũ ſecundo loco illis conceſſit, ut ex eo datur intelligi, q̃ interrogatis omnibus dum dicitur, uos autem, quem me eſſe dicitis? Soli reſpondenti Petro conceſſa fuiſſe uidetur. Quod & Hieronymus ſentit, & ibidem Origenes.

AIT enim Hieronymus, Petrus ex perſona Apoſtolorum omniũ confitetur. Et paulo infra, ſicut ipſe lumen donauit Apoſtolis, ut mundi lumina appellarẽtur, inquiens, uos eſtis lux mundi, ita & Simoni qui credebat in petram Chriſtum Petri largitus eſt nomen, ac ſecundum petrae metaphoram recte dictum eſt ei, aedificabo Eccleſiam meam ſuper te. Ex quibus apparet pro omnibus locutum fuiſſe Petrum qui poteſtatem illam ſuſcepturi erant, &

dominũ præcipue ſuper Petrum ædificare ſuã Eccleſiã uoluiſſe.

IDIPSVM profert explanatius forte Hieronymus dum ſcribit ad Damaſum Romanæ urbis epiſcopum, de articulis fidei. Nam ad eum ipſum nunqd recte ſenſerit, uel ne, iudiciũ pertinere commemorat, Ex quo & fidei, & Petri ſedem tenebat. Quid eſt autem fidei tenere ſedem, niſi de his, quæ ad fidem pertinent poſſe ferre iudiciũ. Ea uero oĩa uniusmagis, q̃ alterius Eccleſiæ eẽ non poſſunt. Itaq; omnium Eccleſiarum iudicem, et ſuperiorem Pontificem Romanum uoluit eſſe Hieronymus, qui & Petri ſedem legitime occuparet. Quid clarius? Hic ẽt ſanctiſſimus Dei uir contra Iouinianum aſſerit Petrum inter. xii. ad tollendum ſciſma electũ fuiſſe, licet paritate Apoſtolatus, non poteſtatis aliis æqualem illum facere uideatur. Non ergo Hieronymus (ut Lutherius ſentit) eſt noſtræ ueritati contrarius.

ORIGENES autem etſi uidetur aſſerere ſuper omnes Apoſtolos Eccleſiam Dominum ædificaſſe, ac ſimiliter omnes petras fuiſſe merito appellandos, non tamen in omnibus æqualiter Eccleſiæ authoritatem expreſſit, Immo ſi uerba eius diligenti examine penſitemus, quum uerbum (quaſi) appoſuit, inquit enim. Quũ dixit Dominus accipite ſpiritum ſanctum, quaſi omnibus conſtitutis, qualis erat Petrus, differentiam quãdam ĩter ipſum, & alios innuit. Neq; tantum tribuendum eſt origeni, etiam ſi eiuſmodi ſententiæ fuerit, ut ab aliiſprobatioribus diſſentiamus. Multa enim in libris, eius inuenta ſunt, quæ hominis authoritatem diminuunt.

CHRISOSTOmum uero noſtræ huius ſententiæ extitiſſe, tã clarum, tamq; apertum eſt, ut magis eſſe nõ poſſit. Nanq; ex Euãgelio Petrum principem aliorum Apoſtolorum inſtituit. Quorũ etiam os, quoniam pro illis reſponſum dederit, appellauit. Vt qđ dictum eſt de poteſtate hac illi præcipue, deinde aliis tradita optime intelligatur.

IDIPSVM ne pterea, an aliud (ut Lutherius interpretat̃) Auguſtinũ ſenſiſſe credimus, dum .cviii. pſalmo inqt uerba illa, & tibi dabo claues regni cœlorũ, ad Eccleſiã referenda eſſe, eo ꝙ Petrus gereret perſonã Eccleſiæ, dum illi claues à dño traderet̃? Non. n. ꝑ Eccleſiã aliud ĩtelligendũ eſt, q̃ totus Apoſtolorũ cætus. Pro oĩbus igit̃ ipſe claues accepit. Sed ꝓ ſe ipſo prius, qm̃ ſuꝑ alios cõſtitutus eſt princeps. Non. n. æqualiter oĩbus tra/

dita eſt illa poteſtas. Eodē etiam modo ipſemet in libello de chri ſtiana doctrina exponendus eſt. Vbi quo pacto claues, Eccleſiæ, quæ corpus Chriſti myſticum appellatur, et ſponſa, ſunt traditæ, nequaq̄ exprimit, Sed de ipſa in ſe, ut ſoluendi, ligandiq; autho ritatē habuerit, loquitur. Quum uero claues ſi debeant exerceri, non ab Eccleſia in ſe, ſed à ſpecialibus hominibus habeant̃, opor teat, Quo pacto ii ſe haberent inuicem, an ordine quodam, uel nullo, non explicat Augu. Verum in libro de pœnitētia illud ex preſſit dum de lapſis paſſim ſacerdotibus nunquid ad ſoluendi, ligandiq; munera ſemper reſtitui debeant, inueſtigans à Roma no Pont. tanq̄ à proprio, ueroq; iudice legem expectandam aſſe ruit. Atq; ideo locus iſte. Si ad eius modo difficultatem trahere uoluerimus, eo quidem modo explanādus eſt, quo eo loco ſe cla rum facit Augu. ne ſibiipſi contrarius intelligatur. Quod ſanè maxime eius uerba ſecundo de doctrina chriſtiana. Lib. confir mant. Vbi decretales epiſtolas apoſtolicæ ſedis inter Canonicas haberi debere cōmemorat. Quā ēt diuinæ fidei magiſtram ap pellat. Idipſum in retractationibus atteſtat̃. i. Li. cap. xxi. Sed nullibi profecto clarius, q̄ dum ad Paulinum ſcribit de duorum conciliorū Carthaginēſis uidelicet, et miliutani geſtis, in qbus quum de Pelagiana hæreſi ageret̃, an q; Innocentiū Papā, qd ſentiēdū eēt, deberent p̄res cōſulere, narrat ſe ſubſcripſiſſe Chiro grapho, & Innocentii reſpōſiuas litteras cōmendauiſſe. Ea. cyi. Auguſtini epiſtola numerat̃. Et cōtra donatiſtas de baptiſmo. Li. ii. qđ ēt. ii. q. yii. legit̃. Puto, refert idipſum. Petri apoſtolatū cuilibet epiſcopatui optimo, & diuino iure præponens.

RATIONES LVTHERII DESTRVVNTVR QVI buſoſtendere conatus eſt nulli certæ perſonæ. Sed Eccleſiæ cla ues datas fuiſſe. Cap. VIIII.

Quod longa Euangelii expoſitione Lutherius Eccleſiæ .i. nulli certe perſonæ traditas fuiſſe claues conatur oſtē dere, allucinat̃. Interrogauit oēs ſeruator. Accipio. pro oibus r̄ndit Petrus. Pro omnibus, ergo oibus dictū eſt. Tu es Pe trus & tibi dabo claues regni cœlo℞. Attende id Petro dictum eſſe præcipue, q ipſum dn̄s Petrā uoluit appellare, & ſup eum, tanq̄ alio℞ principē ſuam Eccle. ſtruere, alios nequaq̄ excludēs. Non. n. ſup ipſum ſolum fundata eſt Chriſti reſp. Atq; ideo ma gno cū myſterio factū eſt, ut iterrogatis oibus unus r̄ndeat, uniq;

claues traditas Alii non primo, ſed ſecundo loco recipiant.

NEQVE uideo ego etiam ſi Linceis oculis utar, Quo Petrus dum ei loqr̃ dñs, non ſit Petrus, ut Luthe. uidet. Non. n. Angelus extitit, q rñdit. Neq; angelo Dñs uerba illa pnunciauit. Igr̃ uni ex hoibus, aut pluribus æqualiter, uel diſpariter ligandi, illam, & ſoluendi ptãtem diſtribuit. Quid ergo ſomniare uelimus, imo Luthe. uelit, nõ illũ fuiſſe Petrum. Cui neq; caro, neq; ſanguis, ſed pr̃ cœleſtis id reuelauit eloqi. Quũ ex ea dicẽdi ſerie nil aliud q̃at itelligi, q̃ ꝙ Petrus nõ humanæ mẽtis beneficio, ſed ſupercæleſtis patris afflatu tantum diuinitatis myſterium appræhendere poterat confiteri.

MIRVM ẽt eſt, qđ dicit̃, de nullo priuato homine certi ſumus, an à patre reuelationẽ habuerit, ſed de Eccle. non dubitamus. Quippe ſi nos certi non ſumus, Certus erat eo tempore dñs, & nos ex illius teſtimõio ꝑ fidẽ certi eſſe dẽmus. Neq; ullius ſanè momenti eſt, tunc id uni potius, q̃ pluribus reuelatũ fuiſſe. Sat. n. eſt nouiſſe nos ex uerbis illis cõfeſſionẽ eiuſmõi diuinitus ꝓdiiſſe.

QVOD ſimiliter fert̃ in ſymbolo, credo in ſanctam Eccle. Catholicã ſanctoꝶ cõmunionẽ, non explicat Eccleſiæ à dño ex æquo traditam ptãtem fuiſſe. Ideoq; ad Euãgeliũ recurrendũ eſt. Vbi Petrus præ omnibus tantopere commendatur, ut ſuper ipſum præcipuæ ſuam Chriſtus Eccleſiam ædificare uoluerit.

VERISSIme quoq; exponit̃, Eccleſiã. i. ſanctoꝶ cõionẽ, ſiue id ĩ articulis poſitũ fuerit, ſiue ñ poſitũ. Sed ſanctitas hæc (aduertamus oportet) ſolã fidẽ tãq̃ neceſſariã exigit. Nõ. n. opus ẽ uera uitæ ſãctitate ꝓditos eos eẽ, q eccle. dei cõſtituũt. Quĩ id eẽt nimiũ piculoſũ, ꝙ rari sũt, aut nulli, q tãta uirtutũ oĩum polleãt ĩtegritate, ut ĩ ſanctoꝶ nũero ualeãt collocari. Neq; ullus ex recte ſẽtiẽtibus ẽ, q petrũ Eccleſiã ĩterptet̃. Nã eius qdẽ nomẽ græcæ, latine cõgregationem ſignãt. Si Lutherius itaq; ſctõrũ cõionẽ alio modo, q̃ nos fidelium cõgregationem intelligit, errat errore ualdenſium, qui eſt hæreſis manifeſta.

NAM xviii. eoꝶ error ita deſcribit̃. Quãtũ qs hẽt bõitatis, et ſanctitatis, tm̃ hẽt authoritatis, & ſolũ boni hñt ligãdi, ſoluẽdiq; ptãtẽ. Quẽ ẽt errorẽ ĩ Li. de ueteri et nouo teſtõ Auguſtinus maxime deteſtatur. Non enim ſacerdotis (inquit) uoluntas obeſſe poteſt, aut prodeſſe, ſed benedictionem poſcentis meritum, ſiue demeritum. Vbi etiam prophetiæ Donum ait dignita

tem, & ordinē nō bonitatē īſeq dñm uoluiſſe Caiphas.n. (ſcriptum ē) Ioan.xyiii. dū eſſet pōtifex anni illius ꝓphetauit. Qui tñ malus erat, & impius. Et in hoc Martinus à Deo eſt iteꝝ de hæreſi, & blaſphemia corr ipiendus.

QVID deinde uelint ea Euangelii uerba. Et ſuper hanc Petram ædificabo eccleſiam meam, iam dictum eſt, & explanatius modo repetimus. Dixit Hieronymus ſuper hanc petram .i. ſuper te, nam ipſum dominus petram uocauerat, non ꝙ ſolus Petrus ſit eccleſiæ fundamentum. Sed ꝙ ſuper aliis apoſtolis uicem chriſti, qui uerius petra erat, geſturus eſſet in terris.

QVOD, deinde inferebat quaſi uictoriæ palmam reportans Lutherius primitiuam eccleſiam non extitiſſe, quia Romanus Papa nundum aduenerat. eo ꝙ Petrus.xyiii. poſt domini obitum anno adhuc hieroſolomis erat, ut ex Pauli ad Galathas teſtimonio .i. & .ii. cap. cōprobatur, nihil ē. Admitto enim hæc omnia. Ergo primitiua eccleſia non fuit eccleſia. Quomodo ſequitur? Si dicas non erat pontifex ea tempeſtate Romanus. Verum ē. Attamen Petrus erat uniuerſalis eccleſiæ ꝑinceps, qui poſtea Romanus effectus ē, ꝙ ibi propriam, & peculiarem ſedem ſibi conſtituit. Quam etiam cruore, & martyrio uoluit cōſecrare. Neq; ꝙ decreta ferè omnia Romanum pontificem totius eccleſiæ caput deſcribere uideant̃, eo pacto intelligēda ſunt, quo anteq̄ Petrus Romam ueniret, ſine capite fuerit. (Nam dementis eſt id profiteri). Verum ita Romanum uocant, quoniam idem erat prius, & qui poſtea Romanus effectus ē. Cuius quū ſucceſſores, Romani etiam appellarentur, omnes illos eandem poteſtatem habuiſſe & habituros ſignificant. In hunc itaq; modum ſupra petram .i. ſupra petri authoritatem, quæ in fide fundata eſt præcipue ædificata fuit eccleſia, non ſupra uniuerſalis eccleſiæ fidem æqualiter, quemadmodum Lutherius interpretatus eſt. Qui ad aliud Euangelii dictum falſo (ut ſui moris eſt) explicandum accedit.

EX EVANGELICO Math. textu cap.xyiii. idem, qđ.xyi. cap. ſcribitur de ſumma petro, et cōſequenter aliis apoſtolis, ſed diſpari ualde poteſtate conceſſa haberi, & quomodo de paſſionis myſterio non erat tunc Petrus inſtructus cui nunquam defuit fides, quo pacto eius ſucceſſoribus claues ſunt traditæ, multaq; Lutherii diſſoluantur obiecta. Cap. X.

Abet Matheus .xviii. ſui eloquij cap. dum loquitur Pe-
b tro xp̄s. Si peccauerit in te frater tuus, corripe illum in-
ter te, & ipſum ſolum. Si non audierit, duos teſtes adhi-
be, ſi item non audierit, dic eccleſiæ. Si eccleſiam ſpreuerit, ſit ti-
bi tanq̄ Ethnicus, & publicanus. Deinde in alios diſcipulos uer-
ſus, inquit, amen dico uobis, quæcunq; ligaueritis in terris, erũt
ligata in cœlo, & quæcunq; ſolueritis ſimili ratione ſoluta. Ex
eo uerborum contextu apparet, inquit, Lutherius, ita dominum
diſcipulis quemadmodum in ſuperiori textu claues dediſſe, ut tã
hæc ſententia q̄ illa unum & idem contineat. Quod enim inter-
rogatis diſcipulis ibi ſoli Petro ſoluendi & ligandi authoritatis
iniunxit, idipſum hoc in loco Petrum præ alijs allocutus, mox
alijs conceſſiſſe conſpicitur. Quod nulla alia de cauſa effectum
eſt, q̄ ut intelligamus omnibus diſcipulis pariter ſine ullo diſcri-
mine unam, & eandem poteſtatem fuiſſe conceſſam. At hæc ſua-
ſio nulla eſt. Affirmamus enim hanc euangeliſtæ ſententiam cũ
ea, quæ .xvi. cap. ſcribitur, cõuenire. Et q̄d ſoli Petro ibi tanquã
principi traditum eſt, hic omnibus, ſed ſecundo loco conceſſum.
Traditæ ſunt claues Petro hic, & ibi, ſunt etiam alijs traditæ,
ſed ſuper alijs Petro, quod ibi ex diuina reuelatione uoluerit De-
us Chriſtum dei uiui filium fuiſſe confeſſum. Hic uero, q̄ eum p̄
aliis allocutus corrigendi proximi (quod paſtoris officium eſt)
modum & rationem docuerit. Non ergo (dices) eædem omnibus
ſunt datæ claues. Quo ad iuriſdictionem datæ ſunt Petro, &
ſucceſſoribus eius maiores. Non igitur prorſus eædem ſed ualde
conſimiles. Atq; ideo in earum traditionis commemoratione di-
uerſimode locutus eſt Chriſtus. Siq; forſan ambigitur, cur denuo
traduntur claues, ſi prius ſunt traditæ, non denuo traditas eſſe
monemus, ſed ut quod ante meminerat dominus, per hæc poſt-
modum uerba explanatius fieret, ita locutus eſt. Conſtat itaque
quomodo ex utriuſq; Euangelicæ ſententiæ apud Matheum con-
ſenſu ſui propoſiti contrarium potius Lutherius deducere po-
tuiſſet.

DECIPITVR deinde noſter hic æmulus quum ea quæ do-
minus Paulopoſt clauium traditionem dixerat Petro (uade re-
tro Sathana, non enim ſapis ea quæ Dei ſunt) ita quidem expo-
nat, ut non uideat quomodo beatum ipſum dixerit prius, &

impræſentiarum deſipere. Dictum enim à nobis eſt, non nouiſſe tunc Petrum paſſionis chriſti futuræ myſterium, licet diuini uerbi incarnatio per reuelationem illi patuerit. Nanque longe aliud eſt Chriſtum dei uiui filium confiteri, et ipſum moriturum agnoſcere. Atq; ideo cum ea reuelatione, & beatitudine ſtare potuit ignoratio chriſti interitus, paſſionis, & crucis, quemadmodum non eccleſiæ (ut falſo arbitrabatur Lutherius) ſed Petro principaliter de clauium traditione illa domini aptanda ſunt uerba. Qui etiam Sathanas uocatus eſt, quoniam per modum Sathanæ ſalutiferam mortalibus paſſionem, ex inſcitia tamē deteſtans dominum auſus eſt increpare.

QVOD item ſi ſucceſſoribus data ſit Petri poteſtas, potius apoſtolis, qui tunc aderant, traditam fuiſſe magnus hic obiectat Ardelio, atq; ideo æque omnibus conceſſam probaſſe putat, facile ſoluit. Patuit enim quomodo Petro, ſucceſſoribusq;, & quo modo eccleſiæ data ſit illa poteſtas. Sed ut quoties ipſe nos cierit, idipſum toties repetamus, audiat & intelligat. Petro conceſſa fuit, ut principi, eccleſiæ, ut Petro ſubiectæ, ſi ab eccleſia Petrum excipiat. Si uero ex omnibus eccleſiam ſtatuat, eccleſiæ inæqualiter audiat fuiſſe conceſſam. Quod uero Petri ſucceſſoribus traditum eſt, præſentibus apoſtolis nulla ratione concedi debuiſſe monſtratur, q̄ illi uicem Petri uiuente Petro uſurpare non poterant. Neq; ita ſucceſſoribus eius claues ſunt traditæ, ut eos Chriſtus nominare debuerit, nam quum perpetuis temporibus uſq; ad ſæculi conſumationem ab uno principe ſuam eccleſiam regendam eſſe uoluerit, dum dedit Petro claues, ſucceſſoribus gradatim dandas eſſe nos docuit, quas præſentibus apoſtolis uiuente Petro iure optimo dare non poterat.

RIDICVLVM eſt ualde, quod ridiculus homo ſubiungit; dum eligitur pontifex ſecum ne affert claues, an ab alio accipit, ſi affert ergo prius claues habuit, quàm ſit pontificiam dignitatem adeptus. Si ab alio accipit, is alius quàm eccleſia eſſe non poteſt. Prius igitur tota in ſe habuit, quàm alius quiſquā in ſpeciali à domino claues eccleſia. Pulchra quidem ratio, & non tantum ſcriptis, ſed æternæ memoriæ commendanda, dum ſtudet eius efficacia Martinus Petro principatum adimere, quæ certe tam puerilis eſt, ut ea uanitate ſit p̄dita, qua ſi uellet ipſe,

baculo arbitraretur poſſe de manu Herculis *clauam eripere.* Non affert ſecum claues pontifex, qui eligitur inſulſe Lutheri, ſed à ſancto ſpiritu (à quo etiam ſupremam authoritatem conſequitur) accipit. Quas per obitum ſeu depoſitionem recta ratione dimittit. Siquidem fidelium congregatio (quam eccleſiam uocant) nihil aliud in electione pontificis, quàm materiam exhibet. Sanctus autem ſpiritus eſt, qui diuinitus illi authoritatem impertit. Sed animaduertendum eſt ſucceſſoribus (ut ante referebamus) nõ eo modo traditam fuiſſe, quo Petro. Aderat enim hic, illi autem minime. Ideoq; pro tempore, quo futuri erant, & (ut ita dixerim) habitu, ſponſioneq; fuit eiſdem impenſa.

NEQVE *uideo (etiam ſi oculatiſſimus ſim) quomodo eccleſiæ datæ ſint claues, niſi prius uni tantum clauigero collatæ fuerint, quas pro adminiſtratione ualeat exercere. Suppoſito uno tantum principe in eccleſia Dei ſupremo. Quod tamen linceus noſter Lutherius ſuis oculis facillime penetrauit, & lingua confeſſus eſt. Nam ſi contra partes noſtras inuehitur, dum rationem illam compõnit, quando eligitur pontifex, unum in eccleſia principem ſupremum dari accipiat, opus eſt, ut quærat poſtmodum unde claues accipiat, & ab eccleſia illas accepiſſe demonſtret. Ac ſi uellet dicere dato uno ſummæ authoritatis pontifice, neceſſe eſt prius eccleſiam habere claues, quas tanquam in ſcrinio ſeruatas illi condonet. Si uero in ratione, quam format, illud non ſuppoſuerit, quod aſſumit, erroneum eſſe dicetur, ipſumq; rationis authorem principium petere. Quod uero dictum eſt Petro, ſi peccauerit in te frater tuus poſt primam correctionem, eccleſiæ dicas, Non eſt quòd eccleſiæ præcipue datæ ſint claues, ſed id uoluit exprimere dominus, ut pudore affectus reſipiſceret ille, qui eſſet peccatorũ laqueo præpeditus.*

RATIONEM *pręterea, qua apoſtolus* Paulus *ad* Romanos *quarto capitulo utitur, ut* Abraam *non ex circunciſione, ſed ex fide iuſtum factum oſtendat, uideamus quomodo faciat militare* Lutherius. *Ait enim ſicut* Abraam Deo *gratus ex fide fuit, non ex circunciſione, quoniam ante illam erat iuſtitiam aſſecutus, ita etiam* Petrus, *antequam eẽt urbis* Romæ Epiſcopus, *iuſtus effectus eſt, et ex ſola fide creatus apoſtolus, illi*

ergo non, ut Romano Pontifici fuerunt traditæ claues, etiam ſi ipſi ſoli ea dicta ſint uerba, quæ tamen pro alijs expoſita intelliguntur. Memineris Petrum ex fide non tantum Apoſtolum. Sed etiam epiſcopum, & totius Eccleſiæ Principem à Domino inſtitutum fuiſſe. Neq; omnes in Apoſtolatu, ſed ſolum quæ ſacerdotij eſſent claues obtinuiſſe. Quæ uero ad dignitatem Pontificiam attinerent in collatione Pontificatus illi conceſſæ ſunt. Longe enim maior eſt iuriſdictio in Eccleſia Principis, q̃ aliorum. Non erat Romanus ipſe ſed eo nomine, ut in decretis habetur. Summus eſt Pontifex appellatus, quoniam ipſe ſedem ſuam ex diſpenſatione Diuina, Romæ uoluit collocare. Quo circa per fidem (ſicut Abraam) gratus fuit altiſſimo, & epiſcopatum obtinuit. Quæ fides, ut creditur, tum illi exactius quidem permiſſa eſt, q̃ dum Apoſtolatus officium aſſequeretur, ſi unum ab alio ſit (ut credere par eſt) temporis diſcrimine ſeparandum. Nanq; prius Mathei.x.cap.xii. Nominatim ab aliis ſegregati leguntur, q̃ ea uerba ligandi et ſoluendi, ædificandiq; Eccleſiam Chriſtus habuerit.

QVOD VERO amplius procax iſte Lutherius ex eadem Pauli, & ad Galatas.iij.cap.ſententiis ſubdit. Si Petro ex fide Claues ſunt traditæ, ita omnibus credentibus eaſdem Dominum tradidiſſe, non obſtat, Paulus enim ex fide iuſtum, piumq; factum abraam, & omnes alios meminit, q iuſtitia hæc & pietas communis quidem exiſtat. Sed regendi authoritas, quæ præter illam iuſtitiam, ſeu gratiam Petro conceſſa eſt, communis eſſe non debuit. Non enim expedit unum magis eſſe iuſtum, aut Deo acceptum q̃ alium, dummodo ſint omnes in gratia conſtituti. Expedit autem, immo maxime neceſſarium eſt in Dei Eccleſia unam alia poteſtatem eſſe maiorem. Valet itaq; Pauli ratio circa rem illam, quæ ad omnes, ut pietas, & iuſtitia, ſuo iure pertinere uidetur. Non ualet Lutherii uſurpatio, qm̃ ad rem non oĩbus cõem illam accomodat. Quodq; ſubiungit non uni ex Apoſtolis, ſed Eccleſiæ ꝓpterea ptãtem illam fuiſſe conceſſam, qa nullus hoĩum conſtanter, ne ipſe qdẽ Petrus in fide, & cõfeſſione ꝑmanſit, facile ſoluit. Siqdem ſup Petri fidẽ tanq̃ ſup diſpoſitionẽ fundať authoritas, q̃ errante Petro non defuit. Errauit enim, quoniam imperfecta erat Petri fides, quando Chriſtum negauit. Quæ ſi penitus defuiſſet cum ea pariter

eſſet ablata poteſtas, nam per hæreſim ſtatim quis pontifica-tus iure priuatur. Aliudq; noſcendum eſt dictu eſſe errare in fi-de quempiam, quoniam imbecillis, informisq; habeatur, aliud ꝙ oppoſitum eius, quod credi debet ille ſuſcipiat animo. Priori modo Petrus errauit in fide; Non ꝙ ſe illi oppoſuerit animo, dum ter Chriſtum negaſſe legitur. Sed ꝙ formidine ueritatem, quam ipſe intelligebat, credebatq;, uerbis, non animo dene-gauit. Non opus eſt autem undecunq; intentam, aut per cha-ritatem formatam fuiſſe fidem, pro ſumma regendi facultate uni homini conferenda. Nanq; id eſſet, & cognitu, & inuentu difficile. Neque confeſſio continua, Petro pro continenda pote-ſtate neceſſaria fuit, dummodo ex habitu facile ad actum ualue-rit peruenire. Quod ſi melius in eccleſia poteſtatem hanc quis ſtatuat collocari, quoniam à fide minus illa, q̃ unus tantum declinet, ratio nulla eſt. Nam licet facilius poſſit errare Ponti-fex, quàm totus fidelium cœtus, melius tamen ab uno, q̃ à plu-ribus æque ad id muneris inſtitutis eccleſia regitur. Siq; obij-cias, poteſtatis huius fundamentum eſt fides, id autem quanto maius, & ſtabilius eſt, in eo res tanto melius collocatur. Itaq; ſatius in pluribus, q̃ in uno authoritas iſta fundabitur, erit qui-dem meo iudicio reſponſum facile, ſi quæ diximus denuo repe-tantur. Verum enim eſt ibi rem melius collocari, ubi ſtabilius uiget, ſi æque commode, & bene exerceri ualuerit. At quo-niam longe melius ab uno, quàm à pluribus exerceri poteſt hæc imperandi poteſtas, ideo unius fidei potius credita eſſe perno-ſcitur. Quum autem hic de poteſtate ſermonem habemus, illam (quæ ſummo tantum Pontifici debetur) uelimus intelligas. Nã per ea etiam uerba, & tibi dabo claues regni cœloꝝ, alijs quoq; (ut diximus) ſed inferiorem poteſtatem conceſſam fuiſſe non di-ſplicet. Nanq; pro omnibus, qui iam interrogati fuerant, diſci-pulis confeſſus eſt Petrus.

IVGVLATVRVS deniq; pontificiam monarchiam, ex ea-met uerborum ſerie ſæpius repetita, Lutherius nobis occurrit, in-quiens, ſi pro interrogatis omnibus reſpondet Petrus, ſi Petro ꝓ omnibus conceſſa eſt illa poteſtas, omnibus etiam dictum eſſe ui-detur, ueluti Petro, beati eſtis, quia neq; ſanguis, neq; caro uo-bis tantum myſterium reuelauit. Igitur ſi quis non beatus eſſet

ut Petrus, Papa eſſe non poſſet, multo minus, ſi malus, uel non ita fidelis exiſteret.

AD ID *eſt reſponſum facile, & potius eorum (quæ diximus) repetitio quædam.* Nanq; *interrogãtur omnes, omnibus eſt data poteſtas, ſed nõ omnes beatitudinis nomen, aut reuelationis beneficium ſunt aſſecuti.* Petrus enim *ſolus beatus eſt dictus, id eſt deo alijs magis acceptus, cui etiam reuelatio facta eſſe pernoſcit̃.* Alij *uero ex reuelatione, confeſſioneq;* Petri *credentes ſuam etiã authoritatem (ut arbitror) accipere potuerunt, quæ quidem* Petri *poteſtate longe fuit inferior, quum ſolum ipſum beatum dominus dixerit, illiq; tanq̃ præſtantiori arcana cœleſtia manifeſtauerit.* Neq; propterea qui *malus eſt,* Papa *eſſe non poteſt, ꝙ ea* Petri *beatitudo nequaquam poteſtatis illius neceſſarium fundamentum extiterit.* Et ideo *malis moribus præditus, dummodo credat, illã aſſequit̃.* Item *ſi fidelis minus, q̃* Petrus *aliqs fuerit, ideſt ſi nõ cũ fidei ardorem, quem* Petrus, *habuerit, dũmodo hæreticus minime ſit, poterit tantæ dignitatis apicem adipiſci.*

AT SI *una cum* Petro *fuit alijs quoq; apoſtolis ſua data ptãs, de iuda quid aſſerendum eſt? ꝙ* Ioan. *yi,* poſtq̃ Petrus xp̃m Dei *filium ex ore oĩum profitetur, dicat* Dñs, *nonne uos elegi. xij. & unus* Diabolus *eſt, quem* Iudam *omnes intelligunt.* Dicemus *tum* Diabolum *dictum à dño* Iudam *nõ ꝙ infidelis eſſet, & impius, ſed qm̃ mali eſſet animi, & cogitationibus prauis facile caderet.* Quibus *eſſet cũ deniq; proditurus.* Sed de hoc *latius ſecũdo huius ſectionis lib. xiiij. cap. diſſeretur.*

QVOD *uero ſecundo loco tanq̃ nefas adducitur, nullius ſane momenti eſt.* Non. n. *aduerſus eccleſiã. i. unius hominis authoritatem, portæ inferi dictæ ſunt p̃ualere non poſſe, ſed aduerſus totam ex fidelibus cõgregationẽ, in qbus diuina pietas, & chriſtiana religio cõtinetur.* Scriptum *eſt. n.* Math. *ulti. cap. nobiſcũ ſum uſq; ad conſumationem ſæculi.* Quod *ſi aduerſus* Petram, *ideſt* Petri *fidem, portas inferi nõ præualere dictũ eſſe uolueris, id quoq; admittimus.* Dũq; *oſtiariam ancillam* Petro *p̃ualuiſſe cõmemoras, ꝙ à dñi negatione ſe continere non potuit, meminęris ore ſe nouiſſe dñm, aut ex eius diſcipulis fuiſſe, non corde,* Petrum *negaſſe, quod ſi corde negauerit, non tñ illum eſſe* Dei *uiui filium denegauit.* Quippe *longe aliud eſt fateri quempiam*

ſe hominem ignorare, neq; ex illius eſſe diſcipulis, & ipſum aliũ eſſe, q̃ antea nouerit, cõfeſſusq; ſit corde ſentire. Sed rectius aduerſus eã, ideſt, eccleſiam portas inferi, ideſt, malignoꝝ ſpirituum, & hominum uires nõ præualituras exponimus, atq; ita nõ præualituras, ut licet qſpiam ſua infirmitate ceciderit, ipſa tñ incolumis in ſua ſinceritate pmaneat. Quid igitˀ ex hac uerißima euangelij interpretatione donatiſtaꝝ errorem, qui et Valdenſiũ eſt, ſequi confingis ò Martine, quum ipſe potius in eiuſmodi laqueos, ut oſtendimus, tuis figmentis incideris, dum eccleſiã, ſanctoꝝ cõionem, tuo mõ ſanctitate pcæpta eſſe uolueris. Neq; mirũ pfecto eſt id mõ hoc in loco te uoluiſſe pferre, quum tui moris ſit, in alios tuã culpam reijcere, ut tuo aſtu, & ſimulatione non ille, qui ſis, ſed alius, & melior, & ſapientior oibus uidearis.

QVID toties abſq; cã ex euangelij cõtextu aduerſus pontificiam Petri, & ſucceſſoꝝ poteſtatem, ac inutiliter repetis? Si Hieronymus, Ambroſius, Gregorius, Chriſoſtomus, Cyrillus, Auguſtinus Leo, Bernardus, Thomas, Bonauentura, & ferè uniuerſa recentioꝝ theologoꝝ familia ita nobis aſſentiri conſpecta eſt, ut nullus ſit, qui ab eiuſmodi tam clara, tã aperta ueritate diſcrepare ſit auſus, quã ſanè cæſarienſis Euſebius, qui paulopoſt apoſtoloꝝ tpa floruit, eccleſiaſticæ hyſtoriæ Libro.ii. ſic etiam atteſtatur, ut clariſſimis qdem, & digniſſimis uerbis in hunc modũ de Petro Romam ueniente locutus ſit. Diuinæ puidentiæ clemẽtia Claudii Cæſaris Impatoris temporibus pbatiſſimũ oium apoſtoloꝝ & maximum, fidei magnificentia, & uirtutis merito primoꝝ in eccleſia principem Petrũ ad urbem Romam, uelut aduerſum humani generis cõem pniciem repugnaturum deducit, ueluti ducem, & magiſtrũ ſuæ militiæ, ſcientẽ diuina plia gerere, et uirtutum caſtra ductare. Credis ne Euſebio? alijsq; ſanctis patribus? aut tibiipſi potius credis? quum te illis omnibus parem, aut maiorẽ inſtituas. An nõ intellexerunt ipſi ſacra euãgelii uerba? An nequerũt ſuis ingeniis ſenſa illius ſacratiſſima penetrare? Solus (ſi Deo placet) Marti. à deo optimo, maximoq; id bñficiũ aſſecutus, quo ſacrarũ æditionũ interpres, & Euãgelicæ ueritatis promulgator eſſe potuerit, ut noua Eccleſia, noua authoritas, noua eruditio, & ſacrarum rerum obſeruatio fieret, hac tempeſtate, qua nil aliud ſane poteramus pro Chriſtianæ rei publicæ ſalute magis expetere.

ET VT VEritas hæc alia quoq; ratione monſtretur, audi quæſo, & reſponde, ſi ſapis, magne Lutheri. Si enim (ut ais) dantur nō Petro, ſed Eccleſiæ claues, ordine ullo, nec ne, dētur, īquirimus. Quod ſi fateberis, neceſſe eſt miniſtrum unum eſſe alio ſupiorē, ꝗ nil aliud ordo ſit teſte Auguſtino. xix. de ciui. dei cap. xiii. ꝗ prioris, & poſterioris certa cum diſpoſitione diſparitas. Si uero nullus claui Eccleſiæ datus eſt ordo, ipſa ſemper ea erit, quæ ligabit, et ſoluet, neq; unus claues iſtas, aut alius ſeparatim excercere ualebit, Quod dicere nefas eſt, & ab omni procul bene ſentientis animo alienum. Quum itaq; recto ordine ſerieq; concinna creditum, ac naturali ratione probatum ſit ſuam uoluiſſe dominum rempublicam inſtituiſſe, licet pro interrogatis omnibus Petrus reſpondeat, illi tanꝗ principi claues eiuſmodi dediſſe compertum eſt.

DILVVNTVR NOVAE LVTHERII QVAESTIONES

Quibus nititur oſtendere Petram ex ſcripturis Petro non conuenire, neq; ipſum eſſe caput, & fundamentum Eccleſiæ, neq; eius poteſtatem ſucceſſoribus traditam, ꝗq; falſo Africanum Nicænū, Conſtati. Concilium interpretetur. Cap. XI.

A Nteꝗ ad aliam Euāgelii authoritatem deueniamus, recenſendæ ſunt aliæ, quæ in hoc propoſitum ueniunt, Lutherii quæſtiones, Primum quoniam ex ſcripturis nunꝗ apparet Petram fuiſſe Petrum, Sed Chriſtum. i. ad Corin. x. cap.

AD ID DIco quando Mathei. x. Simon, qui dicitur Petrus, legitur, nobis ſignificari Petræ nomen illi fuiſſe impoſitum, Quod Mathei. xvi. dum dominus noſter Ieſus Chriſtus, poſtꝗ eum interrogauerit, &c. & ipſe confeſſus eſt, inquit Beatus es Simon Bariona (ideſt) fili Ioannes, & ego dico tibi Tu es Petrus, &c. Tunc a uera petra, quæ totius Eccleſiæ fundamentum erat, ſcilicet ipſe idem Chriſtus dictus eſt Petrus, & ideo illi dictum eſt. ſuper hanc Petram (ideſt, ſuper te, quemadmodum Hieronymus ibidem legitur expoſuiſſe.

ITEM Petrus, ut Eccleſiæ caput eſt, cui præſidet, non eſt pars integralis Eccleſiæ, & ideo non ſequitur, ut idem ſuper partem eius fundari dicatur.

AMPLIVS ædificari, uerbum ſpiritus eſt, aptatur Eccleſiæ, fidem

ſignificat. Non igitur poteſtatem. Illatio nulla eſt. Nanq; Eccleſia fidelium perſonas præfert, ædificari fidei augumentum, ſuper hanc Petram (ideſt) ſuper te præcipue, licet ſuper alios quoq;, q̄ illam tecum pariter gubernabunt. Poteſtatem itaq; ædificatio maxime denotat, q̄ fides poteſtati ſupponitur, & maxima ædificatio nō niſi per fidem iuncta ſumma poteſtate fieri poteſt. Quid garris bone uir?

RVRSVS ex uocationis ordine Petrum principem inferri nō licet. Nam ita ſi quis Andream Petrum nominet, princeps erit Andreas. Spernis gloſam, quæ authoritatem iam iter fideles maximam eſt aſſecuta. Qui uocationis in Petro præ aliis factæ eam cauſam (ut rettulimus) aſſignauit. Quid andreā obiectas. Quoniam ſiquis eum primo uocauerit, non erit ille ſeruator humani generis dominus, & magiſter, qui non ſine magno myſterio eum inter alios Apoſtolos uocat in primis, ſuper cuius authoritatem ſuum erat poſt ſe ædificatam Eccleſiam collocare. Hieronymus etiam & Rabba. eo loco habent hæc uerba, Simon, obediens, q̄ ob primatum Apoſtolici ordinis uocatur Petrus (ideſt) firmus.

QVID RVbem affers, quid Stephanum prius uocatos? Quid Lucam Ioanni, Marcum Lucæ, Iacobum Ioanni inde diuino iure, tanq̄ unum alteri præpoſitū infers Docte Vir. Sunt iſtæ ueræ nugæ (ut aſſeris) & tamen ab eis abſtinere non potes. Si ex domini uoce, quæ nō ſine myſterio prolata eſt, quando primum Apoſtolos ſuos inſtituit, quando eis curandi omnes intrinſecus & extrinſecus (ut omnes recte ſentientes interpretantur) à langoribus poteſtatem concedit, habetur primus uocatus Petrus, uelut aliorum futurum caput & rector. Quomodo has de aliorum rationibus, quas tam innaniter texis fabulas in propoſitum trahis?

QVID Paulum ad Galatas. ii. Iacobum Petrum, & Ioannē columnas uocantem, eundem Petrum propterea Iacobo poſtpoſuiſſe iactas? Non eſt dominus, Paulus, qui Apoſtolos eo loco inſtituat, neq; ibidem Apoſtolorum ordinem, ſeu conditiones examinet. Sed qui inter alios maxime negociabātur coaceruatim annumeret. Miror doctus ſanè quum ſis, tibi tantum in tuis imaginationibus affici.

EX ELECTIone item dandi tributi à domino facta in perſonam Petri irridet Lutherius principatum ei legitime deſignari. Nam (inquit) cur ex ſimilitudine paſſionis & mortis non licet

potius primatum inferri, q̃ ex ſolutione tributi, quum hæc æque ac illa non expedire conſpecta ſit.

TRIBVTI SOlutionis *iuſſio Petro facta pro ſe ipſo & ſeruatore Ieſu, non ut ſolutio, indicat principatum (nam tributum ſoluere potius ſubiectionis eſſe uidetur) Sed quatenus à Petro ſeruatoris etiam nomine fiat, iubetur. Vt inde quaſi una, & eadem utriusq; perſona, quæ ſoluat, legitime appareat. Principis ſanè Vicarius tam iudicio, quàm authoritate pro perſona principis æſtimatur. Ex ſimilitudine uero paſſionis, & crucis non tam bene dignitas magiſtratus accipitur. Quoniam licet tributi Solutio gradum inferiorem referre uideatur, attamen habita ratione ſoluentis, qui certum omnino habebat imperium (ut ſeruator noſter, & dominus habebatur). Pro eius ditione ſolutionem illam deberi intelligamus oportet. Quod ſimilitudo paſſionis & mortis arguere nobis, aut explicare non poteſt. Si mihi hac in re non credis Auguſtini ſaltem allatæ ſententiæ iam credere debuiſſes.*

NEQVE *ut primatum in Petro (quem cum recte ſentientibus uerum putamus) Mathei. xi. Dominus auferret, quærentibus diſcipulis, quis nam eorum maior futurus eſſet, nullum dicens, ita reſpondit, ſed ut ditionem tyrannicam, & dominandi ambitum prohiberet, Vt ſcilicet tametſi aliquis ueræ maior futurus fuerat, non tamen ut maior ſe habere deberet, ſed ut æqualis, immo uelut aliorum miniſter humilitate, & beneuolentia plenus. tollit igitur Dominus ditionem Tyrannicam, ambitum, iuriſdictionem non tollit. Seruitutem, & miniſterium ſuadet, quod cum humilitate coniungitur. Non eam quidem ſeruitutem, quæ iuriſdictioni legitime aduerſatur, Sed quæ ſuperbiæ, faſtui, & ambitioni connectitur, cauilloſus eſt Lutherius, & in uerbis homines captat, ſeq; magnificat ad ſydera.*

FIDES DE *inde Petri pro qua, ne deficeret pius idem ſeruator noſter Ieſus ſe rogaſſe Lucæ. xxij. capi. meminit, non ea eſt, quæ nobis Apoſtolorum principem Petrum deſignet. Nam tam bene fides ea Petri eſt, quàm omnium aliorum, ut ad Ephe. iiii. à Paulo traditur, unus Deus, una fides, unum baptiſma. Sed qd ipſe idem Chriſtus ad eum ſolum conuerſus ea uerba protulerit, ac ſi fidem, quæ omnibus communis erat ſub tutela, & adminiſtratiõe Petri tanq̃ eius Vicarij ꝓxime futurã dixiſſet; atq; ideo*

ut titubantes qnq; fratres in ea cõfirmaret illũ ipſum admonuit.

NEQVE cõfirmatio ipſa, ſed confirmatiõis uis in Petro principatũ oſtendit. Quod per cõuerſionẽ dñi ſingularem ad eum tanq̃ ad huiuſcemodi officij authorẽ futuꝝ ſignificat. Qua ratione Petri ſuccęſſores ſi fratres ſuos nõ confirmauerint, non tollit eis ꝑpterea regẽdi ptãs, Q̃d Lutherius infert. Nã cõfirmãdi authoritas principẽ fecit, et nõ cõfirmatio ipſa, ut Paulo ſupius dicebat. A.

QVVM uero de concilio cõſtatienſi opponitur, inquit Lutherius Africanum, & Nicænum habeo pro me, quæ mihi & meæ ſententiæ fauent, Duo ergo uni legitime queunt reſiſtere. Quorꝝ alterum primæ ſedis epm uniuerſalem uocari uetat, ut. xcix. diſtin. legitur. cap. Primæ ſedis. alteꝝ ſuburbanaꝝ tm̃ Eccleſiaꝝ Romano epo ſollicitudinem tribuit. Ita deinde cõſtantienſe cõcilium exponit, ut quũ articulos plures damnauerit, nõ oẽs pro hæreticis haberi uoluerit. Sed non nullos ſuſpectos, non nullos erroneos, quoſdam uero hæreticos definit. Atq; ideo hinc de uno ſuperpoſito Eccleſiæ capite inter erroneos, nõ hæreticos poſuiſſe. I

ERVBESCAT homo iſte in re tanti momenti tam pueriliter agere, & inania uerba diffundere. Duo uni cõcilia primum opponit, ac ſi uiribus, aut numero quæ ſuperant, potiora credere debeamus. Deinde dãnatũ articulũ ĩter erroneos ſtatuiſſe cõſtantienſem ſynodũ interpratat. Vbi conſtat de hoc bonæ uir, ſed de oppoſito clara quidem ſententia eſt, qua Marſilium de Padua, Ioãnem hus, et uiclef pro hæreticis ob eam cauſam apud eius acta damnatos, & hæreticos fuiſſe legitur. A.

QVO AVTem modo africanum & Nicænum concilia habeãt ĩterpræetari in diſceptationis ꝓceſſu dicemus. Sed id tm̃ ĩpræſentia aſſerimus. Africanum, nomen uniuerſalis epiſcopi tollere, nõ authoritatem, & ſi authoritatem tollit, non hanc quidem, quã nos Pontifici Romano tribuimus. Quæ per miniſtros epiſcopos paſſim diffunditur, ſed eam, quæ omnes alios auferret.

NICENVM uero ſollicitudinem finitam illi pro exercitio proximo & conuenienti deſignat, non pro authoritate quæ ad omnes terrarum oras extenditur.

ALIA IOANNIS VLTIMO AVTHORITAS examinatur, qua executoria poteſtas Petro cõcedit. Quomodo omnium ouium ſit paſtor Petrus. Deq; triplici cordis, animæ,

& dei ad paſtorem Eccleſiæ comparatione. Quo etiam modo amor, ſeu Charitas non adminiſtrationi ſimpliciter, ſed bonæ adminiſtrationi ſupponitur. Cap. XII.

AD ALIAM *modo Ioannis ultimo, ca. authoritatem Euangelicam ueniamus, qua ter à domino, an eum, necne diligeret ſolus interrogatus Petrus, paſcendi oues officium (ideſt) regendi imperium eſt aſſecutus.* Contra id tanq̃ Leo rugit, *aut* Aper de *ſylua fremit* Lutherius Apoſtolorum *(inquiens) nullus à* Petro *creatus, aut miſſus eſt, ergo non omnes oues fuerunt* Petro *commiſſæ.* Atq; ideo *generali ſententia dictum eſt omnibus*, Paſce *oues meas*; *quemadmodum* Mathei *ultimo ſcribitur omnibus* Chriſtum *dixiſſe*; *ite in uniuerſum orbem, & prædicate* Euangelium *omni creaturæ.*

ITEM SI *Petrus princeps erat, quomodo illi (ut ad* Galatas *ii. cap. ſcribitur)* Paulus *in faciem reſtitit? quomodo ipſe idem à* Deo *uocatus* Apoſtolus*?* Quamobrem *nihil aliud ex eo uerbo (inquit) datur intelligi, q̃ ut* Petrus, *oues ex iudeorum ouili depaſceret.* Vocatus *enim eſt à* Paulo *ad* Galatas *.ii.* Circumciſionis Apoſtolus, *qui ſe gentium legatum uoluit appellari.*

AT RESIPIAT *quandoq; uir iſte, & quæ diximus in mẽtem reuocet, ut ſi princeps inſtitutus eſt* Petrus, *iam intelligat omnes illi demandatas paſcendi oues fuiſſe,* Non *ꝗ ipſe ſolus proxime, & absq; ullo alterius miniſterio illas depaſceret, aut omnibus ita præeſſet* Eccleſiis, *ut nemo alius exigeretur, qui in uinea domini* Laboraret. Non *poteſt enim princeps omnibus ſui imperii locis adeſſe, iubet tamen, omnibus facultatem, & authoritatem impendit.* Influit *in omnia corporis membra cor, ſpiritum, & uitæ calorem, atq; ideo principatum merito obtinuit.* Quod *ſi ubiq; per totum eſſe poſſet, proxime, ac ſine ullo interuallo corpus regere diceretur.* Huic Pontificis *authoritas (ſi uolumus) commode comparatur.* At *ſi melius in natura, tanq̃ in exemplari quodam illã conſpiciendam inquirimus, noſtri eiuſdem corporis animam conſideremus.* Hæc *enim paſſim in toto, & quacunq;, etiam minutiſſima* Corporis *parte tota, integraq; recipitur, ꝗ indiuidua eſt, & à ſeipſa quacunq; actione, quocunq; officio diſtare non poteſt.* Vna *eſt igitur princeps in toto corpore anima, quæ partibus aſſideat omnibus, & tamen plura ſunt inſtrumenta, quibus uariæ hinc inde illius*

operationes aguntur. Idipſum in totius uniuerſi principe longe clarius, & admirabilius comprehendi poteſt, ſi eius ſublimitatem ſuſpicere audeamus. Siquidem ubiq; adeſt, ubiq; agit omnia, omnia diſcurrit, omnia penetrat omnibus inſidet. Plures tamen miniſtros habet, qui tot officia peragunt, qui etiam tum in ipſis aſſidua, uariaq; agitatione rotatis cœlis, tum ſuper eoſdem, ubi deputati ſunt angeli, tum deniq; infra cœlum, & præſertim hac in terrena plaga pro rerum uiciſſitudine, & commutatione aſſecutus eſt inſtrumenta, quibus ſuas actiones abſoluat, ut fruſtra penè ſua præſentia complere omnia uideatur.

QVID Prohibet itaq; noſtræ reipublicæ caput non præſentia, non naturali influxu, ſed arbitraria authoritate, non proxime, ſed per internuncios pluribus præſidere officijs, totius item Eccleſiæ in hunc modum oues depaſcere, ut ſi id muneris alicubi expleat alius, ille ipſe, à quo pendeat, agere uideatur.

EST IGITVR totius Eccleſiæ, & omnium Eccleſiarum Paſtor Pontifex ſummus. Totius, quod nulli ſoli Eccleſiæ deſtinatur, omnium, quia et ſi in qualibet miniſtros habet epiſcopos, ipſe tamen quotieſcunq; uoluerit, eorum authoritatem ſingilatim ſibi poteſt aſciſcere. Atq; ideo uere ſi ſatius, ſi cõmodius, ſi honeſtius fieri poſſet, ipſe ſolus proxime abſq; ullo epiſcoporum internũcio Eccleſiarum oium iuriſdictionem ad plenum exercere ualeret.

NON CREAVIT Apoſtolos Petrus, non miſit, ut legitur, ob id quod iam dominus ipſos omnes creauerit, qui tamen Petro tã quã capiti obſequerentur. Non miſit tum eadem ratione, quia à Domino miſſi ſunt dicente. Sicut miſit me pater, ita et uos mitto tum etiam honeſtatis cauſa, non quia non potuit. Immo apud Lucam in eorum actis. viii. cap. legitur. Quum audiſſent Apoſtoli, qui erant Hieroſolimis, Samariam uerbum Domini ſuſcepiſſe, miſerunt Petrum, & Ioannem. Quod recte intelligendum eſt. Non enim miſſio, ſeu uerius legatio illa ex ſuperioris authoritate. Sed ex concilio profecta eſt, cui honeſtatis, ac potius pietatis cauſa obſecutus eſt Petrus. Ita quoq; dixit fratribus ſuis Ioſeph Geneſis. xlij. cap. Mittite ex uobis unum, ut minimũ fratrem adducat. Item Mathei. ij. cap. legitur. Mittens Herodes tres reges magos, qui Bethleem uenerant Dominum adoraturi, dicens. Ite, & diligenter de puero inueſtigate. Quid plura? à Deo patre miſſus eſt filius, qui non inferiorem, ſed æqualem pror

ſus dignitatis, & uenerationis gradum obtinuit. Non ualet igi- *tur ratio non creauit Apoſtolos, non miſit, ergo Princeps non fuit.* Siquidem, quæ ſcribendi omiſſione accipitur, argumen- *tatio nulla eſt.* Non ualet etiam ſi miſſum ab alijs Petrum com- *moneas, ea ratione, quam diximus.*

RESTITIT *autem Antiochiæ Paulus Petro, non quod autho- ritatem illi parem habuerit, ſed quoniam Petrus ob doctrinam eius, et prædicandi officium illi multum tribuere uiſus eſt, cuius etiam conſilio ceſſit. Quod ſi forte Hieronymi ſententia in me- dium proferatur, quæ à Gratiano .ij. quæſti .vij. adducitur capi. Paulus. Vbi niſi ſe Petro non imparem nouiſſet Paulus (inquit) illi utique in faciem non reſtitiſſet. Non impar, ſed æqualis uita, conſuetudine, moribus fidei defenſione. Authoritate uero iuris- dictione, poteſtate, inæqualis Paulus fuiſſe dicetur.*

NEQVE *dictum eſt Petro, ut omnes oues depaſceret, quia iam quod omnium princeps inſtitutus fuerat, id de omnibus eſſet intelli- gendum. Circumciſionis quoque Apoſtolus à Paulo, qui ſe gentium uo- cat, dictus eſt Petrus, quoniam cum iudæis ad Chriſtianam pie- tatem facilius declinaturis, quam cum ethnicis potius uerſabatur. Eo- dem item modo dictus eſt gentium Paulus. Quum tamen ille omnium paſtor, & rector, qui iam inſtitutus fuerat, haberetur.*

QVOD *deinde ſecundo loco de paſcendi nomine ad poteſtatem Pontificis non attinente ex aduerſo magno nugarum, ſeu (rectii- us dixerim) Anilium fabularum apparatu deducitur, uix di- gnum eſt, ut reſponſum accipiat. Paſcendi officium (inquit) non imperandi eſt, eo quod non ſolo regimine, ſed doctrina tanquam ſpirita- li cibo ueſcuntur oues. Amore item præpoſito hæc alendi cura tan- to innixu Petro commiſſa eſt, ut ſine ipſo ſicut uerbis exprimi- tur, adeo prædicata poteſtas nequaquam ſubſiſtere uideatur. Ad do- ctrinam itaque Is. Domini aptandus eſt Sermo, aut quum amo- rem illum, et dilectionem nullus ſit modo, qui calleat, maximeque periculoſum eſſet cum in paſtore neceſſarium dicere, Pontificiam poteſtatem ea uerba non ſonare uidentur. Hæc Martinus.*

NON NEGAMVS *paſcendi officium ad doctrinam, et mo- res accommodari debere, quoniam ſpiritalis eſt iſte cibus, & ali- monia ſalutaris, quæ uiuificat ſpiritum. At memineris non ſo- la doctrina, aut prædicatione id commode fieri poſſe, ſed bona- rum actionum, & uirtutum exemplo. Quumque princeps in ci-*

uitate, ſeu republica ſit, aut eſſe debeat omnium aliorum exemplar? Quod ſubditi pro uiribus imitentur, maxime illos poteſtate, regimine, uita moribus absq; alia ſuaſione depaſcet, optimisq;, & ſpiritalibus alimentis enutriet. Neq; opus eſt, ut ſicuti Petrus ardore (ut ita dicam) nimio concitatus quisq; Pōtifex doceat, Euangelium prædicet, ac per totum terrarum orbem diſcurrat, niſi ex integerrima quadam, & incredibili ſua bonitate id præſtare uoluerit. Sat enim eſt ita uirtutum, rectæq; adminiſtrationis exemplo rempublicam gerere, ut illi imputari non poſſit, & quisq; in eo habeat, Quod planè poſſit, & debeat imitari. Alimonia igitur hæc ſpiritalis quomodo Imperandi ſit authoritati coniuncta, ex his ita facile conſtat, ut quanto quis magis in republica præeſſe conſpicitur, tanto melius poſſe, debereq; ſuum ſibi commiſſum gregem alere intelligatur. Atq; ideo ea ratione cum imperandi authoritate optimum id, & neceſſarium boni paſtoris officium Dominus Ioannis ultimo capi. Petro iniungere uoluit, ut parum, ſine eo munere ſibi conceſſam illam ſummam adminiſtrationem profuturam agnoſceret. In hunc itaq; modum ea Euangelij uerba: Paſce oues meas, Non abſolutam, ſed executoriam clauium poteſtatem ſignificant, ut ab initio diximus. Quæ item in amore, & beniuolentia ſic ſita eſt, ut quod ſuum eſt bonus princeps ſine ipſa ne minimum quidem cogitare, nedum agere ualeat. Pro bene itaq; adminiſtranda republica, neceſſaria quidem dilectio eſt. Atſi ſecus alicui euenerit, non eſt propterea æſtimandum abſolutam, quæ in fide dumtaxat, etiam informi, & remiſſiori fundatur, illi ablatam poteſtatem fuiſſe. Cui etiam reſpondebit executoria, & imperfecta poteſtas, non autem ea, quæ perfecta eſt, inq; ſumma erga oues dilectione, & charitate conſiſtit.

SI ITAQVE (ut denuo repetamus) eo uerborum tenore Dominus quando cæteri omnes diſcipuli aderant, & Ioannes, quem ipſe præ cæteris diligebat, Ter Petrum ſolum, an ſe diligeret, interrogauit, terq; illi paſcendarum Ouium curam, & adminiſtrationem commiſit, cur eſt quod aliquid Petro per ea uerba quod non alijs, datum fuiſſe non credere debeamus? Non enim de doctrina eo in loco, aut de prædicatione fit mentio (quemadmodum Mathei ultimo ca-

DEFENSIO LEONIS Ponti.xix.di.c.ita dominus.de ſoliditate Petri, de Romanæ eccleſiæ iuriſdictione. de eius ſono in totum orbem terrarum diffuſo à Lutherij morſibus. ex cuius etiam uerbis ſibiipſi contrarius, ſciſmaticus, hereticus facile demonſtratur.
Cap. XIII.

VEniamus modo ad ea, quæ in ſacros canones, & ſanctorum decreta affert Lutherius, ut uideamus nunquid, & quomodo militent, ipſe enim uſq; adeo uiſus eſt irridere illa, ut non tãtum frigida, uerumetiam prorſus exanguia ſit arbitratus.

CARPIT igitur in primis Leonem.xix.diſt. cap. Ita dominus, taxatq;, ꝙ per ſoliditatem Petri ſummam eius, et Romani pontificis iuriſdictionem intelligit. Quoniam omnes apoſtoli fuiſſent in ſoliditate Petri fundati, quod tamen erroneum putat, & ſub Romana eccleſia, nec prothomartyr Stephanus, nec alij complures fuere.

AD HOC dictum iam eſt quomodo iuriſdictio illa Romano Pontifici à domino conceſſa ſit, anteq̃ Petrus Romam crucifigẽdus accederet. Ipſe enim uniuerſalis eccleſiæ factus eſt princeps, ſed Romanus appellatus eſt, quoniam ſedem ſuam Romæ ubi paſſus eſt ſupremum uitæ ſupplicium, diuina ſententia collocauit. Atq; ideo ſucceſſores eius omnes, etiam ꝙ Romæ nunq̃ eſſent, Romani Pontifices merito uocarentur. Apoſtoli uero cuncti & Stephanus hac ſoliditate Petri nequaquã uacui extitere, quoniam eſſent ſub eius Imperio legitime conſtituti.

TAXAT deinde eummet Leonem, ꝙ prophetæ uerba. in omnem terram exiuit ſonus eorum. Soli Petro tribuere uideatur, quum tamen plurali numero ea ſententia proferatur. Sonus eorum. uerba eorum.

O PVLCHRA, & peracuta quidem obiectio. Nonne legis quæ ſcribis Lutheri? non ea uerba ſoli Petro tribuit Leo, ſed omnibus diſcipulis inquiens. At huius muneris ſacramenta ita dominus ad omnium apoſtolorum officium pertinere uoluit, ut in beatiſſimo Petro omnium apoſtolorum ſummo eadem præcipue collocauerit. Nonne uides omnibus id officium iniunctum à domino, ſed ordine quodam ſanctum hunc pontificem uoluiſſe.

In meridiana luce cecutire non licet.

R E prehendit tertio dictum eius, quo dona quæ Petro largitus eſt dominus, inde ad omne eccleſiæ corpus diffundi meminerit. Nam inquit ille, & Paulus, & alij prædicationis accepta munera perſoluerunt.

NON EST, Quod credis (parce mihi) ſed quod tibiipſi fingis miraculum, uiri huius mentem occupatam fuiſſe, dum talia profiteretur. Tua ſanè mens uidetur potius occupari, dum illi tam temere obloqueris. In omnem terram, in totum eccleſiæ corpus à Petro prædicationis & alia apoſtolatus diffuſa ſunt munera, non quod eadem ipſe ſolus exercuit, ſed quoniam ab ipſius authoritate & ſuprema poteſtate penderent. Atq; ideo inde ſuam originem, & efficaciam traxiſſe uidentur. Vnde & ſi alios apoſtolos ipſe idem dominus, qui & Petrum, inſtituit, ita tamen inſtituit, ut quæcunq; agerent à ſe, & Petro tanq̃ Vicario profecta eſſe intelligantur. Id uoluit iſte Leo.

Q V O Deinde pacto (ut tecum per hoſce tuos loquentiæ campos uidear ſpaciari) tua hæc quam facis, ꝓteſtatio ualet, quæ ſit facto contaria? Proteſtor enim (inquis) me huiuſmodi non damnare decreta, eo quod nihil deperit meæ ſaluti ſi tolero uiolentam ſcripturæ interpratationem. Si uiolenta hæc interpratatio eſt, quomodo illam non damnas? Aut enim illam tanquam uerã, aut falſam, ſeu ambiguam accipis. Si tãq̃ ueram, quomodo uiolenta? Quippe quod uiolentum eſt ſemper naturæ, & ueritati opponitur. Si uero tanquam falſam, & ambiguam recipis, ipſam quomodo toleras, niſi coacte. Quemadmodum principis alicuius tyrannidem toleramus inuiti, quia illi reſiſtere non ualemus. Quod ſi admiſeris, ut ſanè uideris, & negare nõ potes, iam omnino decreta damnas, inficiaris. Quumq; ſcopulum cuitare prætendis, in profundum maris demergeris inquiens. Eiuſmodi abuſiones ſcripturæ ualent pro his, qui iam credunt. Sed pro alijs qui aduerſus contentioſos bellum agere uelint, minime. Dicas mihi. ſunt ergo, qui non credunt, & tu ex illis es, aliter non eſſet, cur abuſiones illas uocares. Quod ſi abuſiones eas fateris, et illis non credis, neq; pro te eaſdem ullatenus tolerabis. Pro quibuſdam igitur tolerandæ ſunt, pro quibuſdam aũt minime. Nõ ne? quid ais? negabis, aut aſſentieris? ſi negas teipſum

negas, ſi aſſentiris, iam in Dei eccleſia circa unius, & eiuſdem Euangelicæ lectionis intelligentiam oppoſitos ſenſus admittens apertum ſciſma, maximumq; diſſiduum paris, & tua quantum uales authoritate confirmas. Quo nihil abſurdius. Non tolerauit Paulus (ut ſecundo .i. ad Galathas cap. habet) cum circumciſis ſolum uerſari Petrum. Verum illi in faciem reſtitit. Cum quibus uerſari proculdubio poterat, & illis iure optimo magis, q̃ gẽtilibus affici, propterea ꝙ & ipſemet, & apoſtoli omnes, & eoꝝ magiſter Chriſtus circumciſionis ueſtigium paſſus eſt. Et tamen ne fieret periculoſum, & deteſtabile in eccleſia ſciſma, ſeſe à prælibata obſeruatione diuertit, & abſq; ullo diſcrimine cum omnibus conuerſabatur.

PAVLVS item .i. ad Corinth. i. nolebat, ut baptizati in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti potius cephæ, aut Pauli eadem cauſa dicerentur. Quum tamen ex ſpirituali quadam per regenerationis lauacrum indita pietate poterat quis uni magis q̃ alteri affici. Quanto magis in re tanti momenti, ubi de clauium poteſtate, de regimine eccleſiæ, de uerbis euangelicis, de diuinis iuribus agitur, expedit, ut fugiamus inconſutilis huius domini tunicæ diuiſionem?

NEq; ualet ꝙ uelut ſub umbra digiti tectus eam expoſitionem aſſeris te pro defenſione fidei aduerſus contentioſos adducere. Maior ſanè, & indefenſibilior error eſt duplicem, ac ſibiipſi contrariam nutrire in re pia, ſeu tolerare ſententiam, q̃ in contentioſos altera uelle uti, qui alterius toleratæ ſententiæ adminiculo adiuti eam ipſam ſtuderent infringere, ac proprijs armis eccleſiam peruertere procurarent. Non eſt danda hoſtibus anſa, qua nobis officiant, ſed tollenda prorſus occaſio eſt, qua quod ſanctum, piumq; eſt queat ullam moleſtiam pati.

NESCIO inſuper quomodo quæ tanto tempore in tanta rerum, & dignitatis amplitudine uiguit, tuis modo ſuffragijs eccleſia indigeat. Cui certe uideris quum in ea diſſidium ſtatuis, optime ſuffragari. Illi maximo adiumento es aduerſus eos, qui ei forſan (ut ais) bellum indicerẽt, quum nondum exortum aliunde, ipſe tu iã illi palã indixeris. Talibus auxilijs, nec adiutoribus iſtis tp̃s eget. Ne mordeas igiť, ne detrahas, ne diſſimules. Q̃d toleras, aſſere, granũq; illud ſynapis, q̃d dei uolũtate uſq; adeo

creuit, ut facile cōminui nequeat, admitte, & cum lectiōibus ſacris concilia, ut maiores tui pro uiribus conciliarunt.

QVOD uero non dubites Romanos pontifices errare potuiſſe, ꝙ homines fuerint, ſicuti cæteri epiſcopi, quemadmodum erraſſe & hunc Leonem proculdubio aſſeris, ſuoq; ambitu eos tm̄ ſibi principatum aſciuiſſe confirmas, tibi ipſi iniuriam facis, et pateris telis uulnera facta tuis. Potuerunt errare, non dubito, errarunt ne, quid ais? Dices, errarunt, qm̄ ſibi principatum eiuſmodi ambiuerunt. Eccleſia igitur errauit, quæ illum æquo animo tulit, aut in tanta ſacrorum euangeliorum ignorantia manſit, & ipſe tu erras, qui toleras, & magis erras, qui oppoſitū credis, & credendum pro uiribus aſſeris. Error ſanè maximus, ut hic, tolerari non debet. Aut igitur eccleſiam unà cum ſuis Romanis pontificibus non erraſſe, aut ſi errarunt ipſi, illam quoq; erroris complicem fuiſſe dicemus. Neque audiendus es quum Chriſtum diſcipulorum ambitum, & certamen, quo quis maior eſſet, ab eo contenderent, æquo animo tuliſſe memineris. Nam Lucæ.xxij.cap. oppoſitum apertiſſime legitur. Facta enim eiuſmodi quæſtione illis reſpondet dominus. Qui ex uobis maior eſt, fiat ſicut minor. Ecce ambitum quomodo tolerauit, nimium audes, nimiū extorques domini uerba, immo ſenſa ſic tua authoritate peruertis, ut alijs oculos eſſe non putes. Ex quo planè allegato contextu euidentiſſime apparet Chriſtū non modo ſciſcitantium diſcipulorum contentionem, aut ambitum nequaꝗ tuliſſe, uerumetiam penitus extinxiſſe.

QVOD uero ultimo loco ſancto huic uiro Leoni de græcis, & orientali eccleſia tanquam nefas obijcitur, diuini ſcilicet myſterij illam tanto tempore expertem fuiſſe, nihil eſt. Quippe aut græci, alijq; orientales intellexerunt, uolueruntq; nec ne, Romano ſubeſſe pontifici, & ſucceſſoribus eius. Si uoluerunt, non utiq; errarunt. Si noluerunt, errarunt, & modo maxime errant, quum ſe à Romanæ ſedis imperio ſubtrahere non uereantur.

SALVVS ESSE LEO QVARTVS OSTENDITVR Diſt.xx. ca. de libellis à prauitate Lutherij, dum non recipientes per contemptum Eccleſiæ Romanæ ſtatuta, neq; catholicam retinere fidem, neq; Euangelia quatuor admittere profitet. Cap. XIIII.

IMprobatur deinde Leo.iiij.diſt.xx.capitu. de libellis: Quoniam dicit, qui canonum ſtatuta cuiuſcunq; conditionis fuerit, indifferenter recipere nolit, nec catholicam, nec apoſtolicam fidem, aut euangelia quattuor utiliter, et efficaciter retinere, uel credere ad effectum dicetur. Nanq; in hūc modum nimis audacter, uiſus eſt humana ſacratiſſimis euangelijs æquare ſtatuta, quibus non ſeruatis, fides catholica non obſeruari intelligatur.

PRO Nobis impugnationis huius, quæ allata eſt, ratio facit. Nā dr̄. et obiectat̄. Si de cōtemptoribus, & de his, q tibi ſubiecti ſunt, id dictum fuiſſet, recte quidem. At quum abſoluta ea promulgatio facta ſit, merito erronea eſſe uidebitur. Tuus eſt error quoniam iam de contemptoribus, aut ijs, qui confirmationem in ſuis conſtitutionibus à Romana, & apoſtolica ſede non habuerunt, intelligendus eſt textus iſte Leonis. Quod ex ipſius, quo uſus eſt, uerbo, conuincat̄, ſatis apparet. Non enim conuincitur aliquis, niſi prius in aliqua oppugnatione perſtiterit. Vbi uero oppugnatio, ibi reſiſtentia, ubi reſiſtentia, ibi contemptus, Contemptoribus igitur locutus eſt Leo. Locutus eſt etiam illis, q conſtitutionum ſuarum confirmationem à Romano Pontifice non habuerunt. Quemadmodum Orientis Eccleſia, quæ licet multos non habeat eiuſmodi canones, ut habetur.xxxi.diſt. capitu. Aliter. quum tamen ſuorum inde rituum confirmationem habuerit, ab hac deteſtatione ſaluatur, ut habetur.xix.diſt. ſup eo. capitulo de libellis. Ex qua iniuſte tuum allatum depræhenſum eſt furtum. Quod enim pro errore Leoni Pontifici obiectabas, prius ſcrupuli poterat eſſe dilutio, & tamen loco impugnationis non es ueritus accipere. Neq; ꝙ de his ſolum aſſeris ea uerba intelligenda, qui illi ſubiecti eſſent, audiendus es, quoniam loco enucleationis eam affers inſtantiam, de qua noſtra eſt diſputatio, uelut oblitus, aut ignarus potius eorum, quæ à teneris callere debueras. An neſcis id tanq̄ abſurdum cauendū eſſe, ut in topicis traditur? An neſcis de ſuprema Pontificis ſummi authoritate nobis eſſe ſermonem, quem fidelium omnium tenemus imperium agere? Quo pacto igitur Leonem dices ueritatem proferre, ſi ſuos dūtaxat, non eos, q ſint alterius ditionis alloquitur?

NEq; tam audax, ſuiq; neſcius fuit iſte Leo, ut obſeruantia canones Euangelijs æquare uoluerit, ſi eius uerba diligēter inſpicias.

Non enim ex principali propoſito, ſed ex conſequenti ſolum qui non recipit canones, nec euangelia quattuor, nec fidem catholicam, aut Eccleſiam recipere aſſerit, eo ꝙ non receptis ſtatutis, eorum negligitur author, & id pariter, unde ſuam authoritatem obtinuit, quod Euangelium eſſe pernoſcitur.

QVAM BENE, ET LAVDABILITER SANctus Dei uir Iſidorus Pont. Romanum Sacerdotum omnium Principem interpretatus ſit. & quomodo africana, calcedonenſiſq; ex oppoſito allatæ ſynodi intelligantur. Cap. XV.

Veniat Iſidorus Epiſcopus, qui in ethymologijs apud fideles principatum obtinuit, & cum ſua ſanctitate à contumelijs lutherianis ſe uindicet, ꝙ & diuinator, & inſcius, & (ſi Deo placet) demens, ac de ſua apud homines authoritate immeritus appellatus eſt. Veniat inquam, ut uideat, quibus morſibus laceretur, et qui ab omnibus poſt tot annos ita acceptus ē, ut dicta ipſius complura inter ſacros canones poſita ſint, ab uno tempeſtatis noſtræ Lutherio ludibrio habitus intelligat, quæ de Romano Pontifice. vij. ethymologiarum libro commemorat, & inter decreta poſtmodum relata leguntur, non inter canones, ſed cum canibus impudentiſſime connumerari. O abſurdum, fœdumq; uerbum quod certe neq; à ſancto, Pioq; uiro expectari, neq; ex religioſi hoīs ore unq̃ excidere debuiſſet.

LACERATVR itaq; canis iſte in primis, qui bene, & optime latrans mordaciſſimi alterius uirus, & uenena diſturbat. quoniam. xcix. diſtin. primæ ſedis capi. ſcriptum eſt. Primæ ſedis Epiſcopus ſacerdotum princeps aut ſacerdos ſummus non appelletur, ſed tantum primæ ſedis epiſcopus. Vniuerſalis autem nec ipſe Romanus pontifex appellandus. Id ex Africano concilio uires obtinuit. Ibidem Pelagius pontifex & diuus Gregorius allati teſtes idipſum approbare uidentur. Sed Gregorius eo libro, quem regeſtrum appellant, acrius quidem, & ſæpius, ubi ad Imperatorem Conſtantinum ſcribens, Calcedonenſis cōcilij de œcumenico principatu, oblationem apertiſſime reſpuit. Iſta ſunt ò Iſidore, quæ te feriunt iacula.

ADVERTE Martine morſus tuos canis noſtri cutim non modo non uiolare, ſed ne minimum quidem deturpare, quippe

quodibi de patriarchalium ſedium epiſcopis, & de Romano Pontifice legitur, humanitatis cauſa inſtitutum fuit, ne quis forte nimiæ arrogantiæ titulo ſic ſuperbiret, ut alijs iuriſdictionem uellet adimere, uel ut adimendi ſuſpicio tolleretur, non quod re uera Romanus œcumenicus appellari non debeat. Primo itaque de patriarchalibus ſedibus illud intelligendum eſt, à quibus Romana excipitur. Nam quatuor illæ ſunt in orientis regionibus conſtitutæ. Deinde quum Romana quoq; admittitur, eo modo non uniuerſalis eius epiſcopus eſt appellandus, quo cæteris & honoris nomen, & authoritas ablata intelligatur.

AT SI ita uniuerſalis epiſcopus appelletur, ut alij quoq; proprias, & peculiares ſedes obtineant, nihil erit, quod eiuſmodi nomenclaturam impediat. Idipſum ſenſiſſe beatum Gregorium tam eo in loco, quàm in regiſtro proculdubio dicimus. Calcedonenſis ſanè illa celebris ſynodus ſi illum in generalem totius Eccleſiæ Principem acclamauerit, cur Gregorij potius ſententiæ ſi oppoſitum ſenſerit, ſtare uelimus. Quum potius ſynodo per te ſtandum iure optimo uideretur, quod illi maior authoritas ſit, & in ſpiritu ſancto fuerit legitime congregata? ſcriptum eſt.n. in euangelio Mathei cap. xviii. Vbicunq; duo, aut tres congregati fuerint in nomine meo, in medio illorum ſum. Sequitur igitur ex aduerſarij quoq; datis principijs eiuſdem ſententiæ, & Gregorium, & Calcedonenſe concilium extitiſſe. Verum humanitatis gratia, & ad tollendam ſuſpicionem auferendæ dignitatis ab alijs, nequaquam uniuerſalis Eccleſiæ paſtor uoluit appellari, ut in africana etiam inſtitutione, eadem cauſa legitur obſeruatum.

ID ETIAM nominis uſurpatum quandoq; à pontificibus legitur. Syxtus enim, qui beatus extitit, omnibus epiſcopis ſcribens. ij. Epiſtolarum ſuarum ſe apoſtolicæ ſedis uniuerſalem epiſcopum uocat. Victor quoq; eiuſdem ſanctitatis uir, Theophilo alexandrino dum literas de paſchate, & batiſmate mittit, ſe Romanæ, ac uniuerſalis Eccleſiæ paſtorem inſcribit. Idpſum ſanctus Eleutherius ea epiſtola, quam uniuerſis galliæ epiſcopis ſcribit, affirmat, dum ſibi à Chriſto uniuerſum fidelium cœtum commiſſum fuiſſe commemorat.

ANACLETVS QVOMODO SACERDOTII ordinem à Petro cœpiſſe uoluerit, & Pelagius Romanam Eccleſiā alijs diuinitus præpoſitā dixerit. Cap. XVI.

Qvod deinde per Anacletum.xxi.diſt.cap.in nouo. Sacerdotij ordinem à Petro cœpiſſe ſcribitur, non improbatur, ſed ꝓ libito exponitur. Veritas autem habet nō ſolum à Petro in Eccleſia ordinem ſacerdotij prodijſſe (quoniā ipſe primo ſacerdos fuerit inſtitutus) ſed etiam quoniam aliorū ordines ab eius ſacerdotio pendere uoluerit dominus.

IDIPSVM eomet loco Pelagius aſſerens impugnari nō poteſt, qui ſacroſanctam Romanam Eccleſiam nō humanitus, ſed diuinitus alijs prælatam eſſe commemorat. Neq; propterea, qđ toties dictum eſt, alijs clauium eſt ablata poteſtas, ſed ordine, et pendentia quadam poſt Petrum illis eſt tradita. Quo etiā pacto Romana hæc potius uocitatur, apparuit, nō quod ab initio fuerit, ſed ob id, ꝙ i Petro (qui Romanæ eccleſiæ paſtor, q̄ alterius ānuēte deo maluit appellari) ſua ſuſcepit initia, ac eo ſemper nomine nuncupari promeruit. Viſum eſt etiam, quo pacto ſupra petram, ſuam uoluit dominus Eccleſiam ædificare, ideſt, ſuper petri poteſtatem, quæ in fide fundata eſt, non in nihilo, ut liberius q̄ deceat dictum eſt.

QVO item pacto cum cælſiore gradu maior etiam authoritas cō numeretur, optime explicatum iam eſt. Neq; ꝙ miſſus eſt Petrus cum Ioanne ſamariā, ab alijs authoritatem accepit, ſed ipſe ſuo imperio, eorum tamen conſilio eo uoluit proficiſci.

ROMANA ECCLESIA QVOMODO ALIARVM mater, ſolaq; à domino inſtituta ſit, neq; tamen ſufficiat. uelato etiam, aut breuiſſimo uerborum compendio ſolitum eſſe diuina pandi myſteria. Cap. XVII.

Nicolaus quoq; Pontifex ab hac ſubtrahere ſe neqt iniuria, qui quum Romanæ Eccleſiæ dignitatem Eſayæ teſtimonio comprobat, atq; ideo aliarum omnium matrem illam appellat (ac ſi quæ in Iudea, erant ante ipſam, ut Hieroſolimitana, Antiochena, & aliæ, filiæ eius eſſe nequinerint) irridetur, exploditur, quod tamen iniuſte utiq; factum eſt.

Quippe

Quippe Romana ideo aliarum eſt mater, q̀ Petrus ab initio aliorum pater, & princeps fuit, & habitus eſt, neq; tunc Romana Eccleſia quando non erat, matris nomen aſſecuta eſt, ſed poſtmodum quando Petrus Romæ ſuam uoluit ſedem, à qua aliæ penderent, ſuo arbitrio collocare. Quod eam quidem agendi habere potuit rationem. Qua (ut fidedignæ, & iam ab uniuerſo fidelium cœtu comprobatæ narrant hyſtoriæ) nimiæ perſecutionis fugiendæ cauſa Roma diſcedenti illi apud Vrbis portam apparuit Dominus, qui ab eo, quonam tenderet interrogatus ſe Romam ad denuo crucifigendum ire reſpondit, atq; ideo inde Petrus Romam ſibi reuertendum ex domini uoluntate cognouit, ſtatimq; eò reuerſus eſt, ubi diuino quodam myſterio inſtitutum fuiſſet, ut ſuam ſedem crucis martirio conſecraret.

QVOD VEro Idem Nicolaus. xxij. diſt. capi. omnes, Eccleſias omnes à Romana inſtitutas, ipſam uero ſolam à Domino fuiſſe fundatã ait (Id Pontificis, aut alterius cuiuspiam fuerit) ſanũ habere potuit intellectum. Dictum eſt enim, quando Petrus uoce, et authoritate Domini inſtitutus eſt princeps, Apoſtolos alios non neglectos fuiſſe. Sed quum pro illis ipſe Simon reſponderit. eos quoq; ſuam authoritatem accepiſſe, quæ quum Petro ſubiecta eſſet, ideo ab eo certo quodam modo dici potius deriuari. Quemadmodum ordine quodam à domino fundatæ ſunt omnes eccleſiæ, ſed Romana, ideſt quæ Romana futura erat præcipue, à qua pendentiam illam conſecutæ ſunt aliæ, Si Textus iſte (ut ueriſimiliter credi poteſt) hunc habuit ſenſum, condemnatus eſt gratis.

IVRA autem cæleſtis, & terreni imperij Petro fuiſſe commiſſa non diſſonat, ſi pium ſenſum, pia interpretatio ſequitur, ut fieri debet. Non enim credere par eſt, tam ſui ipſius neſcium hunc fuiſſe Pontificem, ut Petrum cœli imperatorem ſtatutum crediderit, ſed ipſius cœleſtis imperatoris Vicarium, & miniſtrum in terris, cui ipſe in cœlis legitime uoluit aſſentiri. Non debent ſane in re ulla, nedum pia, & tanti momenti, quanti hæc eſt, & præſertim pontificum uerba in odium potius, q̃ in fauorem torqueri. Sed pro uiribus enitendum eſt, ut ad bonum, ſanumq; intellectum redacta nos tam à maligna interpretandi ſententia purgent, quàm alios ab eiusdem criminis ſuſpicione ſummoueant. Quo autem pacto Eccleſias alias ab ea, quæ Petri futura

eſſet, inſtitit dominus, iam ſatis explicatum eſt, ſed ut inſana hæc male dubitandi, & ſentiendi tollatur occaſio, mihi denuo repetendum eſt. Siquidem quum ita uniuerſalis Eccleſiæ paſtor dictus ſit Petrus, ut inde authoritatem proximam (ſi expediret, & commode fieri poſſet) in omnibus eccleſijs exercere ualeret, eadem ratione à domino inſtitutæ ſunt aliæ, ut uicaria authoritate Petri ſubſiſtant, et ſuam iurisdictionem exercere intelligantur. Neq; ſi aliarum præfectos ob eam cauſam ſuperuacaneos dixeris admittendum eſt. Nam id maxime foret abſurdum, quoniam in arbitrio etiam ſummi Pontificis ſequeretur eſſe alios omnes de medio tollere, quod dicere nefas eſt. ſunt itaq; & alij Eccleſiarū rectores neceſſarij, qui proxime illis aſſideant, & diuinum cultum exerceant. Quibus & Pontifex ſuperior eſt, & in eorum, non omnibus, aut ſimul, Sed quibus, & quando uelit Eccleſijs ſuum poteſt imperium agere. Ea uero ædificatio Eccleſiæ, quam ſuper Petrum firmiter ſtatuit Dominus, totius, & omnium Eccleſiarum eſſe dignoſcitur. Verum Romanam præ alijs, inde ſuum eminentiæ priuilegium nacta eſt, quòd Petro, qui illam ſibi diuinitus accepit, factus eſt ille Domini ſermo. Neq; opus eſt in Euangelio apertam, exactamq; huiuſce ordinis, & diſparitatis inter Eccleſias fieri mentionem, Quum pro ueteri, ac laudabili inſtituto ſemper ſacræ habuerint lectiones, ut uelato quodam, aut breuiſſimo uerborum compendio complura grauiſſima, & myſterioſa ſenſa perſtringerent. In hunc modum locutus eſt Moſes. Ita Moſi ſemper locutus eſt Dominus. Ita ueri, ac diuini Vates ſua nobis legenda uaticinia tradidere. Idipſum uniuerſa gentilium uanitas obſeruauit. Quid deinde uaria perplexa ſibyllarum commenta, quid Apollinis, & aliorum (quamuis ementita) oracula memorem? Quum apud omnes nationes, omni tempore id maxime fuerit obſeruatum. Quod equidem ea ratione factum intelligo, qua ſecretiora quantum fieri potuit eſſent diuina myſteria, eruditisq; ſolum, & ingenio præditis aperienda, ne forte omnibus inuulgata uileſcerent. Quem etiam ſcribendi ſtilum ſecutus eſt maximus ille, Deoq; cariſſimus Euangeliſta Ioannes, qui dum de ſeruatoris noſtri Ieſu geſtis hyſtoriam texeret, inquit, multa alia fecit Ieſus, quæ hoc in Libro ſcripta non ſunt, neq; etiam ſi ſcribi deberent, mundus totus illa conciperet. Quid igitur ad/

uerſus huius Nicolai Pontificis de Romana Eccleſia, eiusq; uno, & eodem, ac totius Chriſtianæ reipublicæ gubernatore commemorationem tot Sophiſticis & tortuoſis uerbis inſiſtitur? Nãq; ſi maior eſt Romana q̃ aliæ, ſi dignior, ſi ſingulari priuilegio prædita, ſi Petri uocatione à Domino facta præſtantior, Cur eſt, quòd qui illi offecerit, eius authoritatem deteſtans Euangelio, & fidei non offendiſſe intelligatur? De alijs uero Eccleſijs, & earum gubernatoribus non ita aſſerendum eſt, quoniam ſi iniuriam patiantur, ſeruato primæ ſedis honore, & poteſtate, non ita diuina inſtitutio (niſi forte à remotis) impugnari uidetur. Scriptum eſt enim in pſalmo.ciiij. Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetas meos nolite eſſe malignos. Item Paulus prima ad Coryntbios cap.iij. Vos eſtis templum Dei, & ſpiritus ſanctus habitat in uobis.

PERFECTAE ECCLESIAE FVNDAMENtum eſſe Petri perſonam, fidem, & poteſtatem imperfectæ uero perſonam cum fide. Item diſpoſitionem potius eſſe fidem quàm fundamentum Eccleſiæ. Quo etiam modo ratione perſonæ Petri, & dignitatis in ſe, Sit œcumenicus factus à Domino Epiſcopatus Romanus. C.XVIII.

Non ceſſat quoq; Lutherius hanc eandem ueritatem ſuis uelle uerbis fœdare, dum Anacleti eadem diſtin. cap. ſacroſanctæ. Conſtitutionem dilaniat, inquit enim & argute ſatis, Quum Petro dixit Dominus (Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam) petra illa fidemne, aut authoritatem ſignificat? ſi fidem, omnes Eccleſiæ erunt æquales. Quoniam ita Romana, quemadmodum & aliæ ſunt in fide fundatæ. Non enim extat Eccleſia, quæ ſine fundamentis erigitur. Si uero Petra pro poteſtate accipitur, omnes item Eccleſias æquales eſſe operæpretium eſt, & quum de omnibus quidem id dictum ſit, quòd ſunt in poteſtate fundatæ, quo pacto ſacroſancta Romana dicta eſt, & ſuper alias à Domino conſtituta Eccleſia.

MIROR HAEC tam frequenter, & quidem puerilia adduci, quæ toties legere me quidem piget, nedum eadem ſemper

ſententia repetita refellere. Quid planè per Petram uoluerit dominus iam millies dictum eſt, & denuo Petri perſonam, cui & poteſtas, & fides coniuncta erat, nobis Petram exprimere dicimus. Nanq; ſupra gubernatoris praecipuam poteſtatem fundatur tota Eccleſia, poteſtas uero ſine fide, neq; haberi, neq; uſui eſſe poteſt. Tam igitur ſupra poteſtatem, quàm ſupra Petri fidem principali, ſcilicet propoſito non excludendo alias Poteſtates facta eſt eccleſiae huius conſtructio. Quum uero infertur, ergo ſunt omnes aequales, quia omnes in fide, omnes in poteſtate fundatae, allucinatio quaedam eſt, aut peruicacia potius, qua obdurata mente uincenti etiam interdum rationi reſiſtitur.

NON ENIM SVNT omnium poteſtates aequales. Quum itaq; ſit in fundamento diſparitas, dignitates quoq; ſuper eo fundatae erunt diſpares, & inaequales. Quod uero de pronomine illo, meam, aſſeritur, ut inter omnes aequalis authoritas oſtendatur, nihil profecto eſt. Nam totam ſuam Dominus uniuerſalem uocat Eccleſiam. Quam quum in Petro prae alijs electo, uocatoq; collocare uoluerit, Romanam etiam illi eidem deſignatã, ubi occiſus eſt, prae alijs digniorem inſtituit. Vt, & ſi communis eſt fides, communis authoritas, communis Eccleſia, in uno tamen ſplendidius, exactius, perfectius q̃ in alijs reperiatur.

QVVM VERO ſuper fidem poteſtatem fundatam eſſe meminimus, animaduertendum eſt ſuper fidei qualitatem, non ſuper gradum à Domino conſtitui uoluiſſe. Nam licet in Petro ueriſimiliter credendum, ſit illam quàm in alijs apoſtolis maiorem fuiſſe, non tamen ad diminutionem illius (ſi data fuiſſet) ſequeretur poteſtatem ullatenus diminutam.

VEL RECTIVS fortaſſe dicendum eſt poteſtatem pro diſpoſitione fidem requirere. Sed in perſona Petri fundari. Vnde ueluti in naturalibus non ad quancunq; diſpoſitionis (quam forma in ſubiecto requirit) mutationem, ipſa forma mutatur, ita neq; poteſtas ad quancunq; fidei mutationem in gradu mutari dicetur.

QVI ITEM Petrus licet cum alijs (ut primae ad corynthios Epiſtolae tertio capitulo. Paulus ait) Chriſti ſit, ac merito eſſe dicatur, Ipſe tamen unus pro nauiculae gubernatore delectus chriſto gratior & acceptior fuiſſe intelligitur. Neq; dignitatis haec et iuriſdictionis diſparitas, ſacri Lauacri, confirmationis, ſacerdo

tij, aliorumue ſacramentorum, aut uirtutum, aut fidei inte/gritatem, ſeu pulchritudinem minuit, ſed extollit. Immo uerius omnium quadam triumphantis Eccleſiæ inſtar, pendentia, & connexione, unam, neq; diſperſam, & ſine ullo in terris capite tumultuantem, ſed ſibi conſonam reddit Eccleſiam.

QVVM VERO obijatur, prius eſt Eccleſia, quàm poteſtas, igitur ſuper poteſtatem non fundatur Eccleſia. Dico falſum eſſe, quod ſumitur. Prior enim eſt poteſtas, quàm Eccleſia perfecta ſit. Quæ tum ſané perfecta eſt, quum in ea gubernandi authori/tas reperitur. Ante uero ſi fuerit, eſt imperfecta. Si dixeris, fi/delium congregatio Eccleſia eſt, admittitur. Hæc autem fi/dem compræhendit. Verum eſt. Fides poteſtati præponitur, iam dictum eſt. Ergo Eccleſia poteſtatem præcedit. Concedo, ſed imperfecta. Quoniam ſine poteſtate regendi. Quamprimum enim perfecta eſt, tum primum ſuper tradita poteſtate funda/tur. Hæc rationis ueritas eſt, quæ per Sophiſmata (ut fit) diſcuti non deberet.

TAXATVR QVOq; ibidem ſanctus Martir iſte, & Pon tifex Anacletus. Quoniam eo ordine alias Patriarchales ſedes gradatim inſtitutas, aſſerere, debuiſſet, quo Romana præeminet uniuerſis. At hæc diuinitus prima fuit (ut dicitur) ergo ita quo/q; diuina inſtitutione ſuis ſunt gradibus aliæ collocatæ. Verum contradictio eſt, quoniam quæ ſecunda fuit, facta eſt tertia. Nan q; Conſtantinopolitana ſynodus propriæ Eccleſiæ Alexandri/nam poſtpoſuit. Quæ uero diuino inſtituto firmata ſunt, commu tari non poſſunt. Quo igitur pacto Romana diuinitus inter alias ſuum principatum obtinuit?

HAC QVOq; in parte, ſicut in alijs, immerito repræhenſus Anacletus defenditur. Et primo quoniam non eo ordine Ro/mana ſtatuta eſt, quo aliæ inſtituuntur Eccleſiæ. Illa enim à do mino ſic inſtituta fuiſſe dicitur, ꝙ perſona Petri in Principem de lecta, illam ipſam aliarum, quoq; ſuperiorem rediddiſſe uidetur. Vnde, ſi alibi etiam Petrus uitam cum ſanguine in Chriſtianæ fidei teſtimonium effudiſſet, ſuam etiam ibi primam ſedem, & principatum utiq; ſtatuiſſet. Nanq; ex perſonæ ipſius authorita/te diuinitus Romanam ſedem primam, non alia ex cauſa di/ctam eſſe putari poteſt. Quum uero aliorum Apoſtolorum nul/lus ſit, qui in Euangelio eminentiæ aliquem gradum habuiſſe le

gatur, Conſequens eſt, ut aliæ ſedes à prima non diuinitus, ſed ſola Petri, & ſucceſſorum aliorum pro tempore (ſiue congregati in ſynodum fuerint, ſiue non) authoritate, & inſtitutione in ſuis ſint gradibus collocatæ. Atq; ideo Alexãdrina, quæ prius ſecunda fuit, facta eſt tertia. Romana uero nullatenus uariatur, ea ratione, quam diximus.

AT SI NON ſolius perſonæ Petri tanq̃ Principis habenda eſt ratio, Principatus œcumenicus iſte dicetur ita Romanæ ſedi coniunctus, ut diuinitus facta ea connexio intelligatur. Nanq; (ut diuus ille doctor Ambroſius in epiſtola ad Auxentium atteſtat ex hyſtoria, quæ iam ſua authoritate apud omnes inualuit, habetur), dictum fuiſſe Petro à Domino obuiam illi facto ſe Romam denuo pergere, ut cruci affigeretur. Ex quibus ſanè liquido conſtare poteſt, eo afflatu Petrum Romam profectum eſſe, Vbi ſuum eſſet imperium collocandum. Qui locus, ꝙ ea tempeſtate, diuq; poſt, totius terrarum orbis ſceptrum, & gubernacula retineret, ad eiuſmodi per omnes nationes diſtribuendã adminiſtrationem utiq; aptior, dignior, commodior eſſe nõ poterat. Ita urbis exemplo ductæ aliæ mundi oræ ciuitates, & oppida ad pietatem fidei facilius conuertebãtur. Ita liberius tutiusq; paſſim ſuis ſancti ſpiritus igne affectis linguis prædicabant Apoſtoli. Hac de cauſa longe magis urbs hæc digniſsima martirum ſanguine inundauit. Hac ratione Paulus Apoſtolus (ut in actis Apoſtolorum .c.xxv. legitur) dum Cæſareæ à perſequentibus iudæis Feſto iudici accuſaretur, qui tum aderat, cæſarem appellauit, inquiens. Ante tribunal Cæſaris ſtandum eſt, ut de me iudicium ꝓferatur. Quo etiam dum apud Hieroſolimam uinctus à tribuno detineretur in caſtris, ſe iturum à domino accœpit, ut etiam Romæ (ueluti in Hieruſalem de ipſo teſtificatus fuerat) teſtimoniũ redderet. Hac ratione ſe quoq; Romanum ciuem uoluit appellare, ut ex Apoſtolorum geſtis.c.xxij. Palam licet accipere. Hac ratione ex hieroſolimitana, in qua Iacobum reliquerat, in Antiochenam ſedem ſeceſſit Petrus. Ex qua deinum Romam ſe contulit. Vbi decentiſſime ſibi à Domino iniunctum regendi munus exerceret, exercendumq; ſucceſſoribus traderet. Alioqui niſi hæc à ſancto ſpiritu tanq̃ à diuino quodam fonte hauſiſſet Petrus, in ſuo quidem miniſterio non ſatis, Immo inſufficienter fuiſſet iſtructus. Hæc ſunt, quæ me, & alium quemq; nedum Anacletum Põ

tificem ad credendum compellunt, nō ſolum ex perſona Petri ſingulari quodam priuilegio donata, ſed etiam proprio ſummi Opificis inſtituto Romanam ſedem inter alias principem extitiſſe. Quod nequaquam aſſecutæ ſunt aliæ, ob id, ꝙ non ita expedire ꝑ Chriſtianæ pietatis incremento, et amplitudine uidebať.

DE PATRIARCHALIVM SEDIVM ORDINE, & eius mutatione, Quo etiam pacto quæ diuinitus inſtituta ſunt, ualeant commutari Cap. XIX.

I uero cur Hieroſolimitana, in qua ſacratiſſimus ſeruatoris noſtri effuſus eſt ſanguis, & primis & nouiſſimis temporibus inter alias prima non fuerit, inquiratur, Oportuna quidem nunc explicandi ſeſe mihi offert occaſio, ut humanus hac in re animus conquieſcat. Quod ſanè id magis me ad dicendum inuitat, quoniam Hieroſolimæ locus præter id, ꝙ palam cruore illo præſtantiſſimo maduit, pro Chriſtianæ pietatis amplificatione, quàm Roma commodior, & facilior eſſe uidebatur, ob id ꝙ in terræ medio ſitus eſt, aut magis illi propinquus, ut etiam Vates magnus Dauit. LXXIIII. Cecinit Pſalmo, inquiens Deus enim Rex noſter in medio terræ ſalutem ante ſæcula eſt operatus. Neq; minus urget, quod Marci capit. ultimo Apoſtolis dictum legitur. Ite in uniuerſum mundum, & prædicate Euangelium omni creaturæ, ac ſi nulla definita illis diuino ſit iudicio conceſſa ſedes. Vbi pro legitima ratione conſiſterent, ſed ad libitum huc, atq; illuc per uaria terrarum loca profecti, ubicunq; uoluerint, deniq; reſiderent.

NEQVE DE ROmano, quia tunc florebat, imperio, ratio, cur ibi Pontificia poneretur ſedes, militare uidetur. Quoniam mutari facile poterat, & iam uſq; adeo mutatum eſt, ut longe maius apud Macedones, qui & Turcæ dicti ſunt modo, & Perſas, & Germanos eſſe conſpiciatur. Quid dicam de Conſtantinopolitana ſede, quæ nec ſanguinis martyrio, nec ſacratiſſimoꝝ, doctiſſimorūq; hominū ſapientia uelut Alexandrina floruit, ꝙ ſit illi præpoſita? Quid ſi Diuino iure Romana ſit aliarum princeps effecta, urgente, & neceſſario qdē īpulſu (qui facile occurreret) quomodo mutari non poſſet? ſcriptum eſt enim in Euangelio apud Matheum ca. x. Quum uos in ciuitate una

perſecutio afflixerit, in aliam fugite. Non igitur Diuina æſtima tiõe priã ulla alicubi uidereť pfixa ſedes, aut q̃ Diuini iuris ſunt facile cõmutarẽtur, & q̃ Deus ipſe optimo conſilio iunxit, homi num diſiungeret authoritas. Quod dicere nefas eſt, & Euange licæ Mathei cap. xix. Lectioni contrarium. Si deniq; uniuerſalis Eccleſiæ, & Romanus ſunt epiſcopatus annexi, Quo pacto An tiochenus, quem prius habuerat Petrus, erat cum ſummo coniũ ctus? Si diuinitus, certe mutari non poterat, Si humanitus, cur non ita Romanus illi connexus eſt?

AMPLIVS ideo Romanus Pontifex dictus eſt Petrus, quo niam ſummus, Decens ſanè ſummopere uidebatur, ut cui religio nis ſumma iam credita eſſet, eodem imperij loco reciperetur. At modo quum quis Pontifex ſummus efficitur, prius Romanus ex tet operæprecium eſt. Nullus ergo inter utrunq; ſtatutus ordo, nulla determinata connexio, nullum deniq; per ſe uinculum re periri dicetur.

ELIGITVR item Romanus, quando ſummus, utriusq; una aut plures electio eſt? ſi una, nec de utroq; epiſcopatu tunc ulla fit mentio, Quo igitur pacto alicui uterq; decernitur?

RVRSVS ſi una dumtaxat electio eſt, unus tantum, non mul tiplex epiſcopatus habebiť. Si uero electio gemina, Quomodo tam imprudnter fieri conſueuit, Vt absq; ulla de duplici Pontifi catu expreſſione obſeruantiſſime celebretur? Hæc ſunt, in quæ Lu therius ſuis ſtimulis me coegit prorumpere, ad ipſius neſcio, an potius aliorum utilitatem, qui præcipuarum harum ſedium or dinis rationem expetere potuerunt. Quæ tamen Martinus ipſe non tetigit.

IAM DICTVM eſt cur Romæ principatus Eccleſiæ optime in ſtituendus erat à Domino. Sed denuo explicamus .ſ. quoniam ibi iam totius Terrarum orbis imperium habebatur, ꝙ, ſi Hiero ſolimitana ſedes ita ſe habuiſſet, proculdubio ob ſanguinis domi ni effuſionem id priuilegij aſſecuta fuiſſet. Qui locus licet ſit ma gis in terræ medio conſtitutus q̃ Roma, non tamen primam ſe dem cõmodius ſuſcepiſſet, ꝙ nequaq̃ ſceptro iperij eſſet inſignis.

ADDE ꝙ longe glorioſius fuit, locum illum, qui a pietatis no ſtræ initijs multũ diſtaret, ac ubi totius Terrarum orbis eſſet ad miniſtratio, noſtræ reipublicæ obſeruationem leges, & guberna tionem accipere, q̃ ubi ſuum ſumpſit exordium, Id uero generale

prædicatiõis officium. Quod à Domino apoſtolis fuit iniunctũ non eſt, ꝙ epiſcopalium ſedium certam inſtitutionem abſtulerit. Nanq; poſtquam illud exercuiſſent, rationi conſentaneum uidebatur, ubicunq; placuiſſet, uel certus comprobaſſet afflatus, ut ibidem quiſq; ſedem ſuam deligeret, ubi extremum uitæ diẽ concluderet. Qua ratione effectum eſt, ut Petrus ad Romanã, Marcus ad Alexandrinam, ad Hieroſolimitanam Iacobus, et alij ad alias eccleſias fuerint deſtinati.

NON NEgarim deinde Romanam ditionem, & mutari & minui potuiſſe, ſed ꝙ ea tempeſtate florebat, unde commodius ad uniuerſas gentium nationes fidei obſeruatio diffunderetur, idcirco eo in loco ſummum Pontificatum diuina diſpenſatione ſtatutum fuiſſe dicimus. Eadem ratione Conſtantinopolitana ſedes quoniam imperij effecta fuit, ſecundum poſt antiquam Romam neſcio an diuino, uel humano potius (ut reor) conſilio dignitatis locum obtinuit. Quod Alexandriæ ciuitas licet & doctrina, & martyrio fuerit ſatis inſignis, minime eſt aſſecuta. Plus enim imperij gloria, amplitudo, poteſtas ad Chriſtianæ pietatis obſeruationem, & incrementum facere uidebatur, q̃ ſola uirtutum, & doctrinarum præſtantia. Quod ea potiſſimum ratione effectum eſt. Quia principum exemplo longè magis, q̃ diſciplina, ſeu re quauis alia populi commoueantur.

ID VERO non ſolum dictu, ſed etiam creditu longe difficilius eſt, ꝙ Diuino iure Romana ſit prima ſedes, quum tale urgente cauſa alio transferri potuerit. Verum quum corporalis matrimonij iura conſidero, ad ſpiritalis contemplationem meipſum conuerto. Et quemadmodum de illo ſcriptum eſt, quæ Deus coniunxit, homo non ſeparet, Math. xix. Ita de hoc ipſo ſentire ac palam fateri non erubeſco. Soluit homo ex cauſa illum coniugij nexum, quando adulterij facinus ſubeſſe deprehenditur. Solus plane, ait Dominus honeſtæ uoluptatis abuſus (quem fornicationem appellat) in cauſa eſt, cur uir relinquat uxorem. Sic legitima quadam maioris utilitatis Eccleſiæ cauſa ſubeſſe poteſt, quare hoc ipſum ſpiritale, & diuinitus inſtitutum coniugium diſſoluatur. Quúq; id qđ Deus iunxit, homo non ſeparet, obiectatur, ita intelligendum eſt, ut ualeat quum ea, qua coniunctio facta fuerit, perſtiterit cauſa. Qua item deficiente, nexus

ille diſſolutionem facillime patiatur. Quo etiam fit, ut corporale coniugium à Deo propterea inſtitutum ſit, ut uir cum peculiari uxore certam honeſtæ uoluptatis uſu prolem ſuſcipiat, quæ quum abfuerit, incertæq; ſuſcipiendæ prolis periculum manſerit, iam unius uiri propria & peculiaris uxor amplius dici non poteſt. Idcirco legitime faciundum eſt utriuſq; diuortium, ut qđ Deus coniũxiſſe ex cauſa uiſum ſit, ex illius eiuſdem defectu homo ipſe ſeparare potuerit.

ADDE, quæ ſolo Diuino conſilio, & diſpenſatione ſtatuta ſũt, hominum authoritas nequaquam poteſt inuertere. At ſi præter id deſtinatus quoq; requiratur eorum conſenſus, non indecens quidem, aut abſurdum uidetur ex legitima cauſa mutari poſſe, & in melius ſuopte iure conuerti. Quemadmodum antiochenam ſedem (etiam ſi diuino iure, ut Petri foret, inſtitutum fuiſſet) maioris profectus de cauſa ipſe idem dimittere potuit, & ſe ad Romanam Domini authoritate transferre. Verum non ita conſtat Diuino conſilio præuiſum eẽ, ut Petrus paruo illo tempore Antiochiæ reſideret, quemadmodum poſtea Romæ reſedit, ut Paulo ſupra meminimus.

VTRIVSq; autem iſtius epiſcopatus non ea eſt copula, qua abſolute neceſſarius inter eos, & inuariabilis ordo conſiſtat. Atq; ideo unus alio nequaquam natura prior, aut poſterior eſt. Verum in Petro, ꝙ prius ſummus pontifex extitit, q̃ Romanus, Idcirco ex Diuina inſtitutione ob maiorem Eccleſiæ profectum, gloriam, commodum factum eſt, ut prior ſummus pontificatus exiſteret, cuius ratione ipſe idem Romanus efficeretur. At in ſucceſſoribus, quum Romæ uoluerit Deus illos Petro ſuccedere, cõtra fieri ſequitur, ut prior Romanus ſit principatus q̃ ſummus. Neq; inde abſurde aliquid inferri poteſt (quum non neceſſaria ut diximus) ea utriusq; diſpoſitio ſit, ſed ex cauſa ſolummodo uires obtineat, qua etiam deficiente, ipſa quoq; deficiat.

ELIGI autem Pontifex idem Romanus poſſet, & ſummus, ſi duo ſunt epiſcopatus eiuſmodi, duplici electione. Qui una tantum etiam electione ad utrunq; eligi poteſt, dummodo electores dignitatum iſtarum ita connexionem factam ſupponant, ut quum quis expreſſe uni adminiſtrationi præficitur, alteri quoq; præfectus eſſe intelligatur. Quo circa non imprudens ea quoq;

electio eſt, Quoniam unius tantum dignitatis expreſſio ſit, pro conſtanti habito prius utranq; iure optimo fuiſſe connexam. Quid autem in electione eiuſmodi his temporibus ſeruari ſoleat, conſpicuum eſt. Nam dum eligitur Papa non exprimitur Romanus Pontificatus, quoniam ſub Papæ nomine, tanquam generali, præcipuoq́; ſpeciale, & acceſſorium uenire compertum eſt, & præſertim, ꝙ ſit illi diuino iure connexum.

CONCLVDAMVS itaq; primam Romanam, ſecũdam Conſtantinopolitanam ſedem conſimili ratione fuiſſe. Quibus Alexandrina, quæ ſecundo loco ſtatuta fuerat, recte ſuccedit, quod poſt utriuſq; Imperij inſignia doctiſſimorum hominum, martyrumq; conuentu reliquis haberetur illuſtrior. Alexandrinæ ſedi Antiochena ſuccedit, & Hieroſolomitanæ præponitur, tum ob id, ꝙ in Hieruſalem à Iudeis maxima iniuria illata fuerit domino, Tum etiam, ꝙ in eorum magni criminis deteſtationem, neq; locum imperij habitura, neq; diu manſura propemodum uideretur. Quod ſanè dum ſeruator humani generis pius Ieſus alta mente proſpiceret ruituram illam apud Matheum Euangeliſtam capit. xxiij. dixiſſe legitur, Hieruſalem, Hieruſalem, quæ occidis prophetas. Hæc de primarum ſedium ordinis ratione & Romana præcipue, ne à Lutherio tam obiter oblata defraudetur occaſio.

NON Errauit deinde Anacletus ſolus, ſi Ignatium Anthiochiæ à Petro ſubſtitutum commemorat, ꝙ ab alio hyſtoriarum ſcriptore, & fortaſſe cui maior ſit adhibenda fides, quàm Euſebio, illud acceperit. Neque hic ullius momenti eſt error, quin potius error eſt, & proteruia inexcuſabilis, has tanto uiro tam temere obiectare minutias. Quas certe ſingilatim dum perſequor nauſeabundus efficior.

QVANTA POTESTATIS DISPARITAS INter Petrum, & alios diſcipulos facta ſit, ex Euangelijs, & apoſtolorum geſtis latiſſime poſſe comprehendi, quantoq́; utilius ſit unum reipub. caput, q̃ plura, cur Epiſcoporum electiones ſint ſedi apoſtolicæ reſeruatæ & quomodo Moſes, & Aaron primi dicti ſunt ſacerdotes. Cap. XX.

Pilogat deinde bonus iſte uir ſua oblateramenta, quæ toties in alios protulit. Nullam inquiens de poteſtate factam fuiſſe inter apoſtolos diſcretionem. Quia nunquã Petrus alium miſit, ſed omnes ex æquo à Domino prædicationis officium ſuſceperunt authoritate pares, ſed honore diſpares. Quoniam primus in quolibet hominum conuentu neceſſe ſit, qui ſedeat, & collegij caput ab omnibus habeatur. Vere cauſam habes ò modeſte Lutheri cur ſanctum, Piumq; Dei uirum Pontificem & martyrem beluam uoces, diſſimulás te non credere illum ipſum fuiſſe, qui talia fateretur. Sed mihi temperare uolo, ꝙ mea me, non tua te, profeſſio in officio continet. Diſcretio inter Petrum & alios tam clara in Matheo, & Ioanne conſpicitur, ut tantum abſit ab humano ingenio dubitare de hoc, q̃tum abeſt à uero lucem non eſſe contrariam tenebris. De miſſione iã dictũ ſupius eſt, quo pacto & ſi nõ legitur alios miſiſſe Petrum, aut ſacris inſtituiſſe, tamen ei palam eſt ſubieciſſe illos dominum, à quo ſi diſſentire uellent, legitima rõne non poſſent.

NON ne toties commemorauimus Petrum præ alijs Dominum allocutum? Petro dediſſe claues Mathei.xvi. Petro iniunxiſſe, ut tributum pro ſe, & ipſo principibus ſolueret Mathe.xvij. Petrũ monuiſſe, ter, ut ſuas oues, aut agnos ſpiritali cibo, & adminiſtratione depaſceret Ioannis.xxi. Dum in nauicula eſſent apoſtoli Petrum ſolum uocaſſe Mathei.xiiij. Dum deperire timerẽt ei dictum fuiſſe, modicæ fidei quare dubitaſti? Dum pœnitentiæ ſacramẽti modum inſtituit, cum Petro Dominus ſermocinatur, inquiens. Non dico tibi ſepties, ut peccata dimittas, ſed ſeptuagies ſepties Mathei.xviij. Dum caſtigationem fraternam. & modum, quo fieri debeat, edocet, Petrum inſtruit dicens. Si peccauerit in te frater tuus corripe illum inter te, & ipſum ſolum. cap.eodem &c. Quum iudicij formam oſtendit, Petrum aſpicit in ore duorum uel trium (inquiens) ſtat omne uerbum capitulo eodem. Dum labentes, ſeu titubantes in fide diſcipulos proſpicit, Petro iubet, ut illos in fide confirmet inquiens, & tu quandoq; conuerſus confirma fratres tuos, Lucæ.xxij. Dum fidelem pietatem roborare ſatagit moriturus, negationem ſoli Petro imputat, ut alijs tanquam Princeps fide præſtare debeat, itelligatur Math.xxvi. Dum diſcipulos dormiẽtes poſt orationẽ inuenit, Petrum ſolum reprehendit, q̃ñ uigilare

prę cęteris debuiſſet,inquiens.Simon dormis non potuiſti una hora uigilare mecum.cap.eodem.Quum reſurrexit,de diſcipulis alijs gregatim legitur meminiſſe,ſoloq; Petri nomine exp̄ſſo tribus illis mulieribus quum apparuerit per Angelum dixit. ite & dicite diſcipulis eius,& Petro Marci.xvi. Quis deinde principis,& capitis officium defuncto domino exercuit?Petrus. Nanq; exurgens in medio fratrum loco Iudę alium eligēdum monuit,atq; definijt,quando electus eſt Mathias actuum ca.i. Quis diſcipulos non ebrios,ſed ſpiritu ſancto repletos prędicauit,edocuit,& tria millia hoīum ſtatim ad catholicam pietatē conuertit,niſi Petrus. actuum ca.ij.Quis in Ananiam,& zaphiram mortis ſententiam protulit,niſi Petrus.actuum.v.Qui Symonem magum uicit inflexit,niſi Petrus? Quis in generali concilio,ne conuerſi ex gentibus circumciſioni eſſent obnoxij conciōem habuit, et ſententiam tulit,niſi Petrus.actuum.xv.Quis primum chriſtiani imperij habenas Romam aduexit, niſi Petrus?Quis maiore pietate,prędicatione,officio,morte,cruce,eſt dominum imitatus,q̄ Petrus?Quis deniq; maiori illum & obſeruantia & amore proſecutus eſt,niſi Petrus? Si omnes euangelij codices intuearis,ſi Apoſtolorum acta percurras, Si quos maxime dilexerit Dominus,diligenter inquiras,ſi munera illis iniuncta connumeres,non inuenies Petro maiorem, aut potius, qui omni in re officio,& authoritate Petro,ipſo iure nō ceſſerit.

VIDES *ergo,ſi uis(quoniam facile potes) inter diſcipulos non aliquod modo,ſed etiam maximum poteſtatis fuiſſe diſcrimen. Quod uero Apoſtolorum ipſe ſolus neminem miſerit, aut ſacris conſtituerit,non efficit,ut parem alijs intelligamus. Sed q̄ paulo ante meminimus,illis imparem & ſuperiorem oſtendūt. Quę uero capitis diſtinctio appōitur,in propoſitum uenire nō debet,quippe caput quod membris nequit qcquam īfluere,neq; caput eſt,neq; capitis meretur nomen,quum itaq; Petrus iuriſdictione caput aliorum eſſe dicatur,ſuperuacaneum profecto ē, & à recti iudicij ſemita penitus alienum ſola honoris conſeſſus aut accubitus ratione dicere, aut arbitrari illum apoſtolorum caput fuiſſe.Quę item unius collegij capitis,& Petri comparatio eſt?Nullum ſanè recte inſtitutum collegium, conuentus nullus,nulla demum Reſpublica eſt eo capite prędita, cuius nō ſit quicq̄ in alios agere,quod illis non authoritate pręemineat.Et*

ſi enim priuatum non habere uidentur, habent tamen commu/ne quoddam caput extrinſecus, ut Regem, aut principem. Vn/de planè ſuum honoris, officij, poteſtatis munus accipiunt. Ex/pedit enim, inmo neceſſe eſt eam regendi formam in terris ha/beri, quæ tradita eſt nobis, ut conſpiciatur in cœlis.

SIq; forſan cõmunem Reipub. ſtatum longe meliorem exiſtere obijcias, quoniam minor ei occaſio ſit ne in tyrannidis labem incurrat. Dicemus primum minus poſſe in tota Chriſti republi ca tyrannidem exerceri, ſi unus conſtitutus ſit Princeps q̃ plu/res. Quum enim quælibet eccleſia epiſcopum, & quælibet pro/uincia metropolitam, & quilibet metropolita patriarcham ꝑ petuum habuerit, cui ſubſit, niſi unus eſſet patriarcharum ca/put, hi omnes (ſi uellent) liberius in tyrannidem poſſent incurre/re, quum non haberent alium, unde ſibiipſis iuſtitiæ, & continẽ tiæ frena, etiam inuiti moderarentur. Neq; tam facile ex œcume nico .i. generali conuentu tyrannis ipſa, & alia crimina dilui queunt, quemadmodum ſi ad unius iudicis tribunal denique omnia deuoluantur. Tum ob id, ꝙ raro conueniunt patres. Tũ etiam, ꝙ ubi conuenerint, uarijs adeo inter ſe opinionibus di/ſcrepant, ut ab eis ſera nimium caſtigatio proficiſcatur.

LONGE item maior illa tyrannis eſſe conſpicitur, quæ à pluri bus, q̃ quæ ab uno tantum Principe exerceri ſolet. Quum faci/lius diteſcat unus, q̃ plures, neq; tantam extorquendi, aut la/ſciuiendi habeat occaſionem. Quum deinde Eccleſiæ regimen ſit generale, ſit etiam hereditario iure Diuinum (gens .n. ſacer/dotum, gens ſancta, regiũq; genus, à Petro ſecundo primæ Epi/ſtolæ capite appellata eſt) non tam facile in tyrannidem prola/bi poſſe creditur, ſeruata etiam ſecundũ ſe perfecta magis regen/di forma. Quæ proculdubio unius tantum Principis extat, ſicu ti alterius cuiuſdam priuati, & temporalis adminiſtratio. Ha/ud enim ſibi quiſpiam ita perſuadere poteſt, ut non minus chri/ſtus uerus, & cœleſtis Princeps toti ſuæ Reipubli. quæ in ſpiritu fundamenta coniecit, q̃ diſcerptis eius hinc inde partibus ꝓ re/gimine uelit aſſiſtere. Nam præter hoc, ꝙ id quidem magnum negocium ẽ, ſeruata meliore gubernandi forma, proculdubio di gnum eſt creditu dominum facilius illi ſuccurrere. Ipſa etiã ratio ita exigit, ne ſeditio inter plures gubernatores exorta magis, & citius huiuſcemodi perturbaret imperium.

NON obſtat etiam, q̧ epiſcopos omnes ſummus inſtituat Pontifex, ſiue confirmet. Quoniam ſupremæ ipſius authoritatis ẽ, ut illud efficiat. Poſſet enim uelle, ut antiqua ſeruaretur conſuetudo. Qua à clero, & capitulo eligebantur epiſcopi. Sed quũ illud poſitiuum ius fuerit, facile tolli potuit. Ea autem ratione potuerunt moueri Romani Pontifices, ut ueterem illam conſuetudinem inmutarent. Qua ſua dignoſcereť authoritas. Quæ forte ob epiſcoporum inſolentiam ignorari, ac paruo haberi precio uidebatur. Sat enim uidetur ſacerdotia, ac alios ordines ſingilatim alijs dimiſiſſe. Ea uero, quæ iuriſdictionis, & regiminis ſunt, ſibi in honorem, & dignitatem Sedis Apoſtolicæ, non paſſim, ſed quibuſdam in locis ſummos ſibi Pōtifices reſeruaſſe.

NEq; ad tyrannidem, aut auariciæ ſpeciem id inſtituti merito deduci debet, ut Lutherius facit. Quoniam de eo non eſt mala habenda præſumptio, cuius rationabilis cauſa ſubeſſe uidetur. Et ſi enim id ad malos uſus Pontificum uitio qñq; uerti conſpicitur. Non tamen inde ſuam traxiſſe originem arbitrandũ eſt.

NON HABEBANT autem pauli tempora id inſolentiæ uitium. Nanq; religioſius uiuebatur, & de ſummi Pontificis authoritate difficultas non erat exorta. Quum autem poſtea Romanæ Eccleſiæ, & Apoſtolicæ Sedis ſperni forſitan authoritas uiſa eſt, ea de cauſa, quæ à clero, & populo fiebant, epiſcoporum electiones, ad ſummum Pontificem fuerũt ſuo iure delatæ.

NEQVE magnus quidem eſt error, ſi Anacletus Cephas nomẽ (quod uere ſyrũ eſt) pro capite græce uoluerit interpretari. Nãq; idem re ipſa eſt Petrã eſſe, ſupra quam dominus ſuam uoluit eccleſiam ædificare, & ipſius eccleſiæ caput exiſtere, cui adminiſtrationis ſumma conceſſa eſt. Credis ne lutibunde Lutheri tam ineruditi Anacletum fuiſſe ingenij, ut Ioannis textum nõ uiderit, ut neſciuerit Cepham Petrũ latino uocabulo debere interpretari? Sed quum idipſum pro capite græco uocabulo poſſe accipi uiderit, idcirco eam ſignificationem (dimiſſa alia) uiſum eſt illi accipere, ut tam græca, q̃ ſyra lingua unum & idem atteſtari optime uideretur. Quod de Symone Bariona .i. Ioannis filio euangelica profert hyſtoria.

NON ab re deniq; Pſalmiſtæ ſententiam illam, xcviii. pſal. de

ſcriptam adduxit optimus Anacletus, qua Moſes, & Aaron dicitur in ſacerdotibus eius, Samuel inter eos, qui nomen Domini inuocant. Non quidem ut duos uelit oſtendere ſacerdotes eſſe ſummos, ſed unum, cui tanquam principi erat totius adminiſtrationis demandatum imperium. Hic Moſes erat, Aaron.n. illi iuriſdictione habebatur inferior. Binos autem attulit Anacletus, ut non ex æquo poteſtatem Apoſtolis traditam fuiſſe intelligamus. Primi autem uocati ſunt ambo, quoniam conſecrationis munere pares erant, licet adminiſtratione diſpares haberentur. Valet igitur Prophetæ ſententia, & ad propoſitum ſatis quidem adducitur, non ut inde duos fuiſſe ſummos ſacerdotes, aut in Eccleſia maximos pontifices crederemus. Sed ut iter Epiſcopos authoritatis diuerſitatem, ita conſpiciamus, quemadmodum apud ueteris legis obſeruatores eſſe pernoſcebatur. Quod uero noſter miretur Lutherius ex illis prophetæ uerbis eos primos Anacletum accipere, gratis certe miratur. Nam ſi Samuel (ut ſubditur) inter inuocantes nomen Domini collocatur, eos ſacerdotes eſſe apertum eſt. Primos uero inde facile agnoſcimus, ꝙ ſemper Moſes cum adminiſtrationis ſumma uota, Aaron autem hoſtias pro populo Domino offerebat. ut. xxxyi. diſt. cap. ſi quis uult. & .lxxxyiij. diſt. cap. decreuit. habetur, non immerito item ex pſalmi decantatione primi inter ſacerdotes accipiuntur utriq;. ꝙ uolens Propheta domini gloriam prædicare, qui ſuper Cherubin. i. ſuper uniuerſas angelorum acies conſtitutus ab omnibus populis colitur, ueneratur, extollitur, ſacerdotes eos primos intelligit, ut à maximis uſq; ad minimos (nullo excepto) connumerentur omnes, qui illius nomini, poteſtati, & gloriæ ſubijciuntur.

QVOD uero Apoſtolus Paulus ad hebræos Chriſtum, nō Romanum Epiſcopum, per ſummum legis ueteris ſacerdotem fuiſſe ſignificatum aſſeruit, non eſt, quin idipſum de illius in terris uicario, poſtq̃ ille in cœlum aſſumptus eſt, optime queat intelligi. Immo rationi conſentaneum extitit, ut ſi Chriſtus terram inhabitans ſummus ſacerdos fuerit, qui illi in principatu pro regimine, & adminiſtratione ſuccederet, & ipſe ſacerdotij ſummam fuerit aſſecutus. Quid planè ſemel ſummum haberi ſacerdotem ab hominibus eſſet, niſi foret apud eos eadem dignitas, eadem

adminiſtratio,

adminiſtratio, eadem authoritas qua fieri potuit, quocunq; tem pore permanſura?

QVOD Vero & peracute quidem, ſed in tranſitu quodam à Lutherio inuoluitur, & obiectatur uetus teſtamentum figuram noui exiſtere, atq; ideo nouum ſimiliter diuini alicuius myſterij non eſſe figuram, nihil eſt. Nō enim ex hoc, ꝙ Petrum inſtar ſeruatoris caput aſſerimus, illum ꝑpterea figuramus. Nā figura eſt diuinæ cuiusdam rei futuræ per humanam ſignificatio. Qꝺ uero præteritum eſt, etiam ſi diuinum extiterit, eius commemoratio figura eſſe non dicitur. Quippe quotiescunq; uerbis, moribus ſacrificijs, authoritate, pietate, officio dominum imitamur, non eſt nobis earum rerum figuram ſed commemorationem efficere. Vt ipſe idem plane in cœna cum diſcipulis edens, & bibens docuit, inquiens. Hæc quotiescunq; fecæritis facite in meam commemorationem. Erubeſcat ergo Lutherius eos appellare porcos, qui diuinas lectiones in hunc modum interpretantur, quum ipſe porcorum omnium (ut ita dicam) porciſſimus, impudentiſſimusq; non uereatur tanq̃ uipera tabidis ſuis, ac lætiferis uenenis temerare illas, inficere, contaminare.

QVO PACTO DICTVM ILLVD PAVLI A Canoniſtis acceptum. Tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt legem transferri, intelligi debeat. Cap. XX.

LAxatis ſanctorum patrum de Pontificio principatu ſententijs, quæ decretorum nomine appellantur, ad nonnullas decretales tranſit Lutherius infringēdas, ut omnino aduerſus Canonum profeſſores uoti compos effectus uictoriæ palmam reportet. Et primo decretalem illam de conſti. capi. tranſlato. Conatur euertere, in hunc modum.

HABET Paulus ad hebræos cap. vii. Temporale ſacerdotium legis finitum, & abrogatum eſt ſacerdotibus ſacerdotio Chriſti æterno, ut quæ legis fuerant, non eſſent amplius ſeruaturi. Quæ uerba à Canoniſtis ita uſurpari uidentur, ut tranſlato ſacerdotio Moſis in Chriſtum, & Chriſti ſeruatoris in Petrum lex etiam & authoritas condendi legem tranſlata fuiſſe intelligatur.

ADVERSVS huiuſcemodi interpretationem bonus iſte Lutherius inſurgit. Nam inquit impium eſt dicere, ut trāſlato chri

ſti ſacerdotio in Petrum lex Chriſti una cum ſacerdotio abroga/
ta ſit, atq; finita, quum usq; ad ſæculi conſumationem ſuo iure
ſit duratura.

ITEM non ſic à Chriſto in Petrum tranſlatum eſt ſacerdotium,
ut cæteri Apoſtoli Layci dicerentur, aut à Petro ſacris conſtituti
eſſent, quod nullibi apparuit.

MEMINERIT Calumniator iſte recte à Pontifice, & expo/
ſitoribus ea uerba Pauli accepta fuiſſe. Volens enim de his (quæ
talem inuicem haberent connexionem, ut quum de uno, Con/
ſtitutio ſit, de alio ſimiliter facta eſſe intelligatur) facere mentio/
nem, de ſacerdotio; & lege commemorat. Vt quoticſcunq; tranſ
latum eſt unum, alind, quod illi connexum eſt tranſlatum eſſe
percipiatur. Atq; in hunc modum, quum Chriſti ſacerdotium
in Petrum, tanquam in ſucceſſorem tranſierit, Lex etiam, et au
thoritas legis condendæ in eundem tranſiuiſſe conſpicitur. Non
ꝗ abrogatum ita, finitumq; ſit unà cum lege Chriſti ſacerdoti/
um, ut noua lex, nouumq; ſacerdotium illud ſit, quod Petro con/
ceſſum eſt. Sicut de nouo Chriſti ſacerdotio poſt Moſem uerba
Pauli ſonant.

NANQVE EX illis non eandem utriusq; à Chriſto in Petrũ
tranſlationem cuipiam licet accipere. Verum ut ſimilitudine
quadam uelut Chriſtus nouæ legis poſt nouum ſacerdotium ha/
bitum, author extitit, ita etiam Petrum eiuſdem legis, & ſacer/
dotij ſucceſſorem fuiſſe dicimus. Cui etiam aliquid in poſitiuis
condendæ legis ſit authoritatis iniunctum.

NEQVE ITEM eo modo Chriſti ſacerdotium in Petrum
trãſlatũ dicunt interpretes, quo cæteri Apoſtoli dicantur de Lai
corum numero extitiſſe, aut à Petro ſacerdotij inſignia ſuſcepiſ/
ſe. Quum iam ſupra ſatis patere potuerit, quomodo ſacerdo/
tij iurisdictio in Petro principatum obtinuit. Quamuis ſacra/
mentum ex æquo fuerit omnibus à domino diſtributum.

CONGRVAM ESSE CONSVETVDINEM QVA
pro fidelitate Apoſtolicæ Sedi Seruanda iuſiurandum ab
Epiſcopis ſingilatim exigitur. Cap. XXII.

Ecretalem aliam iſte uir neſcio quo propoſito lacerat.
d Quum enim de poteſtate ſummi Pontificis, quæſtio ſit,

tranſit ad iuſiurandi increpationem, quod in pallij acceptione præſtat. Sed (utcunq; ſit) uideamus quantum militent hac quoq; in re huiuſce hominis uerba.

DVM ENIM Archiepiſcopus Panormitanus miratur cap. ſignificaſti de electio. in pallij traditione iuberi à Pontifice iuſiurandum pro fidelitate Eccleſiæ Romanæ ſeruanda requiri, eo ꝙ neq; Dominus in Euangelio illud, ut fiat, permiſerit Mathei cap. y. neq; apud ullum unquam Concilium id ſtatutum inuentum ſit, Reſpondet ea decretali Pontifex Paſcalis, inquiens, in primis à Domino Ioannis ultimo, dum Petro paſcendas oues commiſerat, ſub conditione ſi ipſum diligeret, ter inquirente, illud officium, & authoritatem fuiſſe conceſſam. Atq; ideo non eſſe mirandum, Si pro pallij ſuſceptione fidelitatis iuramentum exquiritur. Quantum uero ad Euangelium pertinet, inquit, poſtq̃ Dominus iuramentũ prohibuit, ſubdit. quod amplius eſt à malo eſt, ideſt ſi amplius neceſſe ſit iurare, a malo, ideſt propter euitandum malum iurandum eſt. Quod uero de conciliorum ſtatutis adducitur, non obſtare aſſeuerat, quoniam Romano Pontifici concilia non habent legem imponere, quum ſuum omne robur ab eo accipiant, neq; alterius authoritate ualeãt conuocari.

ADVERSVS PRimam decretalis partem Lutherius in hunc modum armatur. Si exemplum Chriſti placet, & ualet, dum dixit Petro ſi me diligis paſce oues meas, Cur eo in pallij traditione (ſublato iuramento) non uteris? Si non placet cur ipſum adducis? Putas ne magis iuramenti coactione, quàm amore, & charitate exacta ab hominibus fidelitatem ſeruari? Item oues Chriſti non coguntur Chriſto iurare, Cur tibi illas iureiurando deuincis, quum non magis ſint tuæ, quàm Chriſti? Immo longe uerius Chriſti ſunt, q̃ tuæ. Item coguntur iurare epiſcopi, quum ipſe epiſcopus ſis, cui nam iurabis? Item ſi ea diligendi conditiõe Chriſtus Pontificem ſummum Petrum inſtituit, quum nunq̃ in poſterum in electione Romanorum Pontificum ſeruata fuerit, nullum ab eo paſtorem ſummum habitum diceremus. Quemadmodum ais tu Archiepiſcopum, aut epiſcopũ ſine iuramento præſtito quempiam eſſe non poſſe.

PLACET (diceret Paſcalis Pontifex ſi ſuperuiueret) mihi ſeruatoris exemplum. Sed eo non utor, quoniam ob maiorem

hominum iniquitatem, & deteriorem factam fidelium conditionem iuramentum magis deuincit, q̃ ea diligendi exacta conditio, atq; ideo potius illud exigitur. Neq; propterea poſtpoſita intelligitur diligendi, et paſcendi conditio. Nanq; illa ſupponitur, quæ ſi etiam explicatur, non ligaret eo modo, quo ligat uinculum iuratæ fidelitatis. Neq; coacta illa fidelitatis obſeruãdæ promiſſio, ſed ſponte facta præſumitur. Quod etiam ſi coacte, et per uiolentiam præſtaretur, pronum magis ad recedendum ab Eccleſiæ conſortio magis deuinciret, quàm ſi ſola amandi, aut paſcendi oues conditio exigeretur. Neq; ſanctior, aut melior eſt iuramenti conditio, quàm amoris, niſi per accidens. Qua ſcilicet ob facilitatem credendi ab unitate Eccleſiæ, quæ inter fideles inoleuiſſe conſpecta eſt, magis eos obligare uidetur. Adde quando quis in epiſcopum aſſumitur, non ne abſq; iureiurando obligatus eſt Romano Pontifici tanq̃ ſuperiori, & Eccleſiæ ſeruare fidelitatem? Eſt. dices, Libere ne, ſi ſeruat illam ſeruari dicitur, an coacte? Libere dices. Si eſt obligatus ipſo iure, quomodo libere? Dices eam libertatem iuri, & rationi obliganti eſſe conformem. Ita etiam iuramentum libertatem non auferre protinus dicam, quoniam qui iurat, non per uim iurare præſumitur. Sed iure ipſo, & duce ratione, cui uult eſſe conformis. Eadem igitur eſt utrobiq; libertas.

CAVSA ITAq; in epiſcopis, & Archiepiſcopis ſatis patere poteſt, & quomodo iuramentum libertatem non aufert, quemadmodum nec obligatio iuris, licet magis deuinciat. Pontifex autem ſummus iurare fidelitatem non cogitur, quoniam ipſe ſummus eſt, nec ſuperiorem habet in terris. Sat enim illi eſſe uidetur Chriſto ipſo iure obligatum eſſe, ut ab eius fide, & pietate non deuiet. Tot planè uinculis princeps, quot ſubditi, ligari non debet, ꝗ ipſe ſupra leges ſit, & alios ligare poteſt ad unum ex rationabili cauſa, quod ipſe obſeruare non cogitur. Neq; onus quidem huiuſcemodi iurandæ fidelitatis eſt inſuportabile, ueluti aſſeueratur. Quod ipſe digito mouere non curat, Immo nullius moleſtiæ eſt apud eum, qui recto rationis dictamine cuncta percurrit. Mgna ſanè, et intolerabilis res ea eſt, quæ corpus, aut animum labore, triſtitia, formidine, aut alio quouis affectu diſturbat. Iurare id, quod paratus es ſponte tua præſtare, nõ intolera

bile eſt, ſed placidum, ſed gratum, ſed iucundum.

NON COGVNTur *oues Chriſti iurare Chriſto, cuius uere ſunt oues, Quoniam qui eius Vicario iurat, illi iurare dicitur, iuramentumq; Pontifici factum pro fidelitate ſeruanda reſpectu Chriſti, Eccleſiæ, ſanctæq; religionis factum eſſe dignoſcitur.*

EA VERO *diligēdi conditio, quam Chriſtus petro expoſuit, anteq̃ illi executoriam poteſtatem concæderet, ſemel tantum neceſſaria fuit, non ut ſemper quando quis in ſummum Pontificem crearetur, eaipſa explicari deberet, ſed ut tacite intellecta ſupponeretur ab eo, qui Chriſtianæ Reip. habenas recte (ut decet) moderari uoluerit. Cui quidem diligendi conditioni non ſolũ communi quadam obligatione, qua homo, qua Chriſtianus, ſed etiam qua ouium Paſtor, & Pontifex obnoxium ſe eſſe intelligeret. Sine cuius præcepti obſeruatione neq; bonus paſtor eſſet neq; merito appellari ualeret. Non eſt ea dilectio, in qua abſoluta Pontificis poteſtas, aut uſus poteſtatis fundetur, & maneat. Sed ſine qua recta, debitaq; executio ab eo fieri nequit. Quemadmodum Epiſcopus, & Archiepiſcopus electi ſine iuramento fidelitatis debitam iuriſdictionem exercere nō poſſunt. Iurant hi, quoniã ſuperiorem habent (ut paulo ante referebamus) qui maiori, quo queat uinculo eos ſibi deuinciat. Atq; ideo ipſe Pontifex ſummus Petrus quum Chriſtum ſuperiorem haberet in terris pro ſe, & ſucceſſoribus qui Chriſti præſentia cariturι erant, id triplicatæ erga illum dilectionis teſtimonium attulit, ut ipſi idem ſic ſe haberent in poſterum pro iuſta Reip. gubernatione, & digni tanto munere efficerentur.*

QVVM *Deinde exigendi iuramenti ratio à Paſcali Pontifice adducitur, eam ridet Lutherius. Si enim cordium ſcrutator Dominus conditionem dilectionis appoſuit in tradendo ſuæ Reipublicæ imperio, quanto magis ipſe Pōtifex, qui cordis penetralia non intuetur, conſimilem iuramento medio debet apponere. Contra (Martinus inquit). Chriſtus in hoc exemplum prebuit omnibus iurandi. Ergo ſicut ille ipſe, neq; alio modo conditionem illam deberemus exprimere.*

ITEM ET *nos Romani Pontificis animum ignoramus, Cur itaq; Chriſti nobis illam conditionem ipſe non iurat?*

SI INSVPER *conſcientiarum ignoratio cauſa eſt, Cur iu-*

ramentum exigitur, Cur non cogitur item iurare, quis ſe recte iuraſſe, quia poſtquàm iurauit, neſcitur an puro corde iurauerit. Quod ſi faciet, ita de ſecundo dicendum eſt, quemadmodum ad infinita iuramenta fiet acceſſio.

RVRSVS CONſcientiæ ignoratio deberet efficere potius, ut iuramenta omitterentur, ne forte iurans ad periurium cogeretur.

QVVM ETIAM de quolibet bene præſumendum ſit, niſi euidenter oppoſitum conſpiciatur, ſemper bona cuiusq; conſcientia credenda eſt. Atq; ideo iuramentum exigi ob eam cauſam, aut præſtari non debet.

SI DENIQVE per iuramentum conſcientia hominis non expateſcit, Cur toto uitæ tempore non fit, ut iuret, qui toto eodem tempore iuramenti exigendi cauſam prebet. Hæc Lutherij noſtri inexcogitata ab alijs Sophiſmata, & pernicioſa uenena.

DILVITVR PRimum, quoniam non opus eſt in omnibus conditionem Chriſti appoſitam imitari. Sed ſat eſt, ut modo aliquo exemplum ab eo datum accipiamus. Dictum ſanè ſatis prius eſſe uidetur, qua ratione iuramentum, quod diligendi conditionem etiam claudit, apponitur, ut ſcilicet maior obligatio fiat. Quia non conſtat de mente, & animo illius, qui in epiſcopatum aſſumitur.

AD SECVNDVM quamuis nobis Romani Ponti. non pateat animus, eo tamen modo obligari nō debet, quoniam Princeps ſit, & nullum in terris ſuperiorem obtineat.

AD. III. IVRA menti iuramentum dari non poteſt. Quoniam quum quis iurauerit, recto, ſinceroq; animo iuraſſe præſumitur.

AD. IIII. MINVS malum eſt, ut quis periurij periculo exponatur, q̄ ſi non iuret, & infidelitatis periculum ſubeat, à qua medio iuramento ſe debere abſtinere præſumitur.

AD. V. LICET de qualibet conſcientia bene ſentiendum ſit, niſi contrarium doceatur, Tamen additio iuramenti maiorem præſumptionem, & fidem ſeruandæ fidelitatis aggenerat. Nāq; ſimplex illa præſumptio non ſatis eſſe uidetur.

AD. VI. TOTO tempore quis iurare non cogitur. Quoniā

primo præſtito iuramento (& ſi conſcientia non expateſcit) eo tamen uinculo melior facta præſumitur. Non enim ratio cur iuramentum ab epiſcopo exigitur eo modo eſt conſcientiæ hominum ignoratio, ut per iuſiurandum credamus conſcientiæ habere cognitionem, Sed ut ipſa uinciatur magis, & in ſtatuto fidelitatis propoſito hæretibus maneat. Quod noſter non olfecit Lutherius ad malignam ſemper interprætationem intentus.

QVOMODO LEX EVANGELICA IVRAre probibeat, & permittat, neq; obſtare Pontifici, id a nullo eſſe Concilio declaratum, quoniam illo ſuperior eſt, & præſertim ſine eius authoritate conuocari non poſſit. Cap. XXIII.

ALiã decretalis partẽ īfringendam emulus iſte noſter accedit, ut totã prſus exanimet. Illud. n. Euãgelij dictũ Mathei ca. y. Q d amplius eſt, à malo eſt (iqt) ꝓbibitionem iuramenti ſignificat. Quod tamen in iurandi licentia mali euitandi cauſa decretalis uſurpat. Meminerit iſte homo quotieſcunq; ad bonum intellectum trahi ſcriptura poteſt, ex rationabili cauſa, non eſſe abſurdum eo modo illam interprætari. Quocirca licet textus ille Euãgelicus uideatur per ea uerba (quod amplius eſt, à malo eſt) iuramenti probibitionem ſignificare. Quum tamen iurare quandoq;, & ex rationabili cauſa liceat, Cur eſt, ꝙ in propoſitum, quando ſcilicet malum euitandum ſit, ut exigatur, adduci non poſſit? Quis deinde mihi inde firmam, atq; indubiam faciet fidem, ea uerba ad probibitionem tantum iuramenti fuiſſe prolata? Si dixeris communis omnium interprætatio, falſum eſt. Nam et interlinearis gloſa, & Nicolaus interpræs modo noſtro uerba illa expoſuit. At ſi ita, ut communis interprætatio oppoſitum ſentiat (quod non eſt) illa non ſufficit. Si dixeris Textus ipſe, non uideo. Tua ergo erit ſententia magne Lutheri, Cui maxima, & præſertim hac in re eſt adhibenda fides. Textus habet, nolite iurare, ſed inter nos ſemper Sermo habeatur ille. Eſt, & non, quod amplius eſt à malo eſt, probibetur hic (fateor) facilitas. Sed ex toto non tollitur iurandi poteſtas, quando alicuius rei coram iudice in teſtimonium ueritatis eſt facienda fides, & tunc iuſtiſſime exigitur, & præſtatur, nonne? Negare non poteris. Quando igitur

macho (q̧ ad eius id ſpectaret officiũ) conuocari debere. Atq; id ille ipſe authoritate propria conſentiente Rege concilium conuocauit, & abſolutus eſt. ut habetur diſt. xvii. cap. Concilia. Id e ipſum cap. regula. cap. ſynodum. & cap. nec licuit. eadem diſt. Marcellus pontifex Maxentio epiſcopo, Iulius primus orientis epiſcopis, Sanctiſſimus Dei uir Damaſus, Pelagius, Gregorius, alijq; Pontifices aſtipulati ſunt. Quibus omnibus ſi uelit obeſſe Lutherius, neq; Regum aut Imperatorũ authoritas, neq; hominum ſanctitas, neq; diutiſſime ſeruata conſuetudo apud eũ locum habebit, qui ſuo arbitrio per ſacras inſtitutiones infrenis quocunq; uoluerit, debachatur.

QVID Vero tua authoritate Lutheri, qui homuncio quidam es, immo nec homuncionis nomen mereris, pro Romano Pontifice, quod iuſta, & rationabili cauſa factum eſt, ſola conſuetudine legitime obſeruandum adducis? Non ne conſuetudinem ſeruandam accepiſti unquam illam ipſam eſſe, quæ in ratione fundatur? quæ uero (cui inititur) rationabilem cauſam non habet, non obſeruari debere? Id utriuſq; iuris periti profeſſores, ac interpretes paſſim exclamant, id ſentiunt, & profitentur unanimes. Cur igitur dimiſſa ratione uoluiſſes Paſchalem huiuſce decretalis inſtitutionis authorem ſoli conſuetudini locum dediſſe. O pulchram, & expectatam reſponſionem. Quæ ſi ita facile ab alijs, ut à Lutherio, uſurparetur, non eſſet impendio arduum uno, et minutulo quidem uerbo, omnes ambages, omnia inuolucra, omnes quæſtiones obſeruandarum legum diſſoluere. Hoc eſt, quod ex ſuis ipſe dicterijs uictoriæ ſignum reportat, Eat, gaudeat, quoniam (ſi Deo placet) de Paſchali Põtifice & alijs magna cum laude triumphauit.

LVTHERIANORVM MORSVVM IN PONTIficiam dignitatem, in Lateranenſe proxime celebratum concilium reiectio, & q̃ legitime fuerit eo concilio de immortalitate animæ à patribus promulgatum. Cap. XXIIII.

Cingit ſe deinde Lutherius ad afferendas in medium a rationes, quibus Monarchiam põtificiam prorſus euertat. Non enim ſatis ſibiipſi, & alijs huiuſce familiæ ui

ris fecisse uidetur ſanctorum patrum decreta , & Romanorum Pontificum ſanctiones ſuo arbitrio (ut putat) funditus eneruaſſe, niſi noua in eorum ſententias machinamenta confingeret. Sed prius ſe luit à crimine, quòd à quadringentis ſolum annis citra, decreta, quibus Romanæ Eccleſiæ principatus probatur, nata eſſe meminerit, inquiens non ita, ut aſſeruit, ad unguem debere itelligi, ſed pro origine incrementum, ac eam autoritatem inſinuaſſe, qua ille ipſe principatus creuit, & toti terrarum orbi leges à uarijs Pontificibus, quæ prius diſperſæ fuerant, in unum collectas legendas, ac obſeruandas indixit. Quibus Eccleſiæ facies deformata eſt, & omnia in ambitionem, luxum, & auaritiam non tendere, ſed ruere uiſa ſunt.

P VLCHRA *quidem interpretatio, & qua ſe à falſi crimine optime reus tuetur. Erubeſcat ſordidus tam temere in ſuperiorum ſuorum conſtitutiones, leges, mores & uitam inuehere. Quiſnam ipſe, aut qualis eſt, qui ambientibus detrahit, qui Pontifices, Romanam curiam, & gradatim omnes in ea corrigit ordines, taxat, reprehendit. Vnus nullius authoritatis uir, qui ouinam pellem īdutus intrinſecus rapacis lupi fomitem alit, qui ſuis morſibus, uirulentisq; iaculis omnia lacerat, pungit, exanimat, qui tam temere eo uſq; impudentiſſimis uerbis progreſſus eſt, ut ex ſacrarum inſtitutionum ſtudio, & obſeruatione, dimiſſo Euangelio aſſerat in concilio nouiſſimo neceſſe fuiſſe ſtatuere credendum eſſe hominis animam immortalem, inquiens. Quid putas hoc nobis indicare decretum? Quaſi uelit dicere inſolentiſſimus hominum, plus Romanam Eccleſiam decretorum ſtatuta, quàm Euangelia facere, ut non ſatis ex Euangelijs paſſim haberi animam immortalem Romani profeſſores exiſtiment, niſi ex ſuis conſtitutionibus idipſum palàm facerent omnibus, uel euangelia ipſa non legerint, non intellexerint, aut pro neglectis habuerint, Proh ſcælus euangelia ergo legibus comprobare, eſt ipſa negligere? Vnde id accipis. Vnde cogitas. Vnde tam lato, & effreni ore diſcurris. Certe nimium audes. Vereor ne te ſupra hominem credas, & ueluti Angelum de cœlo, quæ ſacroſancta Romana ſedes, & lateranenſe in ſpiritu ſancto congregatum concilium diuinitus promulgauit, caſtigaturum ueniſſe.*

Pilogat deinde bonus iſte uir ſua oblatramenta, quæ toties in alios protulit. Nullam inquiens de poteſtate factam fuiſſe inter apoſtolos diſcretionem. Quia nunquã Petrus alium miſit, ſed omnes ex æquo à Domino prædicationis officium ſuſceperunt authoritate pares, ſed honore diſpares. Quoniam primus in quolibet hominum conuentu neceſſe ſit, qui ſedeat, & collegij caput ab omnibus habeatur. Vere cauſam habes ô modeſte Lutheri cur ſanctum, Piumq; Dei uirum Pontificem & martyrem beluam uoces, diſſimulãs te non credere illum ipſum fuiſſe, qui talia fateretur. Sed mihi temperare uolo, ꝙ mea me, non tua te, profeſſio in officio continet. Diſcretio inter Petrum & alios tam clara in Matheo, & Ioanne conſpicitur, ut tantum abſit ab humano ingenio dubitare de hoc, q̃ntum abeſt à uero lucem non eſſe contrariam tenebris. De miſſione iã dictũ ſupius eſt, quo pacto & ſi nõ legitur alios miſiſſe Petrum, aut ſacris inſtituiſſe, tamen ei palam eſt ſubieciſſe illos dominum, à quo ſi diſſentire uellent, legitima rõne non poſſent.

NON ne toties commemorauimus Petrum præ alijs Dominum allocutum? Petro dediſſe claues Mathei. xyi. Petro iniunxiſſe, ut tributum pro ſe, & ipſo principibus ſolueret Mathe. xyij. Petrũ monuiſſe, ter, ut ſuas oues, aut agnos ſpiritali cibo, & adminiſtratione depaſceret Ioannis. xxi. Dum in nauicula eſſent apoſtoli Petrum ſolum uocaſſe Mathei. xiiij. Dum deperire timerẽt ei dictum fuiſſe, modicæ fidei quare dubitaſti? Dum pœnitentiæ ſacramẽti modum inſtituit, cum Petro Dominus ſermocinatur, inquiens. Non dico tibi ſepties, ut peccata dimittas, ſed ſeptuagies ſepties Mathei. xyiij. Dum caſtigationem fraternam. & modum, quo fieri debeat, edocet, Petrum inſtruit dicens. Si peccauerit in te frater tuus corripe illum inter te, & ipſum ſolum. cap. eodem &c. Quum iudicij formam oſtendit, Petrum aſpicit in ore duorum uel trium (inquiens) ſtat omne uerbum capitulo eodem. Dum labentes, ſeu titubantes in fide diſcipulos proſpicit, Petro iubet, ut illos in fide confirmet inquiens, & tu quandoq; conuerſus confirma fratres tuos, Lucæ. xxij. Dum fidelem pietatem roborare ſatagit moriturus, negationem ſoli Petro imputat, ut alijs tanquam Princeps fide præſtare debeat, itelligatur Math. xxyi. Dum diſcipulos dormiẽtes poſt orationẽ inuenit, Petrum ſolum reprehendit, qm̃ uigilare

præ cæteris debuiſſet, inquiens. Simon dormis non potuiſti una hora uigilare mecum. cap. eodem. Quum reſurrexit, de diſcipulis alŷs gregatim legitur meminiſſe, ſoloq; Petri nomine expſſo tribus illis mulieribus quum apparuerit per Angelum dixit. ite & dicite diſcipulis eius, & Petro Marci. xyi. Quis deinde principis, & capitis officium defuncto domino exercuit? Petrus. Nanq; exurgens in medio fratrum loco Iudæ alium eligēdum monuit, atq; definŷt, quando electus eſt Mathias actuum ca. i. Quis diſcipulos non ebrios, ſed ſpiritu ſancto repletos prædicauit, edocuit, & tria millia hoīum ſtatim ad catholicam pietatē conuertit, niſi Petrus. actuum ca. ŷ. Quis in Ananiam, & zaphiram mortis ſententiam protulit, niſi Petrus. actuum. y. Qui Symonem magum uicit inflexit, niſi Petrus? Quis in generali concilio, ne conuerſi ex gentibus circumciſioni eſſent obnoxŷ concioēm habuit, et ſententiam tulit, niſi Petrus. actuum. xy. Quis primum chriſtiani imperŷ habenas Romam aduexit, niſi Petrus? Quis maiore pietate, prædicatione, officio, morte, cruce, eſt dominum imitatus, q̃ Petrus? Quis deniq; maiori illum & obſeruantia & amore proſecutus eſt, niſi Petrus? Si omnes euangelŷ codices intuearis, ſi Apoſtolorum acta percurras, Si quos maxime dilexerit Dominus, diligenter inquiras, ſi munera illis iniuncta connumeres, non inuenies Petro maiorem, aut potius, qui omni in re officio, & authoritate Petro, ipſo iure nō ceſſerit.

VIDES ergo, ſi uis (quoniam facile potes) inter diſcipulos non aliquod modo, ſed etiam maximum poteſtatis fuiſſe diſcrimen. Quod uero Apoſtolorum ipſe ſolus neminem miſerit, aut ſacris conſtituerit, non efficit, ut parem alŷs intelligamus. Sed q̃ paulo ante meminimus, illis imparem & ſuperiorem oſtendūt. Quæ uero capitis diſtinctio appōitur, in propoſitum uenire nō debet, quippe caput quod membris nequit qcquam īfluere, neq; caput eſt, neq; capitis meretur nomen, quum itaq; Petrus iuriſdictione caput aliorum eſſe dicatur, ſuperuacaneum profecto ē, & à recti iudicŷ ſemita penitus alienum ſola honoris conſeſſus aut accubitus ratione dicere, aut arbitrari illum apoſtolorum caput fuiſſe. Quæ item unius collegŷ capitis, & Petri comparatio eſt? Nullum ſanè recte inſtitutum collegium, conuentus nullus, nulla demum Reſpublica eſt eo capite prædita, cuius nō ſit quicq̃ in alios agere, quod illis non authoritate præemineat. Et

ſi enim priuatum non habere uidentur, habent tamen commu-ne quoddam caput extrinſecus, ut Regem, aut principem. Vnde planè ſuum honoris, officij, poteſtatis munus accipiunt. Expedit enim, inimo neceſſe eſt eam regendi formam in terris haberi, quæ tradita eſt nobis, ut conſpiciatur in cœlis.

SIq; forſan cõmunem Reipub. ſtatum longe meliorem exiſtere obijcias, quoniam minor ei occaſio ſit ne in tyrannidis labem incurrat. Dicemus primum minus poſſe in tota Chriſti republica tyrannidem exerceri, ſi unus conſtitutus ſit Princeps q̃ plures. Quum enim quælibet eccleſia epiſcopum, & quælibet prouincia metropolitam, & quilibet metropolita patriarcham ꝑpetuum habuerit, cui ſubſit, niſi unus eſſet patriarcharum caput, hi omnes (ſi uellent) liberius in tyrannidem poſſent incurrere, quum non haberent alium, unde ſibiipſis iuſtitiæ, & continẽtiæ frena, etiam inuiti moderarentur. Neq; tam facile ex œcumenico .i. generali conuentu tyrannus ipſa, & alia crimina dilui queunt, quemadmodum ſi ad unius iudicis tribunal denique omnia deuoluantur. Tum ob id, ꝙ raro conueniunt patres. Tũ etiam, ꝙ ubi conuenerint, uarijs adeo inter ſe opinionibus diſcrepant, ut ab eis ſera nimium caſtigatio proficiſcatur.

LONGE item maior illa tyrannis eſſe conſpicitur, quæ à pluribus, q̃ quæ ab uno tantum Principe exerceri ſolet. Quum facilius diteſcat unus, q̃ plures, neq; tantam extorquendi, aut laſciuiendi habeat occaſionem. Quum deinde Eccleſiæ regimen ſit generale, ſit etiam hereditario iure Diuinum (gens.n. ſacerdotum, gens ſancta, regiũq; genus, à Petro ſecundo primæ Epiſtolæ capite appellata eſt) non tam facile in tyrannidem prolabi poſſe creditur, ſeruata etiam ſecundũ ſe perfecta magis regendi forma. Quæ proculdubio unius tantum Principis extat, ſicuti alterius cuiuſdam priuati, & temporalis adminiſtratio. Haud enim ſibi quiſpiam ita perſuadere poteſt, ut non minus chriſtus uerus, & cœleſtis Princeps toti ſuæ Reipubli. quæ in ſpiritu fundamenta coniecit, q̃ diſcerptis eius hinc inde partibus ꝑ regimine uelit aſſiſtere. Nam præter hoc, ꝙ id quidem magnum negocium ẽ, ſeruata meliore gubernandi forma, proculdubio dignum eſt creditu dominum facilius illi ſuccurrere. Ipſa etiã ratio ita exigit, ne ſeditio inter plures gubernatores exorta magis, & citius huiuſcemodi perturbaret imperium.

NON obſtat etiam, ꝙ epiſcopos omnes ſummus inſtituat Pontifex, ſiue confirmet. Quoniam ſupremæ ipſius authoritatis ē, ut illud efficiat. Poſſet enim uelle, ut antiqua ſeruaretur conſuetudo. Qua à clero, & capitulo eligebantur epiſcopi. Sed quũ illud poſitiuum ius fuerit, facile tolli potuit. Ea autem ratione potuerunt moueri Romani Pontifices, ut ueterem illam conſuetudinem immutarent. Qua ſua dignoſceref authoritas. Quæ forte ob epiſcoporum inſolentiam ignorari, ac paruo haberi precio uidebatur. Sat enim uidetur ſacerdotia, ac alios ordines ſingilatim alijs dimiſiſſe. Ea uero, quæ iuriſdictionis, & regiminis ſunt, ſibi in honorem, & dignitatem Sedis Apoſtolicæ, non paſſim, ſed quibuſdam in locis ſummos ſibi Pōtifices reſeruaſſe.

NEq; ad tyrannidem, aut auariciæ ſpeciem id inſtituti merito deduci debet, ut Lutherius facit. Quoniam de eo non eſt mala habenda præſumptio, cuius rationabilis cauſa ſubeſſe uidetur. Et ſi enim id ad malos uſus Pontificum uitio qñq; uerti conſpicitur. Non tamen inde ſuam traxiſſe originem arbitrandũ eſt.

NON HABEBANT autem pauli tempora id inſolentiæ uitium. Nanq; religioſius uiuebatur, & de ſummi Pontificis authoritate difficultas non erat exorta. Quum autem poſtea Romanæ Eccleſiæ, & Apoſtolicæ Sedis ſperni forſitan authoritas uiſa eſt, ea de cauſa, quæ à clero, & populo fiebant, epiſcoporum electiones, ad ſummum Pontificem fuerũt ſuo iure delatæ.

NEQVE magnus quidem eſt error, ſi Anacletus Cephas nomẽ (quod uere ſyrũ eſt) pro capite græce uoluerit interpretari. Nãq; idem re ipſa eſt Petrã eſſe, ſupra quam dominus ſuam uoluit eccleſiam ædificare, & ipſius eccleſiæ caput exiſtere, cui adminiſtrationis ſumma conceſſa eſt. Credis ne lutibunde Lutheri tam ineruditi Anacletum fuiſſe ingenij, ut Ioannis textum nõ uiderit, ut neſciuerit Cepham Petrũ latino uocabulo debere interpretari? Sed quum idipſum pro capite græco uocabulo poſſe accipi uiderit, idcirco eam ſignificationem (dimiſſa alia) uiſum eſt illi accipere, ut tam græca, q̃ ſyra lingua unum & idem atteſtari optime uideretur. Quod de Symone Bariona .i. Ioannis filio euangelica profert hyſtoria.

NON ab re deniq; Pſalmiſtæ ſententiam illam, xcviii. pſal. de-

ſcriptam adduxit optimus Anacletus, qua Moſes, & Aaron dicitur in ſacerdotibus eius, Samuel inter eos, qui nomen Domini inuocant. Non quidem ut duos uelit oſtendere ſacerdotes eſſe ſummos, ſed unum, cui tanquam principi erat totius adminiſtrationis demandatum imperium. Hic Moſes erat, Aaron.n. illi iuriſdictione habebatur inferior. Binos autem attulit Anacletus, ut non ex æquo poteſtatem Apoſtolis traditam fuiſſe intelligamus. Primi autem uocati ſunt ambo, quoniam conſecrationis munere pares erant, licet adminiſtratione diſpares haberentur. Valet igitur Prophetæ ſententia, & ad propoſitum ſatis quidem adducitur, non ut inde duos fuiſſe ſummos ſacerdotes, aut in Eccleſia maximos pontifices crederemus. Sed ut iter Epiſcopos authoritatis diuerſitatem, ita conſpiciamus, quēadmodum apud ueteris legis obſeruatores eſſe pernoſcebatur. Quod uero noſter miretur Lutherius ex illis prophetæ uerbis eos primos Anacletum accipere, gratis certe miratur. Nam ſi Samuel (ut ſubditur) inter inuocantes nomen Domini collocatur, eos ſacerdotes eſſe apertum eſt. Primos uero inde facile agnoſcimus, ꝙ ſemper Moſes cum adminiſtrationis ſumma uota, Aaron autem hoſtias pro populo Domino offerebat. ut. xxxvi. diſt. cap. ſi quis uult. & .lxxxviij. diſt. cap. decreuit. habetur, non immerito item ex pſalmi decantatione primi inter ſacerdotes accipiuntur utriq;. ꝙ uolens Propheta domini gloriam prædicare, qui ſuper Cherubin. i. ſuper uniuerſas angelorum acies conſtitutus ab omnibus populis colitur, ueneratur, extollitur, ſacerdotes eos primos intelligit, ut à maximis uſq; ad minimos (nullo excepto) connumerentur omnes, qui illius nomini, poteſtati, & gloriæ ſubijciuntur.

QVOD uero Apoſtolus Paulus ad hebræos Chriſtum, nō Romanum Epiſcopum, per ſummum legis ueteris ſacerdotem fuiſſe ſignificatum aſſeruit, non eſt, quin idipſum de illius in terris uicario, poſtq̄ ille in cœlum aſſumptus eſt, optime queat intelligi. Immo rationi conſentaneum extitit, ut ſi Chriſtus terram inhabitans ſummus ſacerdos fuerit, qui illi in principatu pro regimine, & adminiſtratione ſuccederet, & ipſe ſacerdotij ſummam fuerit aſſecutus. Quid planè ſemel ſummum haberi ſacerdotem ab hominibus eſſet, niſi foret apud eos eadem dignitas, eadem

adminiſtratio,

adminiſtratio, eadem authoritas qua fieri potuit, quocunq; tem pore permanſura?

QVOD Vero & peracute quidem, ſed in tranſitu quodam à Lutherio inuoluitur, & obiectatur uetus teſtamentum figuram noui exiſtere, atq; ideo nouum ſimiliter diuini alicuius myſterij non eſſe figuram, nihil eſt. Nō enim ex hoc, ꝙ Petrum inſtar ſeruatoris caput aſſerimus, illum ꝑpterea figuramus. Nā figura eſt diuinæ cuiusdam rei futuræ per humanam ſignificatio. Quod uero præteritum eſt, etiam ſi diuinum extiterit, eius commemoratio figura eſſe non dicitur. Quippe quotiescunq; uerbis, moribus ſacrificijs, authoritate, pietate, officio dominum imitamur, non eſt nobis earum rerum figuram ſed commemorationem efficere. Vt ipſe idem planè in cœna cum diſcipulis edens, & bibens edocuit, inquiens. Hæc quotiescunq; feceritis facite in meam commemorationem. Erubeſcat ergo Lutherius eos appellare porcos, qui diuinas lectiones in hunc modum interpretantur, quum ipſe porcorum omnium (ut ita dicam) porciſſimus, impudentiſſimusq; non uereatur tanq̃ uipera tabidis ſuis, ac letiferis uenenis temerare illas, inficere, contaminare.

QVO PACTO DICTVM ILLVD PAVLI A Canoniſtis acceptum. Tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt legem transferri, intelligi debeat. Cap. XX.

t Axatis ſanctorum patrum de Pontificio principatu ſententijs, quæ decretorum nomine appellantur, ad nonnullas decretales tranſit Lutherius infringēdas, ut omnino aduerſus Canonum profeſſores uoti compos effectus uictoriæ palmam reportet. Et primo decretalem illam de conſti. capi. tranſlato. Conatur euertere, in hunc modum.

HABET Paulus ad hebræos cap. vii. Temporale ſacerdotium legis finitum, & abrogatum eſt ſacerdotibus ſacerdotio Chriſti æterno, ut quæ legis fuerant, non eſſent amplius ſeruaturi. Quæ uerba à Canoniſtis ita uſurpari uidentur, ut tranſlato ſacerdotio Moſis in Chriſtum, & Chriſti ſeruatoris in Petrum lex etiam & authoritas condendi legem tranſlata fuiſſe intelligatur.

ADVERSVS huiuſcemodi interpretationem bonus iſte Lutherius inſurgit. Nam inquit impium eſt dicere, ut trāſlato chri

ſti ſacerdotio in Petrum lex Chriſti una cum ſacerdotio abrogata ſit, atq; finita, quum usq; ad ſæculi conſumationem ſuo iure ſit duratura.

ITEM non ſic à Chriſto in Petrum tranſlatum eſt ſacerdotium, ut cæteri Apoſtoli Layci dicerentur, aut à Petro ſacris conſtituti eſſent, quod nullibi apparuit.

MEMINERIT Calumniator iſte recte à Pontifice, & expoſitoribus ea uerba Pauli accepta fuiſſe. Volens enim de his (quæ talem inuicem haberent connexionem, ut quum de uno, Conſtitutio ſit, de alio ſimiliter facta eſſe intelligatur) facere mentionem, de ſacerdotio, & lege commemorat. Vt quotieſcunq; tranſlatum eſt unum, aliud, quod illi connexum eſt tranſlatum eſſe percipiatur. Atq; in hunc modum, quum Chriſti ſacerdotium in Petrum, tanquam in ſucceſſorem tranſierit, Lex etiam, et authoritas legis condendæ in eundem tranſiuiſſe conſpicitur. Non quod abrogatum ita, finitumq; ſit unà cum lege Chriſti ſacerdotium, ut noua lex, nouumq; ſacerdotium illud ſit, quod Petro conceſſum eſt. Sicut de nouo Chriſti ſacerdotio poſt Moſem uerba Pauli ſonant.

NANQVE EX illis non eandem utriusq; à Chriſto in Petrũ tranſlationem cuipiam licet accipere. Verum ut ſimilitudine quadam uelut Chriſtus nouæ legis poſt nouum ſacerdotium habitum, author extitit, ita etiam Petrum eiuſdem legis, & ſacerdotij ſucceſſorem fuiſſe dicimus. Cui etiam aliquid in poſitiuis condendæ legis ſit authoritatis iniunctum.

NEQVE ITEM eo modo Chriſti ſacerdotium in Petrum trãſlatũ dicunt interpretes, quo cæteri Apoſtoli dicantur de Laicorum numero extitiſſe, aut à Petro ſacerdotij inſignia ſuſcepiſſe. Quum iam ſupra ſatis patere potuerit, quomodo ſacerdotij iurisdictio in Petro principatum obtinuit. Quamuis ſacramentum ex æquo fuerit omnibus à domino diſtributum.

CONGRVAM ESSE CONSVETVDINEM QVA pro fidelitate Apoſtolicæ Sedi Seruanda iuſiurandum ab Epiſcopis ſingilatim exigitur. Cap. XXII.

Decretalem aliam iſte uir neſcio quo propoſito lacerat. Quum enim de poteſtate ſummi Pontificis, quæſtio ſit,

tranſit ad iuſiurandi increpationem, quod in pallij acceptione præſtat. Sed (utcunq; ſit) uideamus quantum militent hac quoq; in re huiuſce hominis uerba.

DVM ENIM Archiepiſcopus Panormitanus miratur cap. ſignificaſti de electio. in pallij traditione iuberi à Pontifice iuſiurandum pro fidelitate Eccleſiæ Romanæ ſeruanda requiri, eo quod neq; Dominus in Euangelio illud, ut fiat, permiſerit Mathei cap. 5. neq; apud ullum unquam Concilium id ſtatutum inuentum ſit, Reſpondet ea decretali Pontifex Paſcalis, inquiens, in primis à Domino Ioannis ultimo, dum Petro paſcendas oues commiſerat, ſub conditione ſi ipſum diligeret, ter inquirente, illud officium, & authoritatem fuiſſe conceſſam. Atq; ideo non eſſe mirandum, Si pro pallij ſuſceptione fidelitatis iuramentum exquiritur. Quantum uero ad Euangelium pertinet, inquit, poſtquam Dominus iuramentū prohibuit, ſubdit. quod amplius eſt à malo eſt, ideſt ſi amplius neceſſe ſit iurare, a malo, ideſt propter euitandum malum iurandum eſt. Quod uero de conciliorum ſtatutis adducitur, non obſtare aſſeuerat, quoniam Romano Pontifici concilia non habent legem imponere, quum ſuum omne robur ab eo accipiant, neq; alterius authoritate ualeāt conuocari.

ADVERSVS PRimam decretalis partem Lutherius in hunc modum armatur. Si exemplum Chriſti placet, & ualet, dum dixit Petro ſi me diligis paſce oues meas, Cur eo in pallij traditione (ſublato iuramento) non uteris? Si non placet cur ipſum adducis? Putas ne magis iuramenti coactione, quàm amore, & charitate exacta ab hominibus fidelitatem ſeruari? Item oues Chriſti non coguntur Chriſto iurare, Cur tibi illas iureiurando deuincis, quum non magis ſint tuæ, quàm Chriſti? Immo longe uerius Chriſti ſunt, quàm tuæ. Item coguntur iurare epiſcopi, quum ipſe epiſcopus ſis, cui nam iurabis? Item ſi ea diligendi conditiōe Chriſtus Pontificem ſummum Petrum inſtituit, quum nunquam in poſterum in electione Romanorum Pontificum ſeruata fuerit, nullum ab eo paſtorem ſummum habitum dicere mus. Quemadmodum ais tu Archiepiſcopum, aut epiſcopū ſine iuramento præſtito quempiam eſſe non poſſe.

PLACET (diceret Paſcalis Pontifex ſi ſuperuiueret) mihi ſeruatoris exemplum. Sed eo non utor, quoniam ob maiorem

hominum iniquitatem, & deteriorem factam fidelium conditionem iuramentum magis deuincit, q̄ ea diligendi exacta conditio, atq; ideo potius illud exigitur. Neq; propterea poſtpoſita intelligitur diligendi, et paſcendi conditio. Nanq; illa ſupponitur, quæ ſi etiam explicatur, non ligaret eo modo, quo ligat uinculum iuratæ fidelitatis. Neq; coacta illa fidelitatis obſeruãdæ promiſſio, ſed ſponte facta præſumitur. Quod etiam ſi coacte, et per uiolentiam præſtaretur, pronum magis ad recedendum ab Eccleſiæ conſortio magis deuinciret, quàm ſi ſola amandi, aut paſcendi oues conditio exigeretur. Neq; ſanctior, aut melior eſt iuramenti conditio, quàm amoris, niſi per accidens. Qua ſcilicet ob facilitatem credendi ab unitate Eccleſiæ, quæ inter fideles inoleuiſſe conſpecta eſt, magis eos obligare uidetur. Adde quando quis in epiſcopum aſſumitur, non ne absq; iureiurando obligatus eſt Romano Pontifici tanq̄ ſuperiori, & Eccleſiæ ſeruare fidelitatem? Eſt. dices, Libere ne, ſi ſeruat illam ſeruari dicitur, an coacte? Libere dices. Si eſt obligatus ipſo iure, quomodo libere? Dices eam libertatem iuri, & rationi obliganti eſſe conformem. Ita etiam iuramentum libertatem non auferre protinus dicam, quoniam qui iurat, non per uim iurare præſumitur. Sed iure ipſo, & duce ratione, cui uult eſſe conformis. Eadem igitur eſt utrobiq; libertas.

CAVSA ITAq; in epiſcopis, & Archiepiſcopis ſatis patere poteſt, & quomodo iuramentum libertatem non aufert, quemadmodum nec obligatio iuris, licet magis deuinciat. Pontifex autem ſummus iurare fidelitatem non cogitur, quoniam ipſe ſummus eſt, nec ſuperiorem habet in terris. Sat enim illi eſſe uidetur Chriſto ipſo iure obligatum eſſe, ut ab eius fide, & pietate non deuiet. Tot planè uinculis princeps, quot ſubditi, ligari non debet, q; ipſe ſupra leges ſit, & alios ligare poteſt ad unum ex rationabili cauſa, quod ipſe obſeruare non cogitur. Neq; onus quidem huiuſcemodi iurandæ fidelitatis eſt inſuportabile, ueluti aſſeueratur. Quod ipſe digito mouere non curat, Immo nullius moleſtiæ eſt apud eum, qui recto rationis dictamine cuncta percurrit. Mgna ſane, et intolerabilis res ea eſt, quæ corpus, aut animum labore, triſtitia, formidine, aut alio quouis affectu diſturbat. Iurare id, quod paratus es ſponte tuà præſtare, nō intolera

bile eſt, ſed placidum, ſed gratum, ſed iucundum.

NON COGVNTur *oues Chriſti iurare Chriſto, cuius uere ſunt oues, Quoniam qui eius Vicario iurat, illi iurare dicitur, iuramentumq; Pontifici factum pro fidelitate ſeruanda reſpectu Chriſti, Eccleſiæ, ſanctæq; religionis factum eſſe dignoſcitur.*

EA VERO *diligēdi conditio, quam Chriſtus petro expoſuit, anteq̃ illi executoriam poteſtatem concederet, ſemel tantum neceſſaria fuit, non ut ſemper quando quis in ſummum Pontificem crearetur, eaipſa explicari deberet, ſed ut tacite intellecta ſupponeretur ab eo, qui Chriſtianæ Reip. habenas recte (ut decet) moderari uoluerit. Cui quidem diligendi conditioni non ſolū communi quadam obligatione, qua homo, qua Chriſtianus, ſed etiam qua ouium Paſtor, & Pontifex obnoxium ſe eſſe intelligeret. Sine cuius præcepti obſeruatione neq; bonus paſtor eſſet neq; merito appellari ualeret. Non eſt ea dilectio, in qua abſoluta Pontificis poteſtas, aut uſus poteſtatis fundetur, & maneat. Sed ſine qua recta, debitaq; executio ab eo fieri nequit. Quemadmodum Epiſcopus, & Archiepiſcopus electi ſine iuramento fidelitatis debitam iuriſdictionem exercere nō poſſunt. Iurant hi, quoniā ſuperiorem habent (ut paulo ante referebamus) qui maiori, quo queat uinculo eos ſibi deuinciat. Atq; ideo ipſe Pontifex ſummus Petrus quum Chriſtum ſuperiorem haberet in terris pro ſe, & ſucceſſoribus qui Chriſti præſentia carituri erant, id triplicatæ erga illum dilectionis teſtimonium attulit, ut ipſi idem ſic ſe haberent in poſterum pro iuſta Reip. gubernatione, & digni tanto munere efficerentur.*

QVVM *Deinde exigendi iuramenti ratio à Paſcali Pontifice adducitur, eam ridet Lutherius. Si enim cordium ſcrutator Dominus conditionem dilectionis appoſuit in tradendo ſuæ Reipublicæ imperio, quanto magis ipſe Pōtifex, qui cordis penetralia non intuetur, conſimilem iuramento medio debet apponere. Contra (Martinus inquit). Chriſtus in hoc exemplum prebuit omnibus iurandi. Ergo ſicut ille ipſe, neq; alio modo conditionem illam deberemus exprimere.*

ITEM ET *nos Romani Pontificis animum ignoramus, Cur itaq; Chriſti nobis illam conditionem ipſe non iurat?*

SI INSVPER *conſcientiarum ignoratio cauſa eſt, Cur iu-*

ramentum exigitur, Cur non cogitur item iurare, quis ſe recte iuraſſe, quia poſtquam iurauit, neſcitur an puro corde iurauerit. Quod ſi faciet, ita de ſecundo dicendum eſt, quemadmodum ad infinita iuramenta fiet acceſſio.

RVRSVS CONſcientiæ ignoratio deberet efficere potius, ut iuramenta omitterentur, ne forte iurans ad periurium cogeretur.

QVVM ETIAM de quolibet bene præſumendum ſit, niſi euidenter oppoſitum conſpiciatur, ſemper bona cuiuſq; conſcientia credenda eſt. Atq; ideo iuramentum exigi ob eam cauſam, aut præſtari non debet.

SI DENIQVE per iuramentum conſcientia hominis non expateſcit, Cur toto uitæ tempore non fit, ut iuret, qui toto eodem tempore iuramenti exigendi cauſam prebet. Hæc Lutheri noſtri inexcogitata ab alijs Sophiſmata, & pernicioſa uenena.

DILVITVR PRimum, quoniam non opus eſt in omnibus conditionem Chriſti appoſitam imitari. Sed ſat eſt, ut modo aliquo exemplum ab eo datum accipiamus. Dictum ſanè ſatis prius eſſe uidetur, qua ratione iuramentum, quod diligendi conditionem etiam claudit, apponitur, ut ſcilicet maior obligatio fiat. Quia non conſtat de mente, & animo illius, qui in epiſcopatum aſſumitur.

AD SECVNDVM quamuis nobis Romani Ponti. non pateat animus, eo tamen modo obligari nõ debet, quoniam Princeps ſit, & nullum in terris ſuperiorem obtineat.

AD.III. IVRAmenti iuramentum dari non poteſt. Quoniam quum quis iurauerit, recto, ſinceroq; animo iuraſſe præſumitur.

AD.IIII. MINVS malum eſt, ut quis periurij periculo exponatur, q̃ ſi non iuret, & infidelitatis periculum ſubeat; à qua medio iuramento ſe debere abſtinere præſumitur.

AD.V. LICET de qualibet conſcientia bene ſentiendum ſit, niſi contrarium doceatur, Tamen additio iuramenti maiorem præſumptionem, & fidem ſeruandæ fidelitatis aggenerat. Nãq; ſimplex illa præſumptio non ſatis eſſe uidetur.

AD.VI. TOTO tempore quis iurare non cogitur. Quoniã

primo præſtito iuramento (& ſi conſcientia non expatet ait) eo ta men uinculo melior facta præſumitur. Non enim ratio cur iura mentum ab epiſcopo exigitur eo modo eſt conſcientiæ hominum ignoratio, ut per iuſiurandum credamus conſcientiæ habere co gnitionem, Sed ut ipſa uinciatur magis, & in ſtatuto fidelitatis propoſito hæretibus maneat. Quod noſter non olfecit Lutherius ad malignam ſemper interpretationem intentus.

QVOMODO LEX EVANGELICA IVRA re probibeat, & permittat, neq; obſtare Pontifici, id a nullo eſſe Concilio declaratum, quoniam illo ſuperior eſt, quod præſertim ſine eius authoritate conuocari non poſſit. Cap. XXIII.

Liā decretalis partē īfringendam emulus iſte noſter accedit, ut totā prſus exanimet. Illud. n. Euāgelij dictū Matbei ca. 5. Qđ amplius eſt, à malo eſt (iqt) phibitionem iuramenti ſignificat. Quod tamen in iurandi licentia mali euitandi cauſa decretalis uſurpat. Meminerit iſte homo quotieſcunq; ad bonum intellectum trahi ſcriptura poteſt, ex rationabili cauſa, non eſſe abſurdum eo modo illam interpretari. Quocirca licet textus ille Euāgelicus uideatur per ea uerba (quod amplius eſt, à malo eſt) iuramenti probibitionem ſignificare. Quum ta men iurare quandoq; & ex rationabili cauſa liceat, Cur eſt, quod in propoſitum, quando ſcilicet malum euitandum ſit, ut exiga tur, adduci non poſſit? Quis deinde mihi inde firmam, atq; in dubiam faciet fidem, ea uerba ad probibitionem tantum iura menti fuiſſe prolata? Si dixeris communis omnium interpreta tio, falſum eſt. Nam et interlinearis gloſa, & Nicolaus interpres modo noſtro uerba illa expoſuit. At ſit ita, ut communis inter pretatio oppoſitum ſentiat (quod non eſt) illa non ſufficit. Si di xeris Textus ipſe, non uideo. Tua ergo erit ſententia magne Lutheri, Cui maxima, & præſertim hac in re eſt adhiben da fides. Textus habet, nolite iurare, ſed inter uos ſemper Ser mo habeatur ille. Eſt, & non, quod amplius eſt à malo eſt, prohibetur hic (fateor) facilitas. Sed ex toto non tol litur iurandi poteſtas, quando alicuius rei coram iudice in teſtimonium ueritatis eſt facienda fides, & tunc iuſtiſſime exigi tur, & præſtatur, nonne? Negare non poteris. Quando igitur

ſubditur, quod amplius eſt à malo eſt. Cur ea uerba ad licitam iurandi facultatem accommodari non poſſunt? Quum ſäluet malum, quod facile ſequitur, eſt euitandum. Si tolleretur ſanè per iuramentum probatio, multa ſunt, q̃ quum aliunde probari non poſſint, ex defectu probationis perirent. Quod igitur amplius eſt, ideſt quod amplius q̃ eſt, & non eſt, quandoq; affertur in medium, à malo eſt, ideſt à malo, ut euitetur, iuſtum, licitum, & rationi conſentaneum habet exordium. Vt igitur facilitas ab Eccleſiæ conſortio recedendi euitaretur, fidelitatis iuramenti exigendi authoritas data eſt, quæ maiorem apud homines fidem efficiat, q̃ ſi quis ſolo promiſſionis uerbo, aut ipſius iuris uinculo deuinciretur.

RECEDERE *autem ab Eccleſiæ conſortio, & ab obedientia ſedis Apoſtolicæ reſilire, quis non putabit perinde eſſe, ac ſi, à, Chriſti dilectione, à, paſcendarum ouium munere, ab ipſius ſeruatoris noſtri imperio ſe quiſq̃ ſubtraheret? Si enim Eccleſiæ ordo concinnitas, Harmonia conſideretur, eam habet in ſe omniũ ſuarum partium connexionem, ut ad unum caput, quod Chriſtus eſt, & eius Vicarium tanquàm præcipuum miniſtrum pariter referantur, Quemadmodum ſi quis ab uno receſſerit, ab alio receſſiſſe penitus intelligetur.*

NON DATVR *autem iuramentum fidelitatis alicui, quòd ignoremus ſe illam in poſterum præſtiturum (ut toties dictũ eſt) ſed ut arctiori uinculo obligationis deuinctus magis in fide permaneat. Et miror profecto toties una in re idem ab uno homine adduci, ut nugis, & fabellis totum ſcribendi folium impleatur,*

QVOD VERO *ſic in præceptorum obſeruatione iuſiurandũ exigendum eſſe aſſeritur, curioſi hominis eſt; quum quis facilius ſeruare illa credatur, quoniam diuina, & communia omnibus, quàm in Apoſtolicam ſedem obedientiam. Hinc fit, ut pro eorum obſeruatione iuramenti uinculum apponi minime ſoleat. Non enim tam omnibus uiſa eſt communis, & neceſſaria Romanæ ſedis communio, Quoniam orientis Eccleſia ſæpenumero ſe ab illa ſubtraxit, & in ſui elationem inſolenter intumuit. Id circo huiuſcemodi appoſitũ eſt iuramenti munimen, ut data ſemel fides tutius ſeruaret̃ illeſa. Sua uero itereſſe qſq; ꝑfecto noluit, et ad ſe q̃ maxĩe ꝑtinere, ſi græcus, ſi armenus, et idus fuerit, diuĩa, q̃ qdẽ explicata sũt, obſeruare p̃cepta. Maius itẽ malũ ẽ,*

& in maiorem Chriſtianæ Reipublicæ perniciem uergit hic ab apoſtolica ſede receſſus, q̃ iſtius, aut illius præcepti omiſſio. Inde ſanè rerum omnium confuſio, & perturbatio plurima oriri ſolet, Hinc uero priuati hominis iactura, labes, corruptio, quæ ſi forte uſq; adeo inualeat, ut Rempublicam ipſam quãdoq; inficiat, id utiq; longè ſerius, ac difficilius fit, q̃ ſi à capite membra receſſerint.

NECSSSITAS igitur, qua pro obedientia Romanæ ſedis iuramentum exigitur, eſt etiã ꝓ fide Chriſti, & eius Imperio. Nanq; id per illius miniſtrum exigitur. Qui tanquã uerus eius internuncius, ipſius eiuſdem ſpeciem, ac uicem gerit in terris. In cuius quidem uoluntate ſi qui ſint unum, ipſi idem proculdubio ſunt unum in Chriſto, ut & Cyprianus, & Ioãnis ore. xvij. ca. ipſe Chriſtus intelligit, rogat, & ſentit. Quid amplius nugaris Lutheri.

QVVM deniq; non obſtare, ꝙ concilium nullum unq̃ ſtatuerit huiuſmodi iuramentum in decretali ſubiungitur (quoniam ſcilicet Romanæ ſedi non habet legem imponere, quin potius ab ea omnem ſuã authoritatem aſſequitur) a Lutherio increpatur. Nanq; Nicænum à Romano Pontifice conuocatum non fuit. Verum à conſtantino. Quæ item per Auguſtinum olim, et Cyprianum in Africa conuocata ſunt omnia, an à Romanæ ſedis authoritate emanauerint, nec ne Martinus diligẽter inq̃rit.

QVI ſi uelit oculo ueritatis aſpicere, inueniet omne œcumenicũ, prout Nicænum, fuit concilium, Romani Pontificis authoritate uocatum. Et ſi enim ſilueſter niceno (ubi aderat Conſtantinus imperator) nequaq̃ interfuit, tamen non ſine illius conſenſu, et authoritate illud indictũ eſſe crediderim. De his uero concilijs, quæ non œcumenica. i. generalia fuerint, prout ea, quæ in Africa ſunt celebrata, id conſequenter dicendum eſt, ut abſq; ſummi Pontificis noua indictione cõuocari potuerint. Sin uero nõnulla œcumenica eiuſmodi adduxeris, illa ipſa dicemus uera concilia eſſe non potuiſſe, niſi forſan ex negligentia Romanæ ſedis conuocationis authoritas ad inferiores eſſet iure optimo deuoluta. Quod uel unius exemplo (ut alia omittamus) Theodorici Regis tp̃e Romæ conuocati concilij licet accipere. Vbi poſtquã Simachus de hæreſi imputatus adeſſet, cõgregati à Theodorico patres dixerunt unanimes prius id ab eo, q accuſaretur, Si-

macho (q; ad eius id ſpectaret officiũ) conuocari debere. Atq; iõ illeipſe authoritate propria conſentiente Rege concilium con uocauit, & abſolutus eſt. ut habetur diſt. xvii. cap. Concilia. Id ipſum cap. regula. cap. ſynodum. & cap. nec licuit. eadem diſt. Marcellus pontifex Maxentio epiſcopo, Iulius primus orientis epiſcopis, Sanctiſſimus Dei uir Damaſus, Pelagius, Gregorius, aliiq; Pontifices aſtipulati ſunt. Quibus omnibus ſi uelit obeſſe Lutherius, neq; Regum aut Imperatorũ authoritas, neq; hominum ſanctitas, neq; diutiſſime ſeruata conſuetudo apud eũ locum habebit, qui ſuo arbitrio per ſacras inſtitutiones infrenis quocunq; uoluerit, debachatur.

QVID Vero tua authoritate Lutheri, qui homuncio quidam es, immo nec homuncionis nomen mereris, pro Romano Pontifice, quod iuſta, & rationabili cauſa factum eſt, ſola conſuetudine legitime obſeruandum adducis? Non ne conſuetudinem ſeruandam accepiſti unquam illam ipſam eſſe, quæ in ratione fundatur? quæ uero (cui inititur) rationabilem cauſam non habet, non obſeruari debere? Id utriuſq; iuris periti profeſſores, ac interpretes paſſim exclamant, id ſentiunt, & profitentur unanimes. Cur igitur dimiſſa ratione uoluiſſes Paſchalem huiuſce decretalis inſtitutionis authorem ſoli conſuetudini locum dediſſe. O pulchram, & expectatam reſponſionem. Quæ ſi ita facile ab aliis, ut à Lutherio, uſurparetur, non eſſet impendio arduum uno, et minutulo quidem uerbo, omnes ambages, omnia inuolucra, omnes quæſtiones obſeruandarum legum diſſoluere. Hoc eſt, quod ex ſuis ipſe dicteriis uictoriæ ſignum reportat, Eat, gaudeat, quoniam (ſi Deo placet) de Paſchali Põtifice & aliis magna cum laude triumphauit.

LVTHERIANORVM MORSVVM IN PONTIficiam dignitatem, in Lateranenſe proxime celebratum concilium reiectio, & q̃ legitime fuerit eo concilio de immortalitate animæ à patribus promulgatum. Cap. XXIIII.

Cingit ſe deinde Lutherius ad afferendas in medium a rationes, quibus Monarchiam põtificiam prorſus euertat. Non enim ſatis ſibiipſi, & aliis huiuſce familiæ ui

ris feciſſe uidetur ſanctorum patrum decreta , & Romanorum Pontificum *ſanctiones ſuo arbitrio(ut putat)funditus eneruaſſe, niſi noua in eorum ſententias machinamenta confingeret*. Sed *prius ſe luit à crimine, quod à quadringentis ſolum annis citra, de creta, quibus* Romanæ Eccleſiæ *principatus probatur, nata eſſe meminerit, inquiens non ita, ut aſſeruit, ad unguem debere itel/ligi, ſed pro origine incrementum, ac eam autoritatem inſinuaſ ſe, qua ille ipſe principatus creuit, & toti terrarum orbi leges à ua rijs* Pontificibus, *quæ prius diſperſæ fuerant, in unum collectas le gendas, ac obſeruandas indixit*. Quibus Eccleſiæ *facies deforma/ta eſt, & omnia in ambitionem, luxum, & auaritiam non ten/dere, ſed ruere uiſa ſunt.*

PVLCHRA *quidem interpretatio, & qua ſe à falſi crimine optime reus tuetur*. Erubeſcat *ſordidus tam temere in ſuperio/rum ſuorum conſtitutiones, leges, mores & uitam inuehere.* Quiſnam *ipſe, aut qualis eſt, qui ambientibus detrahit, qui* Pontifices, Romanam *curiam, & gradatim omnes in ea corri/git ordines, taxat, reprehendit*. Vnus *nullius authoritatis uir, qui ouinam pellem idutus intrinſecus rapacis lupi fomitem alit, qui ſuis morſibus, uirulentisq; iaculis omnia lacerat, pungit, exa nimat, qui tam temere eo usq; impudentiſſimis uerbis progreſ/ſus eſt, ut ex ſacrarum inſtitutionum ſtudio, & obſeruatione, dimiſſo* Euangelio *aſſerat in concilio nouiſſimo neceſſe fuiſſe ſta/tuere credendum eſſe hominis animam immortalem, inquiens.* Quid *putas hoc nobis indicare decretum?* Quaſi *uelit dicere inſolentiſſimus hominum, plus* Romanam Eccleſiam *decreto/rum ſtatuta, quàm* Euangelia *facere, ut non ſatis ex* Euange/*lijs paſſim haberi animam immortalem* Romani *profeſſores exiſtiment, niſi ex ſuis conſtitutionibus idipſum palàm facerent omnibus, uel euangelia ipſa non legerint, non intellexerint, aut pro neglectis habuerint*, Proh *ſcelus euangelia ergo le/gibus comprobare, eſt ipſa negligere?* Vnde *id accipis*. Vn/*de cogitas*. Vnde *tam lato, & effreni ore diſcurris*. Certe *nimium audes*. Vereor *ne te ſupra hominem credas, & ueluti* Angelum *de cœlo, quæ ſacroſancta* Romana *ſedes, & latera/nienſe in ſpiritu ſancto congregatum concilium diuinitus promul gauit, caſtigaturum ueniſſe.*

NON ne in iurium deciſionibus à principio ſemper uiſum eſt, obſeruari, quæ ad Chriſtianam pietatem attinent, typo quodam & breuiſſimo compendio commemorari? Et ſiqd eo tpe, quo in unum congeſtæ ſunt eiuſmodi ſanctiones, quicq̃ erroneum, aut ſuſpectum, quod credi poſſet, occurreret, circa illius deteſtationem inſiſti? Quemadmodum tempore Clementis quinti apud Viennam in generali concilio animam hominis per ſe, & intrinſecus humani corporis formam eſſe declaratum eſt, quoniam multi illius tempeſtatis homines, id in dubium reuocauerit, quod à Plotino Philoſopho in academica familia poſt Platonem facile principe eo libro, qui inſcribitur, quid animal, quid homo, & alijs acceptum eſt. Quod an Platonis, quem maxime imitari ſtudet, ſit, necne, apud me in dubium reuocatur. Quarto.n. de repu. libro, unam tantum in homine animam inſtituiſſe uidetur, quæ nõ niſi rationalis eſt, quum homo proculdubio rationis ſit particeps, quamuis duplicem in timæo illam fuiſſe meminerit.

QVOD quidem ſanctiſſimum inſtitutum imitatus Bonifacius octauus in generali concilio apud lugdunum de æterna & à patre, & à filio, tanq̃ ab uno & eodem principio ſancti ſpiritus proceſſione (quod nunq̃ alias factitatum legitur) uoluit facere mentionem. Tunc enim id ſcrupuli mortalium mentes exagitabat, quod ut enodaretur, Sacroſancta conſtitutio illa inuulgata eſt, ut omni ex parte quantum fieri potuit, purus ille candor, & ſinceritas fidei ab omni ſorde ſeruaretur immunis.

IDIPSVM Gregorius nonus egit, dum errorem Abbatis Ioachim (qui ubi quaternarij cuiuſdam numeri in diuinis Petro Lombardo ſententiarum magiſtro errorem impinxerat, tres perſonas collectitio quodam numero unum eſſe arbitrabatur, ſacro approbante concilio eliminauit. Idq; in principio ſuarum conſtitutionum appoſuit. Quippe quum pontificij iuris intentio ſit mores hominũ iuxta catholicam pietatẽ ad ſuperna dirigere, neq; ſanè id fieri queat absq; rerum diuinarum eruditione, unde omnis recte uiuendi modus, tanq̃ à principio pẽdet, de his primũ, quæ mentem illuminant, & greſſus noſtros in beatitudinis uiam deducunt, agere operæpretium eſt.

QVID ergo mirum ſi in nouiſſimo lateranenſi Concilio de aïæ immortalitate conſtitutio facta ſit, quũ apud Clementem qntum

ſolum eam humani corporis intrinſecam formam eſſe legatur, idq́; non minus in dubium uerti contingeret, quod philoſophantium quidam cum intrinſeco corporis ab anima implemento ipſam illi eidem ſubiectam, atq; mortalem inſtituant. Non id prouenit ex euangelicæ lectionis neglectu, ſed ſtudio, obſeruātia pietate. Quod enim illa ſimplici quadam hinc inde ſparſa enarratione complectitur, hæc in unum collecta exponit, explicat, palamq; ab omnibus obſeruandum inſtituit. Credis ne ſolos pontificij iuriſperitos Romæ apud Lateranum celebrato concilio interfuiſſe, qui nunquam ſacros uiderint codices, qui diuinæ omnino ſapientiæ eſſent expertes? Qui quantum momenti immortalitas animorum extiterit, minime cogitarent? Si Theologus es, credas, etiam alibi poſſe Theologos reperiri. An bene Paulū apoſtolum imitaris, quem quotidie legis? Hic ſanè .i. ad Corinthios.cap.xv. ſcribens bonos mores, inquit, corrumpunt colloquia mala, & qui uitam ſibi undequaq; integerrimam pollicentur, dum alios carpunt, modeſtis ſatis, & temperatis uti debent ſermonibus, ne quum alijs legem, ac uitæ ſanctimoniam uelint indicere, ipſimet proculdubio reprobi efficiantur. An neſcis modū quēdam in caſtigationis officio eſſe, quem ſi quis præterire non timeat, facile temeritatis, & petulantiæ crimen incurrit. Non eſt uitio uitium expungendum ueluti ueneno uenenum, ſed optimo ac ſalutari (quantum fieri poteſt) uirtutis medicamine abijciendum. Parce lector, ſi ultra id, quod dicere inſtitueram, proueхor. Nam peracutus id Lutherij gladius efficit, quo ſanctiſſimū de animæ immortalitate ſtatutum percutere uidebatur.

EX DIVI HIERONYMI AD EVAGRIVM Epiſtola, ac Pauli ad Titum, & ad Philippenſes ſententia quo modo Epiſcopus ſit mero Sacerdote ſuperior. Cui concors ē Dionyſius, Auguſtinus, Euangelica interpretatio, Chriſti exemplū. Quo etiam pacto Lutherius ſibi ipſi contrarius ſit, et hæreticus conſpiciatur. Cap. XXV.

INcipit tandem poſt eam digreſſionē Lutherius Hieronymi in epiſtola ad Euagrium afferre ſententiam. Vbi aduerſus quoſdam, Diaconis præsbyteros ex eo præſtare commemorat, quod pſbyteri ueri epiſcopi ſunt nulla facta apud

primitiuam eccleſiam inter eos diſtinctione. Idipſum in expoſi-
tione epiſtolæ Pauli ad Titum aſſeuerat, & eiuſdem Pauli ad
Philippenſes ſententiam citat. Qua dicitur, Paulus, & Timo-
theus ſerui Ieſu Chriſti omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt
Philippis cum Epiſcopis & Diaconis gratia uobis & pax.
Quibus quidem in locis tam aperte locutus eſt, ut profecto mi-
rum ſit, ſi alterius ſententiæ fuiſſe credat. Affert etiam Petrum,
qui ſe in epiſtola alijs compræsbyterum uocat, Et Ioannem, qui
ſe item præsbyterum appellat, dum Caio chariſſimo, & electæ
dominæ cum filijs ſcribit. In apoſtolorum geſtis eundem Pau-
lum ad unius eccleſiæ ſacerdotes Epiſcopos uocatos alloquentem
adducit, quibus uniuerſi gregi, in quo ſanctus ſpiritus poſuit epi
ſcopos, ut uocarent indixerat. Demum anteq̃ in Dei eccleſia diſ
ſenſionum plantaria exorirentur, communi quadam omnium
gubernatione omnia decerni conſueuiſſe dicebat Hieronymus.
At orta fidelium ſeditione, quum alius Pauli, alius Petri, alius
unius, alius alterius ſe eſſe diceret, à quo baptiſmatis ſacramen-
tum ſuſceperat, ad unum ita omnem ſollicitudinem fuiſſe dela-
tam, ut Præsbyteris alijs præponeretur. Ac per hoc ſicuti ipſi idẽ
præsbyteri conſuetudine Eccleſiæ uni eis prępoſito ſciunt ſe eſſe
ſubiectos, ita etiam epiſcopi (inquit) nouerint, ſe magis conſuetu
dine, q̃ diſpoſitionis dominicæ ueritate præsbyteris eſſe maiores.
Id in decretis. xciij. cap. legimus. & xcy. cap. olim diſt. legitur.
Id ab omnibus approbatur, cur ergo ait Lutherius, meus error
eſt non alium re uera presbyterum, & alium epiſcopum dicere.
Quum potius Hieronymi error ille dici promereatur, qui tam
aſſeueranter, & toties idipſum affirmare uidetur. Quare ſi preſ
byter epiſcopo æqualis ſit, quanto magis epiſcopus epiſcopo non
erit ipſo iure ſuperior. Quo pacto igitur Petrus & Romanus
ipſe Pontifex ita alijs omnibus eminet, ut diuinitus tanq̃ Prin-
ceps Chriſtianæ reipub. habenas moderandas ſuſceperit.

VERE (Fateor) hanc non fuiſſe huius ſancti doctoris ſententi-
am, ut uerba ſonant, difficile eſt profiteri. Cuius etiam apud me,
& apud alium quenq; tanta eſſe debet authoritas ut niſi Dio-
nyſium Ariopagitam Pauli diſcipulum (qui ab incunabulis, ut
ita dicam, Eccleſiæ floruit) aliter ſentientem inſpicerem, & Hie-
ronymũ ita ſenſiſſe (ut paſſim fere ab omnibus creditur) & me
ab eo nõ diſſentire ingenue profiterer. At quum is eo libro, q de

Eccleſiaſtica Hierarchia cap.y.inſcribitur tres in ſacris eccleſiæ functionibus ordinum gradus, epiſcopatus.ſ.ſacerdotii, & Diaconatus enumeret (quorum quidem muneris ſit purgare, illuminare, perficere, purgari, illuminari, & pfici) in aliam prorſus ſententiam ire coactus ſum, & aliter q̃ ſonare prima facie uideantur, uerba Hieronymi interpretari. Non enim credendũ eſt tantos in chriſtiana familia uiros in tanti momenti re inuicem diſſenſiſſe.

ADDE, quid eſt, q̄ dum Diuus ipſe (cui ſanè multum afficior, debeoq;) Hieronymus eadem Epiſtola ad Euagrium & .xciiij. diſt. in decretis apponitur, inquit. Quid enim poteſt excepta ordinatione epiſcopus, quod agere nequeat præsbyter? Hæc ordinationis exceptio an tanti ſit, ut alium epiſcopum à præſbytero efficiat, necne, quæſo reſpondeat, qui contrarium ſentit. Si non alium, quomodo ergo ſunt officio diſpares? Cur etiam præsbyter ordinare non poteſt? Quippe uelut authoritate, & officio ſacri inſtituti ſunt ordines, ita etiam inuicem diſtingũtur, ut ſi unus, quod alius nequeat, operetur, undecunq; non ſit illi conſimilis. Alioqui ita ſacræ omnes actiones confuſæ eſſent, & munera, ut unus tantum in cunctis ordo eſſe facile diceretur. Quemadmodum etiam præsbyter ordinare ualeret. Si uero hæc ordinationis authoritas tanta ſit, ut alium epiſcopum, & alium ſacerdotem inſtituat. Aut ergo epiſcopus præsbytero eſt inferior, aut æqualis. inferior eſſe nõ poteſt, æqualis etiam minime, quum plus poſſit, q̃ ualeat p̄sbyter. Erit ergo propria authoritate ſuperior. Si conſuetudine ſolum reſpondeas epiſcopum ordinare, quod nequeat præsbyter, Ordinis collationem diuino iure inſtitutam nõ eſſe dicetur. Quod in catholica pietate fateri abſurdum eſt. Ipſe enim Dñs in cœna dum panis, & uini ſacrificium magnũ illud inſtituit, ſuiſq; diſcipulis id quotieſcunq; facerent, in ſui cõmemorationem facere indixit, eos ſacerdotij munere donauiſſe, aut donatos ſignificauiſſe cõpertum eſt. Si ẽt conſuetudine ſola ordo legitime cõferatur, non erit q̄dem incongruũ laicum ſimplicem, qui ſacris nullis fuerit inſtitutus, poſſe ordinem unicuiq; cõferre, quod dicere nefas eſt, & ab omni pietate penitus alienum. Conſuetudo enim uelut ſolam hominũ ex uſu inſtitutionem ſignificat, ita etiam nihil aliud habet, unde ſuum ipſa robur accipiat. Quum igitur ſacerdotalis ordinis ſit collator ep̄s, à quo quis

dem munere ſit ipſe ſacerdos ſimplex excluſus, neceſſe eſt, ut dica
mus dignitate, poteſtate, authoritate epiſcopum præsbytero eẽ
maiorem.

SI VERO Quod mihi in auribus perſonare ſentio, dicere-
tur, diſpar eſt omnino epiſcopus ſacerdoti. Sed i eum iuriſdictio-
nem tanq̃ in ſubditum exercere non poteſt (quod etiam Hierony
mus aſſerere uiſus eſt, dum dicit communi quodam omnium cõ
cilio ſolere prius q̃ extirpandorum ſciſmatum oblata eſſet occa-
ſio, chriſtianam familiam regi) obſtare non poteſt. Quippe or- A
dinis ipſa, & dignitatis diſparitas tam bene cum iuriſdictione
cõiungitur, ut ſi quis alterum ab altero ſeparare uoluerit, certe
nõ poſſit. Si etiã dignior, Si conferendi ordinis authoritate ma
ior Epiſcopus eſſe dicatur (quod certe longe maius eſt, q̃ habere
iuriſdictionis officium) quomodo ipſa iuriſdictione priuabitur?
Neq; ſanè uideo quo pacto præsbyter ſuper epiſcopum ita queat
inſtitui, ut illi merito & iubeat, & præponatur, à quo tantum
tamq; diuinum celebrandi ſacrificij munus obtinuit. Quod ta
men dari facile ſequeretur, ſi ſola hominum conſuetudine, nulla
alterius habita ratione unus ex ſacerdotibus alijs imperaret. Si
igitur aliud eſt, quod attendi, ac reſpici merito debeat, id planè
erit inſtitutio ipſa diuina, ipſum epiſcopi ſacramentum, authori
tas, dignitas, atq; poteſtas.

QVOD item ea ratione ſuadendum eſt, qua Chriſtus uiuorum
& mortuorum pontifex appellatus, non qua Deus, ſed qua hu
manis legibus detineretur, inquiri poteſt an ſuis (quos fouebat)
diſcipulis erat iuriſdictione par, uel potius impar? Enimuero
inde ea quæſtio ſatis oportune fieri poteſt, quod ex ipſis omnibus
conſtituebatur Eccleſia. Quis uero in tantam animi uecordiã
tendere auſus eſt, qui ſeruatorem noſtrum (ut homo) cæteris diſci
pulis iuriſdictione parem eſſe uoluerit? Quum itaq; ipſe nobis
euangelicæ tubæ teſtimonio apud Ioannem cap. xiij. exemplũ
dederit, ut quemadmodum fecerit, nos etiam faciamus, Reli-
quum eſſe uidetur, ut poſt ſe in Eccleſia idem regimen eandem
authoritatem, et poteſtatem apud unum aliquem eſſe uoluerit,
qui ſui ipſius ueſtigia imitaretur.

RECENſeamus item (ſi placet) ipſius eiuſdem Hieronymi uer-
ba, quæ in Pauli ad Titum epiſtola poſuit, ut clare quiſq; quid
uelit, intelligat. Ait enim quemadmodum præsbyteri ſciunt ex
conſuetudine

conſuetudine epiſcopis ſe eſſe ſubiectos, ita etiam epiſcopi nouerint ex conſuetudine magis, q̃ dominicæ diſpenſationis ueritate ſe præsbyteris eſſe maiores, & in communi Eccleſiam regere, Moſem imitantes. Qui quum haberet in poteſtate ſolus præeſſe populo Iſrael, ſeptuaginta elegit, cum quibus populum iudicaret. Vult igitur epiſcopos Moſem imitari Hieronymus, ut quemadmodum ipſe licet authoritatem regendi populi Iſrael, ſolus à domino obtinuiſſet, & nihilominus ſeptuaginta alios ꝑ eo exercendo munere ſibi in conſortium adhibuiſſet, ita etiam epiſcopus, quamuis dignior, & maior ſit ipſo iure presbyteris, ſibi tamen in Commune collegium illos adhibeat, ut prophetam Moſem imitetur.

CERTVM eſt ſi Moſis ad epiſcopum quadrari comparatio debeat (ut opus eſt, eo ꝙ ipſe idem in lege ueteri nouæ profeſſionis epiſcopum, & gubernatorem figurat) profecto ſic allata Hieronymi interpretatio accipienda eſt, ut eandem in Eccleſia Pontifex authoritatem habuiſſe, eundemq; gubernationis modum in Chriſtiana Republica inſtitutum fuiſſe intelligamus, quem in Iſraelitico populo habuerat Moſes.

DICAMVS ITAq; ex Hieronymi ſententia duo quidem haberi poſſe. Primum antiquitus inter præsbyteri & epiſcopi nomina nullum fuiſſe diſcrimen. Ille enim, qui erat epiſcopus, præsbyter etiam appellabatur. Deinde non eam unius in uno principe conſtitutam apparuiſſe totius Eccleſiæ gubernationem, quæ ex ſciſmatum, & diſſenſionum origine mox cunctis apparuit, eo ꝙ honeſtius pro tempore, & maiori cum omnium æquabilitate in communi omnia tractabantur, q̃ ſi ſolus quiſpiam in quacunq; Eccleſia præpoſitus illam regere uoluiſſet. Ex conſuetudine igitur potius epiſcopo ſubiectus factus eſt presbyter, q̃ diſpenſationis domininicæ ueritate, ideſt ex conſuetudine potius epiſcopi in præsbyterum iurisdictionis exercitium (quia illi præponeretur) apparuit, q̃ ex diſpenſatione dominicæ ueritatis. Licet enim dominus eam iurisdictionem Petro, & alijs conſequenter Apoſtolis ſuper alios ſacerdotes uiſus fuerit tradidiſſe, quum tamen abſolute illa exercitata non ſit, niſi poſtq̃ in Eccleſia Dei orta ſunt ſciſmata, hinc eſt, ꝙ illius uſus ante illud tempus minime apparuit, & cõmuni omnium collegio omnia decernebantur. Diſpenſauit omnino Dominus & Petrum, & epiſcopos alios poſſe abſoluta in

ſacerdotes poteſtate, & imperio uti. Quod illis quidem tradiderat. Sed quum maioris honeſtatis, & æquabilitatis cauſa pro eo tempore, Communi omnium conſortio quæ agenda eſſent decernerentur, nec nominis inter eos diſtinctio haberetur, iuriſdictionis unius ſuper alios uſus ex diſpenſatione illa non ſatis apparuit. Quod item diuitiarum, & honoris differentia ſolum epiſcopum à præsbytero diſtingui faciat à Lutherio aſſeratur, id per accidens & ex conſequenti, non per ſe, & principali propoſito fieri intelligendum monemus. In hunc modum Hieronymus exponendus eſt, quicquid dixerint alij, ut diuo Dionyſio conſors factus, pro tertio in hanc quoq; ſententiam ueniens diuus Auguſtinus ſuſcipiatur. Qui ſanè homines tanq̃ tria fidei numina ab omnibus merito habendi ſunt, ſummisq; honoribus cælebrandi. Hic enim eo, qui de hæreſibus inſcriptus eſt, Libro ait, eam Arrij præsbyteri hæreſim extitiſſe, quum epiſcopatum, quem maxime ambiebat, aſſequi non potuiſſet, uolens quidem ſuaſionibus ſuis oſtendere inter epiſcopum, & ſimplicem ſacerdotem, nullum eſſe diſcrimen. Si hæreſis igitur hæc eſt (ut Auguſtino fides adhibeatur). Quomodo Hieronymo tantum ab hæreſi, quantum à Brutis, & Longius alieno illam uellemus imponere? Si ita ſenſerit, ut prima uerborum eius facies oſtendere uiſa eſt, nulla, ſcilicet authoritatis differentia, ſed ſola conſuetudine epiſcopum à præsbytero diſſentire.

HVIVS ETIAM *ſententiæ fidem facit, quod poſt duodecim Apoſtolorum delectum numerum, ut Matheus habet. x. cap. Lucas in ſuo Euangelio inquit, & deſignauit Dominus alios ſeptuaginta duos. Vbi ordinaria gloſatoris interpretatio habet. Quemadmodum in duodecim Apoſtolis epiſcoporum forma tradita eſt, ita in ſeptuaginta duobus diſcipulis aliorum ſacerdotum inſtitutio à Domino facta eſſe dignoſcitur.*

HABES ITA *q; quid Hieronymo, quid Paulo, quid Petro Ioanni, Lucæ allatis pro oppoſita ſententia authoribus reſpondendum ſit. Qui planè unanimes ſi ueritati conſentiant, aliter q̃ eos interpretati ſumus ab alio intelligi nequeunt, excepto Lutherio (ſi Auguſtino, quem ipſe maxime profitetur, credendum ſit) hac potiſſimum cauſa Arrianæ familiæ defenſore.*

NON CESSAT *deinde noſter iſte Lutherius Hieronymi uerbis alias decretorum authoritates intexere, quibus dicitur epiſco-*

pum quocunq; loco ſederit non debere pati ſtare præsbyterum, Nec non ſi in Eccleſia in ſublimiori ſede ſit conſtitutus epiſcopus dum ſe domum recipit, aliorum ſacerdotum collegam ſe debere cognoſcere. Id Carthaginenſis.IIII.Synodus ſtatuit, quæ hæretica prorſus ex Lutherij ſententia eſſe conuincitur, ſi hæreticum illud ſit, quod obſeruari iubet, ut.ſ.nulla inter epiſcopum & præsbyterum uera diſtinctio reperiatur.

POTERAT PRO fecto, & Papyro, & atramento, & ſcriptioni malus iſte uir parcere, ne his, quæ dixerat, nouas iſtas nugas adiungeret. Non ne percipis quid hæc decreta ſonent, ò fatue? Non ne uides epiſcopos iuberi, ut honore, charitate præsbyteros, non tanquàm ſubditos, ſed tanquàm fratres & filios amplectantur? Collega domi præsbyter eſſe debet epiſcopo, quoniã quæ ſunt epiſcopi domi exerceri non ſolent. Atq; ideo tanquàm pares admittendi, honorãdiq; eſſe uidentur. At in Eccleſia, ubi epiſcopi authoritas uiget, ac omnibus palam oſtenditur, operæpretium eſt, ut alijs ſacerdotibus præponatur. Quid hæreticam ſynodum, aut decreta tam facile enuntias? Quæ non intelligis ipſe, uel negligis, ut non ad ſobrietatem, ſed plus q̃ oportet, ſapere uidearis.

ID ETIAM, quod tanquàm optimam concluſionem, Inde Lutherius infert, aduertat, ne ſuijpſius neſcius, quum ſuper aera uolitare crediderit, concidat in profundum. Ait enim quum ex uſu tantummodo appareat epiſcopum præsbyteris eſſe ſuperiorem, ſi principatus Romani Pontificis uergere incipiat in detrimentum, omnino tollendus eſt, quoniam humana iura, & conſuetudines pro Eccleſia debent, non aduerſus Eccleſiam militare. Quod ſi non fiat, hominum traditio irrita facit mandata Dei. Quare uide q̃ tenui filo pendeat Romanorum adulatorum Tyrannis. Quæ ſeſe authoritate diuina conata ſtabilire, Se ipſam penitus ea ratione ſubuertit. Hæc modeſtiſſimus Lutherius modeſtiſſime loquitur.

TVI NE OBLITus es calumniator magnifice, Si uera hæc ſunt, quæ modo tanq̃ coronidem decretorum dictis imponis. Quo pacto, quæ à principio dixeras, Pontificiam ſcilicet monarchiam, q̃m diuina uoluntate ad eum usq; authoritatis gradum increuerit, tolerandam eſſe ſeruabis? Vbi etiam ſi in detrimen/

tum, & perſecutionem Eccleſiæ tendere uideretur, quoniam om/nis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubiecta ſit, & omnis pote/ſtas à Deo eſt authore Paulo ad Romanos, æquo animo feren/dam aſtruis. Et aduerſario conſentire cogitur, qui nos angaria uerit ex ſeruatoris ſententia. Et in prouerbijs nunquid reſiſtendũ eſt flagello Dei, legitur. Et Petrus inquit, ſubditi ſimus uniuerſæ creaturæ, quia ſic eſt uoluntas Dei. Quibus etiam Cyprianum annumeras, & populi conſenſum affers, cui non reſiſtendum eſſe confirmas. Quo igitur modo ſi militabant hæc omnia, ut Ro/manus iſte Principatus non ex ſcripturis, non ex ſacris inſtitutio/nibus, ſed quia ſola Dei uoluntate, & hominum conſenſu uires & incrementum obtinuit, defenderetur, nunc etiam militare nõ debent? quando ſi in detrimentum Eccleſiæ tendere inciperet, ip ſum omnino de medio tollendum eſſe pronuncias? Dicerem ſanè tuis illis prioribus rationibus (quas firmamenta appellare auſus es) etiam ſi in detrimentum Eccleſiæ uergere inciperet, Quia ſic Dei uolntate ſtatutus eſt, & ad eiuſcemodi authoritatis culmen deuenit, non eſſe noſtrum ipſum de medio tollere, ſed illi cedere, & tolerare ipſum, aut tanq̃ flagellum populi, aut tanq̃ ſuperio rem, à Deo nobis traditam poteſtatem, ſicut enim non licet no/bis authoritate noſtra illi reſiſtere, ita etiam, Immo multo mi/nus licebit illum ipſum penitus auferre. Longe planè maius, & difficilius eſt quicquàm de medio tollere, q̃ ab eo diſcedere, id .n. authoritatis, & uirium eſt, hoc perturbationis, & fugæ. Remi/niſcatur ergo Lutherius non ſolum aliorum, q pro ueritate locu/ti ſunt, quos Romanos adulatores appellat, ſed etiam ſuipſius ne ſcium eſſe. Qui (uelut meminit. xxxij. cap. Eſaias) ſui immemor factus more fatui à fatua locutione ſe abſtinere non poteſt.

VIS VIDERE Lector chariſſime quantum iſte homo deli/ret, lege quod ſequitur. Poſtquàm enim Pontificis ſummi de me/dio tollendam (ſi in detrimentum Eccleſiæ uergeret) ditionem ſuaſit, ſtatim Cypriani allatam ab Auguſtino ſententiam in li/bro de baptiſmate adducit, qua epiſcopum unum ab alio cogi, aut iudicari non poſſe commemorat. Quum ſané inquit pro li/centia libertatis, poteſtatisq; ſuæ epiſcoporum quisq; arbitrium proprium habeat, quo ab alio iudicari non poſſit, quomodo nec ipſe alterum poteſt iudicare. Sed expectandum eſt uniuerſale iu/

dicium Domini noſtri Ieſu Chriſti. Hæc Cypriani uerba ſi probant, tibiq; faciunt fidem, quomodo Romanus principatus ab hominibus debet auferri, qui Deo permittente, uel efficaci ſuæ uoluntatis indicio demonſtrante, ad tantæ poteſtatis faſtigium potuit peruenire? Si in uno quoq; cogendo ad obedientiam, aut corrigendo, nedum deponendo epiſcopo dei iudicium expectandum ſtatuis? Quod nam maius eſt quæſo reſpondeas, an audere Pontificem, non dicam Romanum, ſed eius tam amplam tam ꝓfundam, ac tanto tempore obſeruatam authoritatem delere, uel potius unius dici, & ferè ignotum epiſcopum non dicam deponere, ſed cogere, corrigere, iudicare. Es ne tam ementiti iudicij, tam fallacis aut rudis ingenij, ut hoc maius illo eſſe reſpondeas? Si minus ergo eſt, neq; ex Cypriani ſententia licet, ſed expectandum eſt Dei iudicium, quomodo noſtra erit in poteſtate longe maius abſumere? Nonne uides? tua tibi ſunt arma contraria, & tam breui temporis ſpacio, Immo uno, & eodem ſcribendi tenore idem aſſeris, & infringis. Sic ei euenire ſolet, qui ſuos nimium iactat affectus, ac imprudenter in ea, quæcunq; in buccam uenerint, abſq; ulla conſideratione prorumpit.

NON eſt ergo credendũ ita Cyprianum uirum quidem iuſtiſſimũ eum habuiſſe ſermonem, ut quocunq; modo erraret epiſcopus ab alio cui legitime ſubiectus ſit, iudicari non poſſit. Nanq; ſi hæreticus eſſet, nonne ueniet deponendus? An expectabitur ea in re Domini noſtri Ieſu Chriſti iudicium? nequaquam. Nam & ipſe Cyprianus primo libro Epiſtolarum .IIII. Epiſto. Baſilidem & Martialem ob idolatriam epiſcopatibus fuiſſe priuatos, neq; ullo pacto etiam ſi pænitentiam duxerint, ad dignitatem priſtinam reſtituendos aſſeruit. Quibuſdam igitur caſibus, & quidem parui momenti (ut reor) de epiſcopis Deo uoluit eſſe relinquendum iudicium, præſertim ubi ambigua, & anceps hominum ſententia reperitur. At ubi maximus (uelut hæreſis, aut quis ei conſimilis inuentus eſt error, ubi etiam clara & aperta fuerit ipſius erroris conditio, nolebat Cyprianus eſſe iudicium differendum. Atq; ideo recte quidem ait. Neq; quiſquam noſtrum epiſcopum ſe eſſe epiſcoporum conſtituit, aut Tyrannico terrore collegas ſuos ad obſequendi neceſſitatem induxit, ideſt nullus quidem epiſcopus ſe alijs ita ſuperiorem inſtituit, aut facere debet, ut tanquam Tyrannus quidam quacunq;

in re illos ad ſui obſequium trahat, & iudicet. Quoniam quiſq; ita ſui iuris eſſe uidetur, ut non in omnibus, ſed in quibusdam certe negocijs, ab alijs debeat iudicari. Nanq; uelut de minimis (ut à iuriſperitis aſſeritur) ut non curat prætor, ita etiam de occultis, ſeu ambiguis Deo *optimo maximo iudicium eſt relinquendum. Scriptum eſt enim.* XVIII. *Pſalmo delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo.*

S I ITA SEN*ſerit Afer hic noſter beatiſſimus Cyprianus, nobis aduerſari non poteſt. Sin uero alterius ſententiæ (quod nõ arbitror) fuiſſe uideatur, ut interpretationem aliam ſermo eius nimime patiatur, utiq; non ueniet admittendus.* Non *enim in omnibus eſt ei præſtanda fides, quum a fide lapſis, & redeuntibus ſacri Lauacri beneficium impertiendum eſſe uoluerit.* Quod *ab uniuerſo cætu fidelium reprobatur.*

C VR VERO *Auguſtinus dum eum in Libro de baptiſmate citat, non arguit, eſt quoniam ad bonum, ſanumq; ſenſum illius uerba recepit.*

N EQVE INFI*cior ego priſcam apud maiores noſtros fuiſſe conſuetudinem eligendi epiſcopos coram acclamante plebe, & populo, ut.* IIII. *Primi Libri epiſtola meminit* Cyprianus. *Qui in numeris Moſis à Domino inſtituendi Eleazaris ſummi ſacerdotis in locum* Aaron. *Qui protinus uita functurus erat, præceptum adducit. Quo coram Iſraelitico populo exuto* Aaron *Eleazarum eius filium ſtola indueret iubebatur.* Atq; *ideo perſuaſum habet, ut nos eo exemplo ducti idipſum in epiſcoporum electione agere debeamus,* Quod *etiam in ſurrogatione Mathiæ Apoſtoli loco Iudæ Petrus in medio fratrum exurgens, ac in diaconorum electione, ubi erat omnis turba, obſeruans optime confirmauit, ut in Apoſtolorum geſtis.*I.*cap. apparet.*

V ERVM *(ut toties retuli) mos ille nihil authoritati Pontificiæ detrahit.* Honeſtatis *etenim cuiusdam gratia (ut eo tempore uidebatur) id fieri conſueuit, ut illi, qui quotidie ſuum debebant in actionibus experiri paſtorẽ, dum eligeretur, quiſnam & qualis eſſet, aperte cognoſcerent, cui poſtmodum facilius, atq; libentius obtemperarent.* Non *quòd ea, ut ſummo* Pontifici *detracta, aut imminuta fuiſſe intelligatur eligendi authoritas, populo, aut alteri ita conceſſa ſit. Sic Petrus agere conſueuit.* Sic Pius *ſeruator omnium noſter Chriſtus Ieſus. Sic etiam tempe*

ſtate noſtra non coram populo, ſed in ſacroſancto ſenatu de con/ſilio fratrum Pontifex ipſe ſummus epiſcopos creat, inſtituit, con firmat, non quod alioqui fieri certe non poſſit, ſed honeſtatis cu/iuſdam, & maioris humanitatis de cauſa. Poſſet enim & re ip/ſa iam poteſt ad libitum quoſcunq;, & quandocunq; epiſcopos ſolus eligere, ea quidem amplitudine poteſtatis, quam Dominus Petro, & ſucceſſoribus ſuo iure conceſſit.

EX GREGORII IN REGISTRO SENTEN tijs pluribus oecumenicum Romani Ponti. Principatum oſtendi, neq; ſoli Petro, ſed ſucceſſoribus etiam fuiſſe traditam à Domino ptātē, & quomodo hæreticum ſe Lutherius facit. Cap. XXVI.

Qvid deinde Gregorij in regiſtro Libro quarto epiſtola. XXXII. ad Mauritium Auguſtum de Ioanne con/ſtantinopolitano, qui ſe Patriarcham oecumenicum appellari uoluerat, ſententiam, qua id abhorrere plurimum ui detur, Lutherius affert, Quum ſupra quid ipſe palam uoluerit, ſatis explicatum ſit? Verum adduxerit, libenter denuo inſpicie/mus, ut quid ſanctus iſte uir uoluerit, explanatius habeatur. Quippe, quæ ſemel placent, ſi ſæpenumero in medium afferan/tur, magis certe placere ſolent.

CVRA INQVIT, totius Eccleſiæ, & principatus Petro committitur, & tamen uniuerſalis Apoſtolus non uocatur. Et uir ſanctiſſimus conſacerdos meus conatur uniuerſalis epiſcopus appellari. Exclamare compellor, ò, tempora, ò, mores, Et in/fra. Si nomen illud in Eccleſia uſurpatur, ipſa eadem Eccle/ſia corruit, &c.

QVID INDE niſi quod noſtræ commemorationi conſentiat accipiendum? Non ne uides uigilantiſſimum uirum Gregorium totius Eccleſiæ curam, & Principatum ſe credere, & affirmare fuiſſe Petro commiſſum? Vides, quoniam idipſum ipſe comme/moras. Nomen ergo communis Principis, aut uniuerſalis Apoſtoli, quod Petro adimitur ab alijs uſurpandum minime uo luit. Deteſtatur in Petro nomen, non poteſtatem. Sciebat enim eam à Domino illi uniuerſalem, & abſolutam fuiſſe conceſſam, modeſtiæ tamen, humanitatis, & conſenſionis maioris de cau/ſa, neq; nomen uniuerſalis paſtoris Petrum aſſequi uoluiſſe, neq;

unquàm abſq; fratrum collegio illam exercuiſſe. Nanq; periculoſum nimis, & diſcordiæ ſeminarium nomen illud eſſe uidebatur, q̄ ſi quis uniuerſalis epiſcopus appellaretur, putarent alij, nullam ſibi authoritatem in epiſcopatu relinqui. Hac etiam cauſa oblatum à Calcedonēſi Synodo id nomen magno cum animo Gregorius renuit, ſeq; deinceps humilitatis gratia ſeruum ſeruorum Dei uoluit appellari.

ID IPSVM .XXXVI. Epiſtola ad Eulogium, & Anaſtaſium epiſcopos aſtipulatur, dum prophanum illud uniuerſalis paſtoris, aut Patriarchæ nomen appellat, & Ioannem Conſtantinopolitanum quem Luciferum uocitauit, per elationem fauſti ſermonis, quod Chriſti erat, qui caput Eccleſiæ eſt, illud ſibi aſciſcentem uituperat.

EADEM PENITus ratione. XXXVIII. Epiſto. Pauli ſententiam magnificat. Qui quum alium ſe Apollinis alium Pauli, alium Petri eſſe profitentem conſpiceret, dixit, nunquid Paulus pro uobis crucifixus eſt, aut in Pauli nomine baptizati eſtis primæ ad Corinthios cap. i. &c. Vbi etiam Petrum, Paulum, Andream, & alios Eccleſiæ membra commemorat.

VNDE LICET unum caput Eccleſiæ Chriſtus ſit, tamen adminiſtratorem ſui in regimine ſimulem Petrum reliquit in terris. Qui Petrus, ò, Gregori, ſi totam ſibi curam Eccleſiæ datam ſuſcepit, Quomodo Eccleſiæ membrum? non quidem, ut alij, ſed ut Publicus, & œcumenicus Chriſtianæ Reipublicæ gubernator. Alio igitur modo membrum, & alio modo caput. Membrum ut Chriſto, cuius eſt uicarius, comparatur. Quoniam unà cum alijs omnibus illius principatui ſubiacet. Caput autem dicitur Petrus, quatenus totius dominici gregis curam, & adminiſtrationem ſuſcepit.

QVID ergo credis per ea Gregorij uerba Petrum totius Eccleſiæ gubernatorem à Domino inſtitutum fuiſſe, & illius ſucceſſores minime, ſed omnes æquales in authoritate, in ſuis ſcilicet dioceſibus conſtitutos? Illud ſanè ſanctus dei uir Gregorius atteſtatur, hoc autem nemo, ne oculatiſſimus quidem poterit intueri, unde ex uerbis eius emungat.

QVOD etiam ipſa ratio docet, quam enim prærogatiuam debuit habere Petrus, quam ſucceſſores in regendo populum non fuerint aſſecuti? Mihi ſanctitatem, & uitæ innocentiam ſtatim

obijcies. At quum & ipſe non Deus, ſed homo fuerit, & totius humani generis gubernator, per eum non dediſſet nobis Dominus unam regendi formam, ſed plures, ita, ut quis nam melior eſſet gubernandi modus, prorſus lateret, & incertam reliquiſſet nobis noſtræ huius Reipublicæ formam in terris. Quod quidem ſatis abſurdum eſt, & uſq; adeo in chriſtiana profeſſione monſtroſum, ut neſcio quis ſanæ mentis id unq̃ excogitare potuerit.

ADDE ſi ſanctitas ratio eſt, cur Eccleſiaſticæ ditionis amplitudo Petro conceſſa fuiſſet, quum quis ei ſimilis, quandoq; reperiretur in terris (nanq; id facile ex diuina diſpenſatione poſſet occurrere) ille ipſe cammet regendi ſummam, aut ſibi iure legitimo uendicaret, aut ſi in alicuius loci Pontificem eligeretur, ſummus etiam protinus euaſiſſet.

INDE quoq; aliud non minus abſurdi habet, quod admittat hæc Lutherij phantaſia. Quanto quis ſanctitate, & innocẽtia uitæ proficeret, tanto maiorem poteſtatem in Dei Eccleſia aſſequeretur, & breuiter error Valdenſium eſt aſſerere in uitæ ſanctimonia authoritatem pontificiam collocari.

EX EVANGELISTARVM Sententijs, quibus nullũ inter apoſtolos maiorẽ Dominus ſtatuiſſe legitur, principatum non tolli. Cap. XXVII.

NOn contentus ſuis adhuc trophæis Lutherius, Domini exemplis, & uocibus armatur in hoſtem. Lucæ.n.xxij. Cap. Quod ſupra etiam in hoc propoſitum pro ueritate expoſuimus, habetur. Facta eſt contentio inter diſcipulos, quiſnam eorum maior eſſe uideretur &c. Vbi dicit Dominus. Reges gentium dominantur, & qui poteſtatem habent, benefici appellati ſunt. Veſtrum autem ſi quis maior eſſe uoluerit, ſicut minor efficietur. Nam qui recumbit utiq; maior eſt, quàm qui alijs miniſtrare conſpicitur. Ego autem in medio ueſtrum ſum, ut miniſter. Ex his uideas quõ inferat homo iſte diſcipulorum neminẽ alijs poteſtatem habere maiorem.

NANq; rogo ipſum ueniat, & mihi reſpondeat. Vere ne miniſter Chriſtus fuit inter diſcipulos, atq; ideo minor, aut quomodo? Si uere miniſter fuit, & uere minor, quo pacto igitur Dominus, quo pacto Deus, quo pacto (ut inquit .ix. ſui uaticinij ca.

Eſayas) admirabilis, conſiliarius futuri ſæculi pater princeps pa/ cis? Si uero non ita minor alijs aſſeratur, ut poteſtate ſit illis infe rior, ſed humanitate, modeſtia, ſinceritate animi ſic ſuam au/ thoritatem cognoſcat, ut omnem ambitum, omnem elationem, inanemq; auram fugiat (quemadmodum minor alijs eſſe dice/ tur) tum certe ita minor habebitur, ut non ſolum poteſtate, ſed et uirtute ſit maior, & ſuperior alijs.

HANC *animi æqualitatem, qua ſe putarent eſſe maiores, ac om nem elationem aufugerēt, diſcipulis Dominus imitandam ſua/ ſit.* Non *ꝙ unus alio uere maioris poteſtatis non fuerit, ſed ꝙ nō eam, qua gentium* Reges *uti conſueuerunt in* populos, *ſe* habe/ re *pernoſcerent.* Illa *enim tyrannica, tumida, uiolenta eſt.* H*æc uero iuſta, æquabilis, grata omnibus exhibetur.*

NON *adimitur ergo eo uerborum tenore poteſtas* Apoſtolis, *qa ſibiipſi illam Chriſtus non adimit.* Sed *tumida* Ethnicorū Re/ *gum elatio, ſed ambitus, ſed tyrannis.* Clarus *eſt* Lucas, & Lu/ *therius cæcus.*

PETRI *deinde diſcipulus* Marcus *cap.iiij.adducitur, qui me lius* pro honore Lutherij *omitteretur, quum idipſum quod* Lu/ *cas, & apertius utiq; fateatur, dum de filijs zebedei, quorum al/ ter à deſtris, alter à ſiniſtris collocari uolebant, Domini ſermonē* denunciat, *quo calicem quem ipſe bibiturus erat, poſſent ne bibe re interrogauit, ut ambitioſam nimium eorum petitionem oſten deret, pariter & reprobaret, infra, idem ethnicorum regum po/ teſtatem aufugiendam aſſeuerat, & ſuiipſius miniſteriū, & hu/ militatem* Apoſtolis *imitandam ſuadet.* non *eget interpretatio ne* Marcus. Idem *ſentit quod* Lucas.

QVID *eiuſdem igitur* Marci.ix.cap.*ſententia recenſetur?* Vbi *ſi quis ueſtrum (dicitur, uult primus eſſe, fiet poſtremus. & acce pto puero, inquit* Dominus. *quiſquis unum ex his receperit in meo nomine, me recipiet.*

QVID *ſimiliter lucæ.ix.cap.cōmemoratur?* Vbi *pueri quoq; ac ceptio ſcribitur, &* Mathei.xyiij.*cap.illud idem una cum pue/ ruli exemplo repetitur.* Vbi *quicunq; humiliauerit ſe ſicut par/ uulus iſte (dicit* Dñs) *hic maior futurus eſt in regno cælorum.*

VNA Enim, & eadem *ratione ijs in locis ſæpenumero humi/ litas cōmendatur, elatio tollitur, ambitus uituperatur, Tyrānis, & uiolenta ditio prorſus abijcitur.* Non *poteſtas, non iuſtum uni*

us capitis regimen, non optima chriſtianæ Reipubli. guberna-
tio: Quam ipſe minor alijs prior exercuit Dominus, & Petro
exercendam poſtea tradidit, maximoq; impendio cõmendauit.

QVOMODO coapoſtolus dictus eſt Petrus. Anq; de ijs, quæ
ad Iudeorum cerimonias pertinerent, ipſe, aut Iacobus ſenten
tiam in concilio tulerit, curq; loco Iudæ non elegerit ſolus ipſe
Mathiam. Cap. XXXVIII.

EX hyſtorijs & rationibus idipſum nititur Lutherius cõ
probare, Primumq; ex Apoſtolorũ geſtis, Petrum cæte-
ris coapoſtolum quemadmodum ſeipſum uocat oñdit.
Cuius ẽt ſermo de cerimonijs à Iacobo. xv. cap. ꝑ ſñiam cõfirma
tus accipitur. Item nullum ex apoſtolis ordinauit Petrus, Ma-
thiam nec ipſe ſolus, aut una cum alijs auſus eſt in apoſtolum
eligere. Sed ſorte miſſa electum à domino ſuſceperunt.

PRIMA hæc ratio nulla eſt. Nã æqualis, & coapoſtolus alijs
dictus eſt Petrus, quia in partem ſollicitudinis, ita circũciſionis,
quemadmodũ Paulus gentium appellatus, prædicandi, & con
uertendi officio nõ erat ſuperior alijs, ſed iuriſdictione dũtaxat.
Qua ſi uoluiſſet illis imperare, utiq; potuiſſet. Sunt deinde qui
dicunt Iacobi fuiſſe officium, quæſtionẽ de cerimonijs non obſer-
uandis à Petro Propoſitã in concilio per ſñiam definire, Q m̃
illius loci erat eps, Non tñ inde deduci poſſe eandem Petrũ fer-
re nõ potuiſſe, uerũ ꝑmiſiſſe Iacobo, ut quod ſuum potius eẽ ui-
debat, executioni mandaret. At qui nolunt hac in re, quæ ma-
gni planè momenti erat, alium q̃ Petrum, ad cuius iudiciũ ma-
iores cauſæ ꝑtinerent, eã ſñiam tradidiſſe, eiuſdem authorẽ illũ,
non Iacobũ aſſeuerant. Qui ueluti ꝓco quidam ſermonis, deci-
ſionisq; Petri, non cõfirmator, ſed potius ꝓmulgator ſit habitus.
Quouis modo qs dixerit, non errare uidetur. Errat tñ Lutheri-
us, qui res nouas, & inexcogitatas in medium affert. Et magis
errat quoniam eſt noxius ueritati.

NON ordinauit alios Petrus. ordinauit forſitan, ſed minime le-
gitur. Eſto. non ordinauit. Quid tum? non ergo ſuperior. nulla
ratio eſt. potuit. Sed non fecit. Ex defectu ſanè actionis non tol-
litur agendi poteſtas. Mathiam ipſe ſolus eligere noluit maioris

modeſtiæ cauſa, & quoniam cæteri apoſtoli eſſent à Domino pro-xime inſtituti, eidem eam relinquendam eſſe curam putauit, ut loco Iudæ, qui eum tradiderat, alium ſurrogaret. Non eſt hoc Petri authoritatem infringere, ſed pietatem, modeſtiam, confidentiam augere. Ad unum allata ſententia eſt, & alio tendit.

QVOMODO SI *Pauli in Petri faciem facta reprehēſio uera ſit, multo magis ob eandem cauſam reprehendendus eſt Paulus & quo pacto non uera, ſed diſpenſatoria (iuxta* Hieron. *ſententiam) illa Pauli reprehenſio fuit. uel ſi uera (ut* Auguſtinus *ſentit). Quomodo excuſandus eſt Paulus. & demum qualiſcunq; fuerit illa, non ſequi propterea, Petrum Paulo non eſſe maiorem.* Cap. XXIX.

Eandem ex Paulo ad Galatas. cap. ij. accipitur ratio. Qua ſe dicebat (poſtq̄ exactis annis quattuordecim diuino quodam afflatu hieroſolimam, ubi iam fuerat, ad conferendum cum cæteris Apoſtolis quod prædicauerat Euangelium, rediiſſet, ubi Titus, qui gentilis erat, quem ſecum duxerat, minime coactus eſt ab apoſtolis circunciſionis ritum ſubire, ubi etiam Euangelij approbationem accepit datis à Iacobo, Petro, & Ioanne, qui columnæ eccleſiæ uidebantur, dexteris ſocietatis) Antiochiam deniq; perueniſſe. Quā poſtea quum Petrus appetiiſſet, ei in faciem reſtitit, quoniam reprehenſione dignus uidebatur, ob id, q̄ antequam à Iacobo ad eum uenirent iudei, cum gentibus edens, bibens conuerſabatur. Poſtq̄ ueniſſent ab eis ſe ſubtrahere uiſus eſt, ne iudeis haberetur infenſus, & unà cum alijs Barnabam ſecum in eam quodammodo ſimulatiōem duxiſſe. Ad quem Paulus in hæc uerba prorupit, Iudeus ipſe quum ſis, ſi etnichorum more agere uitam conſpiceris, cur ē, q̄ uenientibus à hieroſolyma Iudeis te à gentibus ſubtrahis, ut illæ ipſæ gentes in iudeorum obſeruationem ire cogantur?

EX *Hoc capite* Lutherius *ſe habere dicit non ſolum* Romanum *Pontificem poſſe reprehendi, ſed etiam cuiuſcunq; melius ſentientis iudicio ſubijci, deq; ſuis rationibus debere alteri reddere rationem, errare interdum, ac erroris notam accipere. & ſe id accepiſſe quodammodo gloriatur.*

MIROR *ego iſtum hominem, qui Hieronymum imitari ſolet*

hac in re aut illum non uiderit, aut non imitari uoluerit, qui eam Pauli repræhenſionem uituperat in expoſitione epiſtolæ ad Calathas, & in epiſtola ad Auguſtinum, ea quidem ratione, qua ſi uera illa repræhenſio eſt, cur Apoſtolus ipſe Paulus perambulans ſyriam, & ciliciam, ac confirmans eccleſias, & deniq; ueniens derbem, & liſtram, Timotheum, qui interpratatur beneficus, filium uiduæ, circumcidit? ut ex apoſtolorum geſtis. xyi. cap. apparet. Nam à culpa, quam in alium reijcit, ſe primum expurgare debuerat, cui etiam eamet reſponſio debebatur. Si. n. Thimotheus circumciſus eſt, non q̃ id neceſſarium quidem fuerit pro illius ſalute, ſed ne iudei, qui aderant, perturbarentur, ita etiam Petrus Paulo reſponderet, ſe id iudeorum cauſa fecaſſe, ne ab ipſo diſcederent. Quod ſuperſtitioſi ſanè, & in ſuis cerimoniis pertinaces admodum uiderentur. Rurſus idem Paulus ſi uere Petrum arguere eſt auſus, cur ſyriam denuo adnauigans una cum priſcilla, & Aquila, inde ad corinthij locum (qui cenchris uocatur) peruenit, ac nazareorum more ſibi caput totondit? ut ex. xyiij. cap. libri de Apoſtolorum geſtis accipitur, cui denuo eamet obijciendа eſt quæſtio, quam ipſe Petro obiecerat. Totondiſti tibi caput, ubi Cenchrim admoneris Paule, ut Nazareus uidereris, quum tamen Chriſti Seruatoris profeſſionem publice p̃dicares, quid rei huius in cauſa fuit, niſi, ut complaceres iudeis? Quod ſi eadem ratione à gentibus ſe Petrus ſubtraxit, cur illũ arguis, repræhendis, impugnas? Neq; his ſolum huiuſcemodi antiquæ legis obſeruationes, legitur Paulum executioni mandaſſe. Nanq; tertio quum à Mileto per Rhodum, Cyprum, Cæſaream, deniq; Hieroſolymam deueniſſet, inuentis fratribus, à Iacobo, & alijs congregatis timore Iudeorum (qui eum habebãt infenſum, q̃ gentibus circumciſionis ritum uetaret) monitus eſt, ut unà cum quattuor, qui uotum habebant, tonſo capite templum ingrediens ſacris perſoluendis muneribus intereſſet, ut legis ritum, quem ipſum diſuaſiſſe rumor attulerat, comprobare opere uideretur. Qui monitis parens totondit ſe, & unà cum quattuor illis uotum habentibus templum ingreſſus ſeruauit omnia, quæ pro ſoluendo Iudeorum piaculo neceſſaria uidebantur. Quod certe libro de apoſtolorum geſtis. xxi. cap. eadem irrefragabilis narrat hiſtoria. Hic exclamare licet ſi uere Petrum repræhenderas ò Paule, qui magni adeo animi ſemper es uiſus,

ut impauide imminenti etiam mortis periculo Chriſti nomen paſſim, & euangelia denunciares, reprehendiſti Petrũ, quod metu iudeorum, cum gentibus edendum ei non amplius uidebatur, cur illius tui impetus, quo illi Antiochiæ in faciem te reſtitiſſe retuleras, non meminiſti? Quando ſæpenumero eas legis cerimonias obſeruaſti, quas Petrus nequaquam legitur obſeruaſſe. An maius forſitan fuit uenientibus iudeis ſe à gentium conuiuio ſubtrahere quàm circunciſionem exercere, & capitis tonſuram gerere, et nazareorum more in templo ſacra perſoluere? Si Petrus repræhenſione dignus erat, tu certe digniſſimus. Sin uero immerito arguendus es, cur tam acriter te illi, quod in rectam euangelij ſemitam non incederet, in faciem reſtitiſſe commemoras? Non ne memoriæ tenere potes, quæ authore Petro (ut apud eadem apoſtolorum .xv. cap. acta leguntur) celebrato primum concilio, de iudeorum ritibus ſunt inſtituta, quàm ibi grauiter locutus eſt Petrus, quibus rationibus non eſſe amplius quæ legis fuerant à gẽtibus obſeruanda concionatus eſt? Cui aſſenſus eſt magno & ipſe uerborum apparatu Iacobus, & alij. Qui unanimes Antiochiæ, ciliciæ, & Aſiæ degentibus literas dedere, quibus, gentibus quæ chriſtianæ pietatis ueſtigia ſuſcepiſſent, ne circunciſionis legibus ſubiacerent, indictum eſt, ſed ſolum reiectis idolis à coitu à ſuffocatis, & ſanguine pariter abſtinerent.

NON *ne modo conſimili parum poſt Domini paſſionem idem Petrus ab eo in ſomnis monitus, ut ex omnibus animalibus occideret, & manducaret, ad Cornelium centurionem, qui gentilis erat conuertendum acceſſit? Quem ſacri etiam fontis baptiſmate una cum tota familia decorauit, ut in actis Apoſtolorum .x. cap. commemorata refert hyſtoria.*

QVID *plura? ſi Petro ea in ſimulatione ullus aſcribendus eſt error, multo maior eſt Paulo, quod eodem crimine laborans magis (ſi eius uera in Petrum repræhenſio eſt) eum cauſari uoluerit.*

PRO *utroque igitur definiendum eſt, neque uerũ utriuſque illum errorem, neque Pauli ueram illam, ſed diſpenſatoriam repræhenſionem (ut ait Hieronymus) fuiſſe dicendum. Quod ex ea quoque ratione deducitur, qua Porphirius philoſophus, qui chriſtianã ſuo tempore inchoantem pietatem magnopere inſectabatur, id maximæ arrogantiæ, procacitatique Pauli aſcripſerit, quod eiuſdem criminis reus efficeretur, quod ipſe Principi Apoſtolorum tam*

acriter obieciſſet. Habemus cum Porphyrio pugnam, qui communis eſt omnium, & infenſiſſimus hoſtis. Aut ergo illi cedendum eſt, ac Paulus apoſtolus cum eo pariter incuſandus, aut neceſſe eſt, dicamus nõ fuiſſe ueram aduerſus Petrum, ſed ſolummodo diſpenſatoriam eius reprębenſionem, ut. ſ. tumultuantiũ gentilium (qui aderant) animos deliniret. Simulabat Petrus, ſimulabat & Paulus, ſed pia utriuſq; fuit & commendabilis ſimulatio, ut ille iudeos, hic gentes primis illis inchoantis eccleſię temporibus lucrifaceret.

S I V E R O *cum Auguſtino, qui moleſte admodum tulit, ad Galathas dum refert Paulus ſe Petrum antiochię coram omnibus obiurgaſſe, id ſimulanter egiſſe tibi ſentiendum eſt, atq; illã ueram quidem reprębenſionem fuiſſe dixeris, ꝙ gentes per eam ſimulationem Petrus ad iudeorum cęrimonias agere & quodãmodo trahere uideretur, Quomodo Paulum excuſabis, qui Timotheum ex patre gentile apud ciliciam circumciſit? Non ne ſi pater eius gentilis fuerat, & affines ſuperſtites, aut alij, qui ibidem reperiebantur gentiles, in iudeorum ſuperſtitiones eodem planè modo compellere uidebatur? quandò item Corinthiorum portum, qui cenchris uocabatur, & Hieroſolimitanum templũ capillis tonſus ingreſſus eſt, recenſeas quaſo nullus ne illis in locis, an aliquis gentilis erat, qui Paulum (ut ita dixerim) iudaizantem inſpiceret? Si aliquis, & ipſe cogebatur illius exemplo in ritus iudeorum deduci. Si nullus quomodo ſtatim omnes ad unius Pauli aduentum inde confugerant?*

E X C V S A R I *omnino poteſt (inquies) ꝙ nimia forſan diligẽtia in ſui à gentibus ſubtractione uſus eſt Petrus, atq; ideo uera reprehenſione dignus magis, ꝙ̃ Paulus uidebatur, qua ipſe Paulus erat imunis, ꝙ non niſi magna ex cauſa quę legis fuerant, qñq; ſeruauerit. Eſto. excuſes. Vera ſit illa Pauli, & nõ ſimulata rephenſio (nam inqt Auguſtinus, dum quis ſacraꝝ lectionũ author narrat hyſtoriam, ſimulanter non loquit̃, neq; illi, quũ alios monet, ſcribẽti officioſo licet uti mendacio. Alioqui ut à falſis iudeoꝝ apoſtolis auerteret Galatas, mentiretur) eſt ne propterea Paulus Petro factus, aut ęſtimatus ęqualis. Pia illa (licet ad eam nationẽ acrius fortaſſe, ꝙ̃ par erat, id ſcripſerit) & amatoria reprębenſio fuit, qua quiſq; non eo tp̃e ſolum, ſed modo et Pontifici in re chriſtiana poſſet obſiſtere.*

NEq; ſcias uelim ò Lutheri (quemuis horum in hac Pauli repræhenſione ſequi uolueris) magni momenti error ille fuit, ſi error appellari meretur, qui tribuitur Petro. Nanq; præter eas, quæ Paulo ſuperius allatæ ſunt, rationes, ea ſanè mihi, & merito ſuffragatur, qua ſancti ſpiritus afflatu ita in dei gratia conſtitutus eſt Petrus, ut peccatum, quo illa eſſet orbatus, non facile quidem incurreret. Quo autem pacto conalianda ſint duo hæc pietatis, & ſapientiæ lumina, non eſt profecto uiſu difficile. Tu Martine te difficilem præbes in tui defenſione, dum alios cauſaris.

QVOD Vict. Anicetus. & Iulius Romani Pontifices aut repræhenſi, aut neglecti ſunt, non haberi eos iure merito alijs non fuiſſe maiores. Cap. XXX.

TErtia Lutherij ratio ex eccleſiaſtica, & tripartita hyſtoria robur accipit. Libro enim .y. Euſebius Cæſarienſis. Victorem primum Romanum Pontificem, qui ob uariam diei paſchatis obſeruationem totam aſiaticam eccleſiam execratus ē, recenſet ab Hyreneo galliarum epiſcopo fuiſſe repræhenſum, ab eoq;, & alijs epiſcopis coactum eſſe, ut Aſianorum ritui conſentiret.

ITEM (inquit Lutherius) ibidem apparet Anicetum Romanum pontificem Policarpo ſmirneorum epiſcopo hac in re ceſſiſſe, nec illum cogere potuiſſe. In tripartita uero hyſtoria narratur Iulium primum ne orientales epiſcopi abſq; ſui authoritate concilium conuocarent, fruſtra tentaſſe. Atq; inde noſter æmulus Romani pontificis poteſtatem ſuperiorem alijs non extitiſſe, neq; eſſe debuiſſe concludit.

VERVM ſi uictor primus aſianas eccleſias execratus eſt, quæro abs te Lutheri, habuit ne eam execrandi (qua uſus eſt) authoritatem, an ſibi potius uſurpauit. Si uera fuit eius authoritas, nihil profecto intereſt, an eum increpauerit, uel non increpauerit alius. Redarguentis ſanè id uitio a ſcribendum eſt, & illis, qui Victori in ſua pertinaci, obſtinataq; ſententia perſiſtentes nō paruere mandatis. Si uero facultatem excommunicandi alias eccleſias ſibi uſurpaſſe memineris, cur eſt, ꝙ Polycrates (q in Aſya primatum gerebat, qui tanto uerborum, & ſententiarum apparatu Victori reſpondere pro ſui defenſione conatus eſt, ut eo met

loco

lo co legitur) id illi nequaquam obiecerit? Nanq; longe facilius erat in hunc modum ad eum reſcribere, eaq; cauſa, ꝙ in aſianas Eccleſias ueram poteſtatem minime habuerat, illi non parendum duxiſſe, q̃ tot ſanctorum patrum & epiſcoporum exempla commemorans antiquiſſimam pro ſuis iuribus prouinciæ conſuetudinem allegare. Non erat certe aliud rei huius in cauſa, q̃ ꝙ illius authoritatis Romanus ipſe Pontifex haberetur, qua & aſianas, & alias orbis terrarum Eccleſias regere, ac execrari ualeret. Cur item ipſe Hyreneus epiſcopus uictorem arguit in aſiaticos præſules maledictionis ſpicula exercuiſſe, quibus ab Eccleſiaſtici corporis conſortio ſeparentur, niſi id illum agere potuiſſe crediderit? Reprehendit ipſum non ꝙ Eccleſias illas excommunicare nõ potuit, Sed ꝙ iure non debuit. Non enim ea cauſa tanti momenti uidebatur, ut ob paſcatis uariam, etiam extra diem Dominicum obſeruationem à corpore uniuerſalis Eccleſiæ ſegregari deberent.

NEQVE EO loco ſanè uictorem Hyreneo, Policrati, & aliis Epiſcopis ceſſiſſe narrat Euſebius (ut Lutherius aſſerit) quo fit, ut liberius forſan, q̃ debuerat, ad eum ſcripſerit Hyreneus. Et dum illi Policrates obtemperare noluerit, unà cum ſuis epiſcopis epiſcopale munus ob ſuperioris contemptum ſalubriter exercere non poterat.

NEQVE ID decreti ex ſuo tantum capite, ſed maturiſſimo fratrum Romæ habito conſilio Victor egiſſe legitur. Quod quũ apud Cæſaream paleſtinæ duce theophilo ſimiliter actum, in Põto, Gallia, Achaia, & Corinthi omnes Eccleſiæ ſtatuerint, obſeruauerint, Solas quaſdam in aſia (quarum primas erat Policrates) illud negligere æquo animo pati non poterat.

EADEM ratione mirum ſatis uidetur ſi Policarpus ſmirneorũ epiſcopus huius rei præcipue cauſa ad Anicetum Pontificem romam deuenerit, & putauerit Romanam poteſtatem propria non eſſe maiorem. Quod uoluit, obtinuit Policarpus, tum bonitate Pontificis, tum etiam, ꝙ ea humanitate in aduentu eius eſt uſus, qua ſanctus Dei uir cum eo pacem, & communionem inire coactus ſit.

IVLIVS autem primus ſi ab orientalibus epiſcopis quod eis legitime obſeruandum iniunxerat, non potuit aſſequi, non eſt, ꝙ ipſe par illis, aut inferior fuerit. Noſtro enim tempore complures

ſunt etiam nationes, quæ Chriſti nomine, ac inſignibus inſtitutæ, à Romano Pontifice ſe abalienauerunt, quæ à ſua hæreſis proteruia dimoueri non poſſint, ut Boemi Lituani, Daci, *& alij.*

CONSTANTINVM .IIII. PONTI. AVTHO*ritatem inſtituere non potuiſſe.Et quomodo* Auguſtin. Cypria. Alioſue orient.Epiſcopos à Romana *ſede confirmatos, & eorũ concilia illius* autho.*conuocata fuiſſe, omnesq; epiſcoporum electiones ab ea pependiſſe intelligere debeamus.* Cap. XXXI.

q *Varta Lutherij ratio eſt authore* Platina *à conſtantino.* IIII. *Græcorum* Imperatore, R*omanum* Pontificem *eſſe alijs ſuperiorem ſancitum fuiſſe*. Atq; ideo non *eſt, diuino iure tanta illi poteſtas ullatenus tribuenda.*

SI CREDENDVM *ſit* Platinæ *facile ipſa hæc ratio ſoluitur.* Q*uum enim conſtantinum* Imperatorem *dixerit ſtatuiſſe romanum* Pontificem *eſſe alijs omnibus ſuperiorem*, Q*uod à principio inſtitutum à* Domino *fuerat, obſeruandum ab omnibus declaraſſe uoluerit, exponendus eſt.Enimuero ad ea uſq; tempora non erat forte apud omnes clara* Romani Pontificatus *authoritas, neq; obſeruabatur*, Q*uemadmodũ huiuſce* Imperatoris *ſtudio, et diligentia claruit, et obſeruantiæ magnas uires obtinuit.*

NEQVE QVOD *pro quinta ratione adducitur, urget.*Cyprianum, Auguſtinum, *&* Alios Africæ *epiſcopos, quæ à* Romano Pontifice *nõ conſtet fuiſſe confirmatos, neq; eorum* Concilia *ab eo impedita fuiſſe, propterea qui ueri erant ſuarum* Eccleſiarum *paſtores, illi non ſubiacerent*. Nanq; *toties dictum eſt, ratio, quæ à negatione ſententiæ accipitur falſa eſt.* Verum *id etiam pro reſponſione adiungimus duobus modis confirmationem fieri potuiſſe.*Primo *quum* Pontifex *audita uiri probi, et de epiſcopali munere benemeriti electione, illã uiua uoce, ac expreſſe confirmat.* Deinde *quum proculdubio eam perceperit, neq; actiõe ulla, aut geſtu illam infregerit, ſed diutius abſq; ullo moleſtiæ indicio, tolerauerit.* Tunc *enim illi aſſentiri manifeſta ratione præſumitur.* Eo *modo* Cyprianus, *&* Auguſtinus, *& alijs tacita uerbis, ſed factis, expreſſa confirmatione, & conſenſu* Romani Pontificis *in ſuis potuerunt ſedibus collocari.* Q*uod ſi ſecus forſitan actum eſt, & ſi ex nullius hyſtoriarum ſcriptoris ſententia patuit, recte*

quidem fieri potuit. Quod Lutherius minime cogitauit.

I D I P S V M de ipſorum concilijs aſſerendum eſt. Si enim à Romano Pontifice celebrationis eorum authoritatem in contẽptum expectare noluerint, uera illa concilia fuiſſe nõ credimus. Si uero ex quadam ſibi aſcita ob eorum apud ſedem Apoſtolicam famam ac optimam auditionem, conſuetudine illa eadem conuocauerint, Cui ipſa Romana ſedes longo temporis ſpacio uiſa eſt aſſentiri, uera fuiſſe fatemur. Et præſertim quum quæ in eis geſta eſſent ab ea improbata non fuerint. Et ſi enim nullius Eccleſiæ, nedum Romanæ iuriſdictionis, & ſpiritalis priuilegij iura conſuetudo non tollit (ut extra de præſcriptionibus cap. quũ non liceat, apparet ab Innocentio. III. Vbi circa obedientiam ſubditi erga ſuperiorem, nulla temporis diuturnitas præſcribere dicitur) tolerata tamen, per alios acta confirmat. Quoniam in re nota Tacitus conſenſus idem operari poſſe perncſcitur, quod expreſſus alias legitima ratione operaretur. Sed ut quæ aſſerimus facilius uera eſſe intelligas, memineris Martinæ quæ de Carthaginenſis, & milivetani concilij confirmatione à Romano Pontifice habita authore in epiſtolis Auguſtino recenſuimus ſupra.

Q V O D q; ſacris ſanctionibus inſtitutum eſt, electum epiſcopum debere à Romano Pontifice confirmari, ea ratione fulcitur, qua an de ea dignitate, uita, moribus, & ætate ſit benemeritus perſpiciatur. Quod ſi facta electione penitus innoteſcat, confirmatione non indigere uidetur. Veritas enim habet, et frequenti adagio ab omnibus uſurpatur, remota cauſa effectus dimoueatur oportet. Iamq; ob eam plane cauſam Innocentius. IIII. (ut habetur extra de electio. cap. Nihil eſt:) Cũ epiſcopis extra fines Italiæ conſtitutis, ut ante confirmationem ob locorum intercapedinem, tam in ſpiritualibus, q̃ temporalibus negocijs res Eccleſiæ adminiſtrarent, legitime diſpenſauit. Et licet. c. Quum uenerabilis, extra de conſuetudine. Lucius Pontifex oppoſitum ſtatuere uideatur, congrua tamen ſubſiſtente cauſa conſuetudini ſtandum eſt, quæ optima legum interpres ſolita eſt appellari, ut cap. Quum dilectus, eodem titulo perhibetur.

N E Q V E minus decretum illud ſanctiſſimum Gregorij Ponti. in noſtra nobis ſententia ſuffragatur. Qui numidis epiſcopis qui erant in Africa conſtitutis ſcribens, ut. xij. diſtin. cap. nos con

ſuetudinem, legitur, inquit. Nos conſuetudinem, quæ contra fidem Catholicam nihil uſurpare dignoſcitur, Immotam permanere concedimus, ſiue de primatibus conſtituendis, ſiue de cæteris capitulis habeatur.

IAM ERGO de epiſcoporum confirmatione, quàm de conuocatione concilij, quum Fides Catholica propterea non offendi in aliquo appareat, id pariter dici poſſe confidimus, ut ex permiſſa conſuetudine absq; Romani Pontificis authoritate, hæc decenter fieri poſſit, illa uero non ſemper neceſſaria uideatur.

QVOD SI pro ſexta ratione mihi allegaueris Alexandrinũ, Antiochenum, Hieroſolimitanum, alios orientales epiſcopos Romanam ſedem nunquam inſtituiſſe. Et (pro ſeptima) tempeſtate hac qui ſunt in perſide, Iudea, ſcithia, alijs ue regionibus ſub Romano Pontifice non eſſe (ut facis) obieceris, eodem pariter modo dicemus.

ELECTIO enim epiſcopi, de iure communi ad capitulum ſpectare dignoſcitur, ſi à Romana ſede, cuius eſt pleniſſima eligendi poteſtas, non fuerit impedita, aut in eius contemptum, & in obedientiam facta non fuerit. Neq; propterea (ut dictum eſt) Romani Pontificis inſtituendorum epiſcoporum omnibus in locis, terris, & regionibus iurisdictio tollitur, aut ſublata quocunq; tẽporis ſpacio intelligitur, quin quotieſcunq; uoluerit, illa ipſa uti, & quod ſuum eſt, ad libitum exercere ualuerit, ac in præſentiarum ſimiliter ualeat, Quare qui modo ſub Romano principatu ſe eſſe non putant, delirant, inſaniunt, & Chriſti fidem obſeruare non poſſunt. Non enim licet, à capite membra recedere. XII. diſtin. cap. Non licet. Et extra de præſcriptionibus. cap. Quum non liceat. legitur. Caput uero in cœlis Chriſtus eſt, in terris ille, qui eius uicem pro Reipublicæ adminiſtratione ſuſcepit Romanus Pontifex appellatus. Iam intelligis quid tuæ pariant accumulatæ rationes Lutheri, quæ ne unam quidem conficiunt, contemptum ſanè tui, & oppoſitæ ſententiæ ueritatem.

EPISCOPOS, AVT IMPERATORES NON authoritate, ſed ui Papam aliquando depoſuiſſe ſolumq; petrũ in Pontificatu ſucceſſores habuiſſe, deq; primitiuæ Eccleſiæ authoritate præcipuarum ſedium ordine repetitio. Cap. XXXII.

QVod uero pro octaua ratione affertur, nonnullos epiſco pos, alios, & Romanum ipſum (quem Papam uocamus) depoſuiſſe, non uideo quid, & quomodo ualeat: Refert Hieronymus, inquit Lutherius, Achaontem Cæſarienſem epiſcopum, Liberium Papam depoſuiſſe, referat, quod tamen non refert. Nam uerba Hieronymi hæc ſunt. In tantum ſub Conſtantino Imperatore Achatius Claruit, ut in Liberij locum Romæ felicem Arrianum Epiſcopum cōſtitueret. Achatiū inquit non Achaontem, Item Conſtatini authoritate innuit illud egiſſe, non propria, ſed quomodocunq; ſit, referat tuo modo Hieronymus. Quid tum? potuit ne Achatius id facere, aut non potuit. Si potuit, ergo aut erat Liberio par, aut certe ſuperior. Superior, tua ſententia eſſe nō poteſt, Itaq; par ei fuerit opus eſt, ſed nullus par in parem habet Imperium. Non potuit itaq; iure medio illum deponere, Imperauit ſic Conſtatinus. Ergo cōſtantinus erat Papa ſuperior. Concedis hæc omnia mi Lutheri? An tibi ſanum id iudicium uiſum eſt? Concedas etiam temporalia ſpiritualibus eſſe maiora, & corpus ipſum animæ Dominari. Certe non tantum hæc in Chriſtiana familia eſt apertiſſima hæreſis, ſed etiam in naturali iudicio, & diſciplina.

QVID nobis igitur male Vir aliorum epiſcoporum ex tripartita hyſtoria à maioribus, paribusq; epiſcopis depoſitiones inculcas? Quid Imperatorum in Pontifices Romanos, & Pontificū in Imperatores (ut ita dixerim) irruptiones accumulas? Factum narrant hyſtoriæ, non approbant. Tu uero ingenio tuo Theologico es, qui hæc omnia comprobare uideris, ut non ſit locus ambitioni. Tollatur igitur authore Lutherio, hacq; eius inuiolabili ratione in Eccleſiaſticis, & temporalibus poteſtatibus ordo, omnia in confuſo ſic iudicia fiant, ut quiſq; in alium ad libitum iuriſdictionem ualeat exercere. Monſtrum iam Anaxagoræ redeat, & Lutherium apud omnes gentes omni confuſione, confuſiorem oſtendat.

PVDET ME ſingula Lutherij dicta, quibus pro rationibus utitur, perſequi, tam friuola ſunt, & toties repetita, ut mihi ſtomachum faciant. Pro nona ratione omnes epiſcopos Apoſtolorū ſucceſſores conſtituit, & quemadmodum Petri ſucceſſor unius Apoſtoli Petri poteſtatem aſſecutus eſt, ita & alij ſingilatim

aliorum Apoſtolorum. *Omnes itaq; infertur, epiſcopi ſunt æqua les, præſertim, ꝙ* Apoſtolis *omnibus æqualis à* domino *ſit da ta poteſtas.*

REPETIT *quæ à principio meminerat, ſed de ſucceſſoribus uerbum adiecit, ut nouam uideatur* Conficere *rationem.* Repe*tamus & nos compendio illa, quæ diximus, non omnibus* Apo*ſtolis eſt data æqualis iuriſdictionis poteſtas, & ſi* Petrus *pro om nibus reſponſum dedit, & poteſtatem illam ligandi & ſoluendi ſuſcepit. Nã ſibi præcipue datam cognouit, ex quo ad eum præ, alijs tanquam ad* Eccleſiæ Petram *ſua* Chriſtus *uerba direxit.* Vnde *alijs conſtare potuit præueniendo ex dono quidem gratui to* Dominum *ita ligandi & ſoluendi poteſtatem dediſſe, ut per inde ac illam à* Petro *accepiſſent, illius imperio ſubderentur.* Quare *ſucceſſor* Petri *ſe habet, ut* Petrus, *Cæteri uero epiſcopi quum donum illud gratuitum à* Domino *minime ſint aſſecuti, in eo* Apoſtolis *ſuccedere nequeunt, ſed in alio tantum, quo fue rint* Petro *minores.* Quomodo *ergo æquales omnes,* Iam *deſi ne complicare, & nugas ſuper nugis imponere.*

PRO ME *facit decimo loco poſita ratio tua* Lutheri. Iam *enim tibi acceptum referimus, ꝙ in partes noſtras licet non libens, ſed neſcius uenis.* Hæretici *ſunt inquis, qui ſubſunt modo* Romano Pontifici, *& qui antea non ſubiacuerunt,* Hoc *eſt quod tibi toti es imputamus.* Ergo *tota primitiua* Eccleſia *ſaltem per annos* CCCC. *fuit in hæreſi conſtituta, mentiris.* Non *fuit, ſub* Petro, *hic iacet lepus, hoc probes (quod à principio diſceptationis tibi oneri incumbere uidebatur) & herbam dabo.* Primæua *ſanè, & quantumuis minima, ac ab ineunte ætate ſub* Petro, *tanquam omnium* Chriſtianorum *principe conſtituta fuit* Eccleſia, *poſtq̃* Dominus *ad ſuperos euolauit.* Licet *forte (ut toties dictum eſt) modeſtiæ cuiuſdam cauſa,* Quæ *tempori conueniens uidebatur ſua tantum in alios authoritate uti noluerit.* Quid *tamen* La*tras* Petrum *hæreticum, quum* Hieroſolimis *aderat.* Non *enim* Romanus Pontifex *à* Roma, *ſed à* Petro *eſt ſummus, qui* Domi*ni monitis* Romæ *ſedem ſuam inſtituit.*

NIHIL ME *moleſtat undecima* Lutherij *ratio, qua* Hiero*ſolimitanam ſedem cunctis præponere ſtuduit.* Nanq; *ſatis ſu pra dum* Anacleti Pontificis Martiris. XXII. *diſtin. cap.* Sa

croſancta. Egimus defenſionem, ea de huiuſcemodi Eccleſiarũ ordine explicauimus, Quæ Lutherius forſan excogitare non potuit. Et ſi enim prophetæ complures inde legem exituram, uerbum Domini naſciturum, ibi Dominum gloriam ſuam daturum commemorent, ubi Chriſtus Pontifex, & oblatus, ubi ſanctus, qui miſſus eſt, ſpiritus ſuſceptus, & inde in omnem terram uerbi Dei ſonus egreſſus eſt, Tamen quum locus ille non futurus erat locus imperij, quum eadem ratione Chriſtianæ pietatis amplitudo non ita commode fieri potuiſſet, ſi Petrus ſuam ſedem ibidem collocaſſet, Quum item à Iudeis humani generis ſeruator Ieſus ibidem maximam iniuriam accepiſſet, Quum illi ciuitati, quam propemodum ruituram, & ſineret, & proſpiceret, Dixiſſet Mathei. XXIII. Hieruſalem, Hieruſalem quæ occidis prophetas &c. Et dum crucifigendus incederet flentibus mulieribus lucæ. XXIII. filiæ Hieruſalem nolitæ flere ſuper me, ſed ſuper uos, & ſuper filios ueſtros, Quum (ut refert Ambroſius in epiſtola ad Auxentium) Chriſti monitis uinculis ſolutus abiens Petrus Romam denuo ad carceres rediſſet, quum deniq; maximus ille Chriſtiani nominis proclamator Paulus dum in uinculis detineretur, ſe Romæ iudicandum fore a Domino habuiſſe, dixiſſet, atq; ita ſub Nerone ibidem ſacrum ſui corporis piaculum perſoluiſſet, diuinitus Romana ſedes aliarum princeps creditur inſtituta.

E AT MODO, dicat, qui poteſt aduerſus hæc, inquit Lutherius. Dixi ego. Dicas tu modo ex aduerſo, quæ potes. Si Hieroſolimitana ſedes præponenda erat, cur eam ciuitatem in deteſtationem criminis ruituram meminerit Dominus, cur tam acris inediæ, incendij, ſanguinis afflictiones perpeſſa, & demum euerſa eſt? Cur Dei iuſſu, aut permiſſione Petrus Eccleſiarum caput de ſuo, ut proculdubio credere par eſt, miſterio optime inſtructus ſuum ibi ſceptrum non poſuit? Cur eundem carceres exeuntem Hieroſolimam, ut crucifigendus accederet, ueluti, ut Romam rediret, Chriſtus nequaquam admonuit? Cur deniq; tot annos cum tanto imperij flore, & incremento Romana hæc iuriſdictio conualuit, perdurauit? hac in re multa alia dici poſſent, quæ ſupra retulimus aduerſus te, qui homo es, & ſanè de humanitatis nomine immeritus quod nimium tumeas.

QVID NICENA SYNODVS DE VRBIS ROmæ ſollicitudine, & cura, de epiſcoporum Creatione, de Hieroſoli. Eccleſiæ prærogatiua ſtatuerit. Cur ex Apoſtolorum ordine aliæ eccleſiæ inſtitutæ non fuerint, Quomodo Duplex in Eccleſia caput, merusq; Sacerdos in neceſſitatis caſu, quum Papa aut epiſcopus nõ ſit, ea, q̃ ad illos ꝑtinent, ualeat exercere. C. xxxiiij.

IN ſurgat denuo, inſiſtat malus iſte uir, & pro duodecima ratione apud Niceam bithiniæ celebratam Synodũ afferat, ut uideamus an magis illi, q̃ nobis, nec ne ĩ ſententia faueat. Statutum eo in concilio legitur, in urbe Roma, & Alexandria uetuſtam conſuetudinem ſeruari debere, ut earũ, quæ ſunt AEgypti ille Pontifex, hic uero ſuburbanarum Eccleſiarum ſollicitudinem gerat.

EXCLAMAT inde Lutherius concilium hoc ſacratiſſimum non modo non dat primatum Romano Pontifici, ſed ex uetuſta conſuetudine, non iure diuino ſuburbanarum Eccleſiarum ſollicitudinẽ tribuit. Si ergo me hæreticum dicis, concilium hæreticum ſtatuas. Cui non poſſum, & frigidiſſimis decretis pariter, tanquam duobus contrarijs dominis obedire.

RECTE quidem exclamare poteſt iſte uir, ſed à paucis auditur, qui ambulent in uiam Domini, & per rectas ſemitas eius diſcurrant. Quid tantum clamoris, quid duobus nequis Dominis ſeruire contrarijs? Quid Nicenam inſtitutionem extorques? quæ non tua, ſed noſtra eſt, ſi recte intelligatur. Romanæ Vrbis ſeruandam antiquam conſuetudinem ſtatuit. Verum eſt, quoniam de illa diſponere potuit Synodus, de primatu nullam faciens mentionem, ob id ꝙ diuinitus eſt illi conceſſus. Vnde licet Romana ſedes ſuper uniuerſas terrarum Eccleſias iurisdictionẽ obtineat, tamen proximam quandam ſine aliorum epiſcoporum, ſeu metropolitanorum miniſterio certe regionis adminiſtrationem ſuſcepit. Quæ lege, & conſuetudine potuit uariari. Non enim ſolus Pontifex Romanus pro epiſcopo toti orbi ſufficeret, licet ampliſſimam paſſim habeat poteſtatem. Clarum eſt quid uelit ſanctio illa, quæ Alexandrinæ quoq; Eccleſiæ ſollicitudinem, et curã definit. Sed Lutherij intellectus obſcurus, & denigrata uolũtas.

QVOD item concilium de epiſcopi ordinatione, quæ à prouinciæ epiſcopis fieri debeat, non à Romano Pontifice, pro tertia de-

cima ponitur ratione, facile qdem exponitur. Non. n. ius ordinādi, ſeu rectius inſtituendi epiſcopi Romano Pōtifici adimit eiuſmodi cōſtitutio, ſed quod in populi, totiusq; cleri manibus conſtitui uidebatur, ad prouinciales deducit, quibus planè ueluti omnis eorum iuriſdictio, ita etiam ordinatio Romani Pōtificis authoritate conceſſa eſt. Inde etenim omnis inſtitutio pendet, omnis actio, omnis eligendi, aut ordinandi forma. Quippe quum Pontificis ſummi aut iuſſu, aut conſenſu, aut permiſſione quocunq; tempore eiuſmodi facta ſint omnia, ab eo tanquam à primo principio profecta eſſe intelliguntur.

QVOD item quartodecimo in ea etiam ſynodo ſtatutum aſſeritur hieroſolimitanæ ſedis debere antiquam prærogatiuam ſeruari, non cogit Romanam illi honore parem, aut inferiorē exiſtere, ſeu haberi debere. Nam de nulla alia prorſus mentio facta eſt. Si dixeris ſecundo loco habebatur prius, uerum eſt. Itaq; contra Nicenam ſynodum modo factum dignoſcitur, ꝙ ſit in ultimo conſtituta, nihil prohibet. Nanq; per aliud Concilium illud ſancitum eſt. Quod quum diuino iure non habitum diceretur, facile potuit immutari. Quod ſi uelut unum ex quattuor Euangelijs illam ſynodum nos uenerari debere ſubiunxeris, in his quæ ad fidem pertinent, id habere ueritatem intellige.

QVID eſt ꝙ rationum numerum auget, quum eaſdem millies repetat iſte homo, quum alias (ut accepi) ſoleat eſſe in ſcribēdo breuiſſimus, in cauſa certe nil aliud eſſe puto, ꝗ ut litterarū ignaris lectoribus; quod ratione probari non poterat, per repetitionem tenacius imprimeretur.

ARGVIT quintodecimo. Si Petrus Romanam eccleſiā principem fecit, cur à Iacobo conſtantinopolitanam ſecundam, & à Ioanne epheſinam tertiam eſſe non dicimus, quos una cū Petro eccleſiæ columnas ad Galathas. ij. ſcribens Paulus appellauit? At ordo iſte ſeruari non conſueuit, humano itaq; iure Petrus primam fecit eccleſiam. Item cur hieroſolimitana his omnibus quarto loco poſtponitur, quæ Chriſtum Pontificem habuit, quæ eos ipſos apoſtolos, Petrum, Iacobum, Ioannem ferè ſup alios conſtitutos chriſtiani nominis, & pietatis ꝑcipuos tenuit.

SAEPIVS hæc ratio diſſoluta eſt, ſed denuo amore Lutherij diſſoluatur. Petrus enim primam ſedem Romæ conſtituit, quoniam ipſe primus, & aliorum apoſtolorum caput eſt à domino

inſtitutus. Nullum uero deinde ordinē inter eos poſitum ex euangelicis uerbis accipimus. Atq; ideo nullum pœnitus tuum, quo id tentas adſtruere, eſt argumentum. Tres uero illi columnæ à Paulo uocãtur, quiuens dominus eos præ cæteris diligere uiſus eſt, poſt cuius etiam obitum honore præferri ab alijs uidebãtur, nulla tñ authoritatis, aut poteſtatis eorum ſeries inde, aut ordo ex ſcripturis coniĳcitur. Hieroſolimitanam autem ſedem, quæ Chriſtum Pontificem habuit, ultimo habendam loco ratio facit, quoniam (ut dictum iam eſt) ſuum ea ciuitas Pontificem interfecit. Vnde lege etiã noſtra hac tempeſtate cautum ē, ut ciuitas in perpetuum paſtore uacet, quæ ſuum epiſcopum interficere cõſueuerit. ut habetur. xxiȷ. q. iȷ. cap. ita nos. Piget me toties unum, & idem repetere, ne te pigeat lector, qui Lutherianis hæreſibus tantopere afficeris.

DECIMO ſexto ut nugis ſuis coronidem, & poſtremam manum imponat Lutherius, infert. Si Petri ſucceſſores ex uerbo. paſce oues meas. eãmmet poteſtatem habent, quam Petrus, ita Ioãnis ſucceſſores Mariæ filĳ dicentur, quoniam de ipſo Dominus moriens eum ſermonem habuerit, dum diceret mulier ecce filius tuus. Item ſoli ſucceſſores Iacobi, & Ioannis eſſent filĳ tonitrui quia eo nomine illos Dominus appellauit, & Iacobi minoris ſucceſſores domini fratres. Vides lector quæ garrit prophana, nimiumq; procax iſtius hominis lingua, ut in fidelia pectora ſuã hanc tot capitum hidram inſculpat. O iniquiſſime fratrũ quãto cum myſterio prolata ſunt ea Domini uerba. paſce oues meas. Memineris illi reſpondere illa, quibus eidem Petro ligandi & ſoluendi eſt data poteſtas. Quibus etiam ſuper eum Chriſtus eccleſiam ædificari cõmonuit. Aduerſus quam nullæ gentiũ poteſtates, nulla uis, nulla ſpiritalis, aut temporalis machinatio ꝑualeret, ꝙ eſſet uſq; ad conſumationem ſæculi duratura. Mariæ filius datur Ioannes, ut Ioannes, non ut Apoſtolus, non ut epiſcopus, non ut uere filius, ꝙ eius filius uere non fuerat. Alioqui duarum matrum unus & idem filius eſſe poteſt. Mirum etiam eſt, te id tuis rationibus non adſtruxiſſe. Item Iacobus & Ioannes non ut epiſcopi ſunt filĳ tonitrui appellati, neq; Iacobus minor ea ratione dictus Domini frater, quemadmodum Petro, ut Apoſtolo, & Pontifici ut generali Chriſti uicario, qui futurus erat, eã dicta ſunt uerba. Paſce oues meas. Diſrumpor tanti er-

roris, & procacitatis impatiens, quantus in hoc confuſionum omnium, & puerilium ambagum labiryntho conſpicitur.

QVIS neſcit deniq; uniuerſalis eccleſiæ caput Chriſtum dominum haberi, & eſſe? Quis negat hoc? Quid Mathei uerba, quibus nobiſcũ illũ eſſe uſq; ad ſæculi conſumationẽ profertur, Chriſti uicarium eſſe nobiſcum impediunt? Chriſtus, qui in cœlis eſt, nobiſcum, niſi in ſacramenti ſpecie conuerſatur, nobiſcum eſt. i. ſemper terrenum regit imperium, ſed uicarium eius propterea, qui neceſſarius uidebatur, pro ſuæ reipublicæ ordine, non excludit. Dumq; fideles perſequitur aliquis, Chriſtum perſequi dicit, quoniã ipſe fidei caput et princeps. Vera ſunt hæc, immo uerißima, quæ tamen noſtrum nobis Pontificem Chriſti uicarium, & ſucceſſorem in terris, uiſibilemq; Principem non auferũt, ſed ſtatuunt, ſed approbant, ſed confirmant, ſine quo eccleſia eſt ſine capite, quod miniſterij fungatur officio, licet præcipuum in cœlis caput obtineat. Viuo autem Pontifice Chriſtus ſolus pro capite non habetur, quoniam ſuiipſius miniſter, et uicarius eſſe nõ debuit, aut fortaſſe non potuit. Neq; duo in hunc modum capita inſulſe eccleſiæ tribuuntur, quorum alterum præcipuum quidem eſt, in cuius uirtute omnia peraguntur, alterum uero tanq̃ illius miniſter prouinciam ſibi demandatam exequitur, capitoſus es nimium (crede mihi) Lutheri, quum hæc tam ridicula ſophiſmata pro rationibus firmis attuleris.

CONCLVSIO eſt (audite omnes qui cordis penetralia cupitis uiri huius agnoſcere) in articulo mortis omnis ſacerdos eſt epiſcopus, eſt Papa, quia neceſſitatis gratia plenitudinem poteſtatis obtinuit. Ergo nec epiſcopis Papa, nec presbyteris epiſcopi ſunt diuino iure maiores, quoniam id omnibus extat incommutabile. Quo ad ordinem (o male dixerim, an peſſime uir) ſimplex ſacerdos, & præſertim in iſto caſu pro ſacramento pœnitentiæ impertiendo cum epiſcopo, & Papa concurrit, quemadmodum uerum eſt epiſcopum, & Papam non eſſe ſimplici ſacerdote maiorem. Sed quo ad iuriſdictionem, ò iactabundiſſime Ardelio quomodo illud deduces? de quo ſermo, & diſputatio noſtra eſt. Vſque adeo ſua hac peruicacia inſanit Atlanticus iſte Lutherius, ut in fine reſolutionis de poteſtate Papæ oblitus ſit quomodo habeat intelligi titulus quæſtionis. Non enim ſa-

tis ei ludibrio aſcribendum erat, ut à magno illo, ſanctoq; uiro Dionyſio Ariopagita Pauli diſcipulo diſſentiret, qui tres, epiſcopi, præsbyteri, & Diaconi diſtinctos ordines in eccleſia ſtatuit. Non ſatis fuit aerianorum hæreſi manus dediſſe, ſacroſanctũ conſtantinopolitanum concilium ſpreuiſſe, cõſtantiæ œcumenicam celebratam ſynodum reiciſſe, Antiquiſſimas ſanctorum patrũ, & recentiores conſtitutiones irriſiſſe, tot maximorum theologorum, ac innocentiſſimorum hominum dogmata poſthabuiſſe, Dei optimi maximi uoluntatem, authoritatem, prouidentiam non timuiſſe, ſolam eius permiſſionem in conſtitutione Pontificis admiſiſſe, niſi hoc etiam ad ſui laudem, & gloriam maxime accederet, q̃ ſeipſum, & ſententiam ſuam neglexerit, quid quærebatur ab initio obliuioni mandauerit.   *Primi libri finis.*

CHRISTOPHORI MARCELLI PATRITII Veneti. Archiep. Corcyræ. De tribus, quæ ex ſuperiore libro tractanda ſupererant, primæ Sectionis Secundi Libri.

PRAEFATIO.

Vum potuiſſet Lutherius noſter (qui pontificiã authoritatem ſimplici ſacerdotio prorſus adæquat) complures ſatis apparentes rationes, & ſententias ex diuerſis ſcripturæ locis afferre, quæ lectoribus maximam pariunt difficultatem, ſtatui ego, quæ mihi in mentem ueniunt, pertractare, ut omnino pro communi eccleſiæ conſuetudine ediſſeram epiſcopos non ſola iuriſdictione, ſed ſacramento presbyteris eſſe maiores. Deinde pulchrum erit in ſacris litteris inuenire ubi Apoſtoli epiſcopi, & ubi ſacerdotes, inſtituti, & quomodo fuerint. Poſtremo nunquid tam in pontificis ſummi, aliorumue inſtitutionibus, q̃ in collationibus ſacramentorum ex parte agentis, & recipientis ſit neceſſaria fides. Vt his, quæ in Lutherium tumultuarie, & (ut ita dicam) prælianter attulimus, ſolutioris eruditionis gratias iniungamus.

DVAE RATIONES CVM SOLVTIONIBVS quibus Epiſcopum alium eſſe à mero Sacerdote oſtenditur. & quibus caſibus poſſet Pontifex ſummus omnes Epiſcopos de medio tollere. Cap. II.

Gamus itaq; in primis, ſi Epiſcopus ſit ſpiritali quo-
a dam ſigno, & non ſola iuriſdictione ſacerdote ſuperior, ita de archiepiſcopo, & ſummo pontifice aſſerendum merito uideretur, maior enim ſatis proportio eſt inter Pontificem ſummum, & Epiſcopum, q̃ inter Epiſcopum, & ſacerdotem, qđ ſi uerum eſt, tot ſpecie diſtincti ordines numerarentur, quot ſunt dignitates in dei eccleſia conſtitutæ, quod dicere nefas eſt. Quũ item pontifex ſummus ex epiſcopis archiepiſcopo ſubditis archiepiſcopos illos inſtituit, qui archiepiſcopus fuerat ſtatim ꝑ nul-

lam eius mutationem efficiatur primas, ſimili igitur modo ſacerdos, cui in regimine demandata eſt aliorum ſacerdotum prouincia, abſq; alia ipſius mutatione epiſcopus efficietur. Amplius ſi ſumma eſt Romani Pontificis authoritas, Quid prohibet illum ex legitima cauſa omnes epiſcopos auferre? Quo caſu ſacerdotibus cura demandetur operæpretium eſt. Qui nulla inuicem ſpiritali nota diſſentiant. C

NE q;, ꝙ olei illitu, & ſacrorum uerborum forma conſecratio epi, ab ea, quæ ſacerdotis eſt, alia uideatur, propterea ueluti ſpiritali quodam ſanctitatis ſigno unus ab alio diſtinguetur. Quippe quoties ſanctitatis merito profeciſſent Apoſtoli, toties nouos dicerentur ordines ſuſcepiſſe, id uero quis diceret?

AT IRRIderet forte Lutherius rationes has, neq; frigidas modo auderet, ſed mortuas appellare, ſi partes noſtras ſuſciperet, quum Pontificis ſummi ad epiſcopum non eſſe maiorem proportionem, q̃ epiſcopi ad ſacerdotem ratiõe ordinis aſſeueraret, ſed iuriſdictionis tantummodo, quoniam unum & idem æque omnibus conceſſum eſt ordinis ſacramentum. Neq; iuriſdictio ipſa in epiſcopo, neq; communis ea unctionis, & conſecrationis inſtitutio; quam ſanctificationem appellant, in cauſa eſt, cur coniectemus epiſcopum ordine ſacerdotium ſuperare, ſed opatio quædam epiſcopo peculiariter indita, quæ puro ſacerdoti non conuenit, ut confirmatio eſt, ordinum ipſorum collatio, templi, & olei conſecratio. ut. y. cap. eccleſiaſticæ ierarchiæ Dionyſius Ariopagita commentus eſt. Archiepiſcopi autem, primatis, Patriarchæ, & ſummi Pontificis gradus non ſimilibus ſacris functionibus, ſed ſolo regimine diſtinguuntur. D

PROBE quidem, ſi hæc diceret. Sed nunquid admittendum illud impune, quo pontificem Romanum ex legitima cauſa epiſcopos omnes auferre poſſe dicebatur, etiam ſi uerus eorum princeps exiſteret (nam alio planè modo eum non poſſe, dubitare nõ conuenit) pauca quoq; à nobis dicenda ſunt, licet quæ modo referebamus, neq; ipſe Lutherius protuliſſet, ꝙ in ſententiam oppoſitam prorſus abijſſe uoluerit.

PRIMVM itaq; de cauſa, quænam legitima eſſe poſſet, haberet dubitatio locum, ut totius orbis terrarum epiſcopi ſimul deponi, immo (quod plus eſt) penitus auferri deberent. Nanq; ſiue

maximam eorum intemperantiam, & rerum humanarum abuſum, ſiue faſtum, aut impiam de diuinis opinionem, ſiue ineptiam, aut delirium deniq; attuleris, unde id merito fieri poſſe uideretur, conſtare non poterit. Sint proculdubio ſceleſtiſſimi omnes, ſint prophani, ſint execrabiles, & Dei contemptores, ſint in omni uitiorum genere diffamati, ſint deniq; ferarum omnium peſſimi. Quæ cauſa ſubeſſe poteſt, ut ablatis his, alij, qui in eorum locum ſurrogandi eſſent, ab eo ita ſuſcipiendo munere impediantur, ut ſimplicibus ſacerdotibus pia omnis eccleſiæ demandanda ſit cura? Aut igitur abſq; cauſa (ſi abſoluta eſt Pontificis Romani poteſtas) tollentur omnes, aut nullatenus poterunt auferri.

AT SI legitima adhuc nobis tanti magiſtratus ablationis ſubeſſe cauſa uideretur, nunquid Papa id poſſet efficere, eſt in dubiũ reuocandum. Quippe quum ipſe ſolus toti terrarum orbi ꝑ adminiſtrandis ſacris ſufficere nequeat, ſacerdotibus, qui nõ eſſent epiſcopi præſto eſſe non poſſet. dices, ex ſacerdotibus eligerentur qui exercerent ea, quæ epiſcoporum fuiſſent.

IAM non eſſent ablati prorſus epiſcopi, quomodocunq; ordine, aut ſolo imperio diſtincti ab alijs cenſerent. Aut igitur ſolus Põtifex epiſcopi munera (ſi qua ſunt propria) exercere eo caſu cogetur, aut ponantur epiſcopi à ſacerdotibus alijs operæpretiũ ẽ.

DIFFICILIS profecto cuilibet inquiſitio hæc, & mihi prima facie uiſa eſt, ſed paucis (ut arbitror) abſoluẽda. Quum enim omnes caſus, qui poſſent obtingere, examuſim percurrerim, nullum prorſus præter duos inuenio, quorum cauſa decenter à Pontifice (dum id eius poteſtati conceſſum eſſet) omnes prorſus de medio auferendi eſſent epiſcopi. Primus eſt obſtinata deliberatio principum, qua ita ui ad id decreti Põtifex deduceret, ut ab eo abſtinere non poſſet. Tum ea quidem cauſa non in ſeipſa conſiderata, ſed ipſius Pontificis ratione legitima dicenda eſſet. Quæ ſcilicet tanti facinoris excuſationem facile mereretur. præſertim quã à nequiſſimo principe deſtructio, & ipſius (ſi contigiſſet) totius cleri exidium, aut interminata fuiſſet. Tum ſanè longe minus deteſtabile eſſet epiſcoporum prorſus ordinem auferre, ꝙ totius cleri poſtremam expectare inuerſionem.

ALIVS uero, & inſperatus planè euentus, quo epiſcopi omnes à Pontifice ex cauſa auferendi eſſent, eſt diuinus afflatus.

Qui non ſtatim ſuſceptus, ſed in ieiunio, & oratione à uiris in eccleſia Dei præcipuis, & ipſis Pontificibus ſæpius comprobatur, deſpiciendus non eſſet, ſed executioni mandandus. Occulta ſunt enim Dei iudicia, & incomprehenſibilis ſapientia eius (ut ait Paulus ad Romanos) quæ multa nobis illicita, & iniqua ſecretiori, abditoq; mentis eius ſacrario optima, & æquiſſima iudicantur.

QVI duo euentus ſi pro legitimis habeantur, Iam ſecunda pariter diluitur quæſtio. Si enim primus occurrerit, cogeret id agere Pontifex, & ſi nō ipſe ſolus toti terrarū orbi pro adminiſtratione ſufficeret, Dei prouidentia (ut pro ueriſimili creditur) eo tempore ſuppleretur, quæ nollet ſuum populum derelinquere ſperantem in ſe. Si uero alius caſus euenerit, longe quidem melius poterit id agere pontifex, & confidentius totius Reipub. curam, & adminiſtrationem ſuſcipere, eo enim modo nobiſcum fortaſſe ageret Deus, ut in tranquillo omnia conſtituta, Epiſcoporum proximo non indigerent Imperio.

HAEC Pro eo rationis igniculo, qui ſcribenti mihi eadem ſubminiſtrauit, dictis adieci, quæ à ueritate aliena eſſe non uideo. Sed ad propoſitum redeamus.

CONFIRMATIONIS Officium ſolis epiſcopis conuenire multiplici ratione in dubium uertitur. Cap. III.

O Peratione igitur certa dicebatur epiſcopus à ſacerdote diſtingui, & ea in primis, quam confirmationem appellant. Verum uideamus an id ex ſacris lectiōibus legitime appareat. Nanq; ex Apoſtolorum geſtis. viij. cap. legit. Quum audiſſent apoſtoli recepiſſe Samariam uerbū Dei, miſerunt Petrum, & Ioannem, qui quum ueniſſent, pro Samaritanis orauerunt, ut acciperent ſpiritum ſanctum, nondum enim in quenq̄ eorum uenerat, ſed baptizati tantum erant in nomine Ieſu. Tumq; imponebant manus ſuper illos, & accipiebant ſpiritum ſanctum. Ex hoc Apoſtolos tanquā à ſacerdotibus alienos id muneris exercuiſſe non conſtat. Qui ſi fuiſſent gradu in alio conſtituti, profecto manca, & inſufficiens de ipſorum geſtis ea legeretur hyſtoria.

AT EOS, ut presbyteros, ſeu (ut dicit) puros ſacerdotes manus

impoſuiſſe,

impoſuiſſe, ad Timotheum Paulus cap. IIII. Nos docuit, inquiens, noli gratiam, quæ in te eſt per ꝓphetiam cum impoſitione manus presbyteri tibi conceſſam negligere. Si p̄sbytero (ut apparet in Timotheo) confirmationem contigiſſe, teſtis eſt Paulus, cur & Apoſtoli, idipſum tanquam ſacerdotes puri non agere potuerunt?

AN FORTE dicendum eſt, non uere Timotheum confirmatum, aut Paulum mendacem fuiſſe, quorum utroq; nil fœdius. Si uero præsbyteri nomen ad epiſcoporum appellationem absq; ullo ſacrarum Lectionum teſtimonio arctare uolueris, id temerarij potius, q̄ prudentis hominis uideri poſſe dicetur.

AMPLIVS Ananias, qui non erat Apoſtolus (ne Apoſtolos dicas epiſcopos extitiſſe) poſt admirabilem Pauli conuerſionem quomodo illi manus impoſuit? Non ne inde ipſe, idem per eius impoſitionem ſpiritum ſanctum accepit? ut. IX. Cap. eiuſdem hyſtoriæ legitur.

QVOD omnino ſi uolueris inficiari, quoniam apud Antiochiā inde Paulum unà cum Barnaba. XIII. eiſdem hyſtoriæ cap. commemoratur ab his, qui aderant, impoſitionem manuum accepiſſe, admittemus, ut uideamus, à quibus id beneficij acceptū ſit. Erant (habet locus ille) in Eccleſia apud Antiochiam prophetæ, doctores, inter quos Barnabas, Simon, qui uocabatur iuſtus, Lucius Cirenenſis, Manaben, & Saulus uerſabantur. Quibus ieiunantibus ſanctus Domini apparuit ſpiritus iubens, ut ſibi Paulum, & Barnabam pro eo exequendo munere, cuius gratia illos aſſumpſerat, ab alijs ſegregarent, qui ſanè ſedulo omnes, & ieiunantes impoſitis manibus dimiſerunt utrunq;. Non ne uidere potes, dixiſſe poterat Aemulus, hoc in loco non Apoſtolos, ſed diſcipulos, qui manus imponerent, enumerari? Si hæc igitur uera confirmatio fuerit, à puris ſacerdotibus adminiſtrata (nam diſcipuli neq; epiſcoporum, neq; Apoſtolorum nomine deſcribuntur) Cur ergo ab eiuſdem ordinis hominibus exercere non ualeat?

QVOD ITEM ex Dionyſij de Eccleſiaſtica Ierarchia ca. V. aſſeritur, quædam opera Ierarchis, ideſt epiſcopis diuina lege deberi, confirmationem excludit. Siquidem olei altariſq; conſecratio, & ordinum collatio ibi tantummodo enumeratur.

I DIPSVM ea ratione comprobari poſſe uidetur, qua Philippus. VIII. actuum Apoſtolorum. cap. Baptizauit Eunuchum: Qui quum à nullo alio confirmatus legatur, certe ab eodem, qui non erat Apoſtolus, id muneris creditur accepiſſe.

I D EX Recentioribus Eccleſiæ inſtitutis oſtenditur. Quoniam XCV. diſtin. cap. peruenit. Legitur Gregorium Pontificem maximum, dum ad Ianuarium ſcribit, nonnullos mœrore affici ac- A
cepiſſe, quòd ſimplices Sacerdotes Chriſmate in fronte ſignare, non ſinerentur (abſentibus epiſcopis) id exercendi muneris presbyteris conceſſiſſe. Quod quidem ſi potuit, quomodo hæc operatio peculiaris epiſcopo? Si uero, non potuit, quòd diuino iure fuerit oppoſitum inſtitutum, in errorem inexcuſabilem Ponti- A
fex inciderit opus eſt.

OBIECTORVM SOLVTIONES, QVIBVS oſtenditur confirmationis negocium diuino iure inſtitutum Apo- D
ſtolis prius, deinde ſolis epiſcopis conuenire, ut eorum et Apoſtolorum geſta, Dionyſius, & Pontificum decreta declarant. Atq; ob eam cauſam Gregorium Pontificem, quòd meris Sacerdotibus confirmandi licentiā dederit, aberraſſe. Cap. IIII.

ET in hunc modum probatiorem hac de re ſententiam
a improbāti æmulo diceremus confirmationem diuino iure ex ſolis Apoſtolis authore domino inſtitutam, noſtraq; ideo tempeſtate ſolis epiſcopis merito conuenire. Quòd enim ex geſtis eorum. VIII. Hyſtoriæ cap. Accipitur, noſtrum profecto eſt, ſed ab aduerſario (ſi ſciuiſſet) ea ſolum cauſa id poterat uſurpari, Qua arma, quibus acriter feriendus erat, non ſolum reijcere, ſed in ſui defenſionem, immo ultionem alterius aſſumere uideretur. Si enim poſtquam Samaritani uerbo Dei ſuſcepto baptizati fuerant, prædicante Philippo, cum baptiſmate confirmationem pariter accipere potuiſſent, quid opus fuiſſet à Hieroſolimis, ut Petrus, & Ioannes Samariam mitterentur, qui id ſacramenti per manuum impoſitionē illis iniungerēt? Di- D
ces non ea de cauſa ex Hyſtoriæ uerbis haberi ad eum locum, hos geminos Apoſtolos deueniſſe. Qua ergo cauſa deuenerunt? Nonne, quum dicitur. Quum audiſſent Apoſtoli, qui erant

Hieroſolimis, recepiſſe Samariam uerbum Dei, miſerunt Petrum, & Ioannem, miſſionis eorum exprimitur cauſa? quum uero additur. Qui quum ueniſſent, orauerunt pro Samaritanis, ut acciperent ſpiritum ſanctum, non ne aduentus finis, & intentio explicatur? Nam ſi ad aliud quicquam agendum, quàm ad impertiendum eis ſpiritum ſanctum Samariam acceſſiſſent, illud utiq; fuiſſet expreſſum. Huius etiam ſententiæ facit indubiam fidem, quòd impoſitis manibus, & ſpiritu ſancto illis infuſo inde protinus receſſerunt, ut eamet ibidem narrat hiſtoria. Ab Apoſtolis itaq;, qui diſcipulis authoritate, & dignitate longe præſtabant, ex eo loco accipitur confirmationis ſacramentum conferri, ut tempeſtate noſtra ab epiſcopis adminiſtraretur, qui in locum eorum legitime ſucceſſerunt.

NEQVE QVOD nonnulli ſolemnitate quadam ab Apoſtolis id actum dicunt, ullatenus admittendum cenſeo. Tum ob id, quòd à principio quisnam huius ſacramenti miniſter eſſet idoneus, debebat inſtitui, tum etiam ꝙ nusq̃ alibi legitur id muneris, q̃ ipſos eosdem Apoſtolos exercuiſſe.

QVOD VERO pro ſecunda ratione allatum eſt, per manum presbyteri (authore Paulo) Thimotheum confirmatum fuiſſe, neq; presbyteri nomen ad epiſcopi appellationem absq; ſacræ lectionis teſtimonio aptari debere, facile profecto diluitur Nanq; de epiſcopatu, non de confirmatione dicta ſunt ea Pauli uerba, qui prophetico afflatu uiderat, ſi ordinatus fuiſſet eum in Dei Eccleſia maxime profuturum, ut omnes expoſitores intelligunt. Quum pro epiſcopatu conferrendo non meri ſacerdotis, ſed epiſcopi manus impoſitæ requirantur, conſequens eſt, ut ibi pro presbytero, epiſcopum Paulus uelit exprimere.

PRESBYTERI uero appellatione apud Paulum epiſcopos etiam uenire eiuſdem ad Titum, quam ſcribit prima docet Epiſtola. Et Hieronymus interpræs eius optimus ibidem atteſtatur. Inquit enim huius rei gratia reliqui te cretæ, ut quæ deficiunt corrigas, & conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut, & ego tibi diſpoſui. Si quis ſine crimine unius uxoris uir &c. ſubdens. Oportet enim epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut diſpenſatorem, non ſuperbum &c. Ecce quem Paulo ante inter presbyteros per ciuitates conſtituendos enume-

rat, modo epiſcopum uocat.

ANANIAM DEIN de Paulum non confirmaſſe legimus, ſed ei ſacri Lauacri beneficium iniunxiſſe, Vide ipſe Tu . VIII. (quod ex aduerſo allatum eſt) Apoſtolicæ hyſtoriæ caput. Et hoc ipſum inuenies.

QVVM VERO Paulum & Barnabam ab Antiochia diſceſſuros (ubi erant diſcipuli) manuum impoſitionem accepiſſe, ſubiungitur, confirmatos eſſe concedimus. Ad quem Locum, ubi Eccleſia iam ſatis increuerat, ordinatos epiſcopos ab Apoſtolis miſſos credimus, qui eo uterentur officio. Et forte inter doctorum, & prophetarum nomina connumerantur. Quis enim magis de eo dignitatis apice benemereri poteſt, q̃ qui, aut diuina quadam illuſtratiõe, & ſupercœleſtis numinis contactu futura præſagiat uel humanarum, diuinarumq; rerum eruditione præfulgeat? Quod igitur ex hyſtoria exacte percipi nequit, ratio ſupplere debet. Et Damaſcenus quarti libri capite quarto inquit, multa eſſe ab Apoſtolis acta, & tradita, quæ ſcripta nuſq̃ leguntur.

DIONYSIVS autem Ariopagita magni Pauli diſcipulus, tam bene eſt huius noſtræ ſententiæ fautor, q̃ ipſe ſummæ ſanctitatis, & auhtoritatis uir, Cui credi maxime debeat, illam ipſam alijs explicauit. Quum enim triplicẽ in Eccleſiaſtica ierarchia purgantis, illuminantis & perficientis ſtatuerit ordinem, primum locum perficienti Ierarchæ, ideſt ſacerdotum principi aſſignat, qui ſacerdotibus ordines tribuat, qui olei, & altaris ſanctificationem efficiat. Sacerdotum uero baptizare, eucharistiam cõficere munus eſſe commemorat. Vbi quamuis expreſſa confirmationis facta non appareat mentio, quum illam nequaquam meris ſacerdotibus tribuat, Ierarchæ tamen tacite ab eo reſeruata fuiſſe conijcitur. Atq; ideo quum unguenti ſanctificationem commemorat, ſub nomine eiuſdem, in fidelium frontem (quæ confirmatio eſt) diffuſionem comprehendit. An forſitan minus eſt homines, qui uiua ſunt Dei uaſcula, q̃ templa, & aras iniungere? Quænam item digniora templa, quæ præſtantiores aræ, q̃ homines, in quibus ſpiritus ſanctus inhabitat? Templum ſe Dominus uoluit appellare, dum moriens dixit ſoluite templum hoc, & illud trium dierum ſpacio reſtituam. Ioannis capi. ſecundo. Si minus itaq; Ierarchæ eſt reſeruatum officium, cur ab eo mu

ius, quod tamen cum alio magnam habet ſimilitudinem, ſubtrahemus, & mero dabimus ſacerdoti?

S ED NEq; *eiuſmodi, licet efficaci, perſuaſione contenti ad ipſummet* Dionyſium *ueniamus, qui ſecundo Eccleſiaſticæ* Ierarchiæ *capite* Baptizatum, *ut confirmetur, ad Ierarcham adduci debere nos docuit. Tu eum locum aſpicito. Dices ibidem Ierarcham* Baptizare *deſcribi, quod tamen meris ſacerdotibus congruit. Verum eſt. Sed quum cap.V. ſacerdotum, & Ierarchæ Dionyſius diſtinguit officia, quod huic in uſu erat, eidem reſeruauit, Cætera ſacerdotibus tribuit. Inter quæ quoniam confirmatio non inuenitur, eam ipſam quæ prius Ierarchæ erat in uſu legitime reſeruatam edocuit, ſoluat rationem, qui poterit, dum melius ſe intelligere Dionyſij dicta confidit.*

QVVM VERO *pro alia ratione Philippum poſtquam Samariam Apoſtoli deueniſſent, Eunuchum Eſaiam prophetam legentem, ſed alioqui litterarum ignarum dum curru ueheretur ad ciuitatem, conuertiſſe, & Baptizaſſe ſubiungitur, admittimus. Quoniam Apoſtolica. VIII. cap. Id tradit hyſtoria. Sed eam quidem uériſimilitudinem, qua ab eodem confirmatus fuiſſe dicitur, non approbamus. De hoc enim ibi nulla facta eſt mentio. Ex coniectura autem ſola uelle illud aſtruere, quod Lectioni Sacræ uidetur oppoſitum, arrogantis ſanè hominis eſt, ne dicam parum prudentis. Aut ergo Philippus non confirmauit Eunuchum, aut quemadmodum ab Apoſtolis ſacerdos factus creditur, ut baptizaret, ita etiam ab eiſdem in Apoſtolorum collegium forſitan aſcitus eſt. Quo eundem confirmare potuerit. Neq; alioqui id muneris exercuiſſe credendum eſt.*

GREGORIVM *deinde Pontificem profecto, non mirari, non potui (abſentibus epiſcopis) confirmationis uſum presbyteris conceſſiſſe, ut ad Ianuarium Calagoritanum ſcribit epiſcopum. Quandoquidem & ipſe ſic à patribus datum, & acceptum fuiſſe referat. Et tamen inſanæ hominum petitioni tam facile contra antiquiſſimum Eccleſiæ ritum indulxerit.*

SVNT QVI *eum excuſant, ob id quidem illud egiſſe quòd ſcandalum & perturbationem euitare uoluerit, ſed quæ diuini*

iuris ſunt, ut tumultus euitetur, dimittenda non eſſe uidentur. Tutius enim ſcandalum naſci permittitur, quàm ueritas omittatur. Vt habetur de regu.iur. In ſexto. Neq; omne ita ſcandalum (ut dicitur) euitandum eſt, ſed datum ſolum (ut Theologi referunt) ideſt quando ex defectu aliquo facile, & absq; ullo iuris præiudicio, qui amoueri queat, exoritur. Acceptum autem merito euitari non debet.

ALII VERO, qui epiſcopatum à ſacerdotio ſola iurisdictione diſtinguunt, aſſerunt illius mentis fuiſſe Gregorium. At id quantum ueritati, & Dionyſio officiat, ſatis oſtenſum eſt.

QVI VERO Quo ad actum ſolummodo confirmandi eos ſacerdotes, epiſcopos inſtitutos aſſeuerant, utiq; uereor ſe neſcire quid dicant. Nanq; actus epiſcopalis, ſi epiſcopatum authoritate, ac ordine à ſacerdotio eximunt, alteri ut fiat, demandari non poteſt, niſi etiam ordo, & authoritas eidem pariter conferatur. Aut igitur iurisdictione ſola à ſacerdotio diſtinguitur epiſcopatus, aut actus ille confirmandi ſacerdoti demandari non poteſt.

QVOMODO igitur tantum uirum ab impietatis crimine aut potius imbecillitate animi defenſabimus præſertim, quum de conſecratione cap. Manus. diſtin. V. in decretis legatur, id muneris non niſi epiſcopis Apoſtolorum ſucceſſoribus conuenire. Atq; ideo ſi ſecus factum fuerit, irritum illud habendum eſſe, & inane, neq; unquam inter ſacramenta Eccleſiaſtica reputandum. Non Dicit Melchiades, prohibemus ne ab alijs, q̃ ab epiſcopis, aut ſummis Põtificibus (more Dionyſij) ſacramẽtũ eiuſmodi perficiatur, ſed irritum illud, neq; ullatenus ſacramentum affirmat, quoniam ab alijs confici, aut conſumari non poſſit. Quicquid garriat ibi gloſatellus interpræs. Vſq; adeo Pontifex iſte non fortaſſe ſicuti authoritate, ita nec ſanctitate Gregorio inferior (Nanq; ſanctitati martyrium addidit) ſic diuini Dioniſij ſententiam eſt imitatus, ut ne uerba quidem ipſius, dum illud exprimeret, immutari uoluerit. Quod etiam recentiora Pontificum iura extra de ſacra unctione confirmant.

QVARE ITA Gregorius excuſandus eſt, ut neſciret, ſe contra diuinam inſtitutionem agere, dum id meris ſacerdotibus indulgeret. Putabat enim cum eis facile diſpenſari poſſe, quo-

niam ab eorum etiam ordine non diſcreparet. Errauit ergo Gregorius inſcitia potius, quàm prauitate, quæ nunquid ipſum excuſet à crimine, nec ne, habet dubitatio locum. Eſt enim ignorantia quædam, quæ craſſa eſt, ut dici palam ab omnibus conſueuit, quæ hominem non excuſat, ſed damnat, qua quis quæ omnibus patere debent, & ſunt ipſo iure decíſa, non percipit. Hanc huius conditionis eſſe non puto ſaluo ſemper meliori iudicio. Nempe illius tempore ſacramentum confirmationis declaratum non erat, à meris ſacerdotibus attentatum, eſſe irritum, ac ita prorſus inane, ut Pontificis etiam diſpenſatione perfici, aut celebrari non poſſet. Quum uero id poſtea Ecclesiæ iudicio, & expræſſione potius, quàm conſtitutione patuerit, Si quis ignoraret, utiq; excuſari non poſſet. In hunc itaq; modum (ut reor) Gregorij innocentia ſeruatur illæſa. Quodq; illi ſacerdotes egiſſent, licet irritum fuiſſe crediderim, ipſi tamen eadem cauſa ab omni culpa redditi ſunt immunes. Et qui uero confirmationis ſacramento donati non fuerant, quamuis decepti eſſent nihil propterea, quo ad animæ ſalutem eis diminutum, fuiſſe fatemur, Tum quia id ſacramentum non niſi ad incrementum gratiæ neceſſarium eſt, Tum etiam quia eius uim ex bono fidei actu Deus ſupplere facile potuit, ac eos quibus uiſum eſt dari, tam firmos, & fortes efficere, ut eam, ſacramenti ui, non aliunde uiderentur gratiam conſecuti. Dicat in hac re melius, qui ſentit, In qua ſanè malo cum Dionyſio errare, ꝗ cum cæteris bene ſentire.

DE ORDINIS COLLATIONE QVAESTIONES complures, Deq; nouenario, qui triplicem Ierarchiam conſtituat, ordinum numero. Solos etiam epiſcopos ordines poſſe conferre, & aras inungere. Cap. V.

D E ordinis quoq; collatione, ꝙ ſit Pontificibus etiam propria, dubitare cum Luthero poteramus. Præſertim, quia ex Theologis nonnulli ſunt, qui eam quoq; operationem, & multo melius, quam confirmationem

meris ſacerdotibus tribuant. Nanq; *naturalis cuiusq; rei diſpoſitionis eſſe uidetur illud, quod in ſe habet, alteri poſſe communicare, ut quod in ſe ipſo continuari non patitur, per traditionem, in altero perpetuum efficiatur, quum itaq; ordo, ita ſe habeat, dum in aliquo eſt, ab eodem in alium transfundi poſſe non indecere uidebitur.*

I D V E R O *Eccleſiæ uſus ſatis comprobare uidetur, quo quidem (ut habetur extra de ordinatis ab Epiſcopo qui renunciauit*. *Capi. primo) meris ſacerdotibus iniunctum eſt, ut minores ordines ſua authoritate conficerent*. *Quod ſi ſolis epiſcopis conueniſſet, per nullam certe iurisdictionis poteſtatem id ab eis arripi potuiſſet, niſi uellemus forſitan dicere minores ordines eam ſacramenti uim nequaquam habere, qua maiores ſunt præditi, quod unde acceptum eſſet, haud facile compertum eſt.*

C V R E T I A M *ſi epiſcopus, epiſcopum facit, Sacerdos nequit ſacerdotem efficere? Vel ſi ſacerdos, Qui Diaconi ſacramentum ſuſcepit, per ſacerdotij gradum illud exuperat, Cur eſt, quod multo melius, quam epiſcopus epiſcopum quem non ſuperat, Diaconum conſecrare non poſſit*

Q V A N D O I T *em ſacramenti ordine inſignitur ſacerdos, non ſolus epiſcopus, ſed etiam alij eiusdem generis ſacerdotes capiti illius manus imponunt*. *Quibus & ipſi ſuam in conſecratione authoritatem iniungere uideantur.*

S V N T H A C *in parte, qui dicant primo ordines ex diuina inſtitutione ab alijs conferri non poſſe, quàm à Pontificibus ſummis, qui communiori uocabulo epiſcopi appellantur, eo quòd Dominus, ut ſententiarum magiſter aſſeuerat, & ſatis pulchre deducit, omnes illos in ſuo corpore nobis exhibuit*. Nanq; *ipſe ſummus Pontifex erat, & princeps*. *Verum quum poſtea uiderint Eccleſiæ uſum minores ordines pati, immo ſtatuere, ut à presbytero conferantur, Dicunt non ex poteſtate ordinaria, ſed ex ſpeciali, aut generali quadam commiſſione à meris ſacerdotibus adminiſtrari.*

A T Q V A E S O *mihi reſpondeant, ſi ex inſtitutione diuina, hoc habeant ordines, ut à ſolis epiſcopis conferantur, Cur eſt, quòd generali, aut ſpeciali poteſtate minores à ſacerdotibus*

concedi poſſunt. Habet ne Pontifex ipſe poteſtas ſuper his, quæ à diuino iure fundata ſunt? Nõ ne hæc omnia immutabili quadam prærogatiua ſubſiſtunt? Aut igitur dicendum eſt non ex inſtitutione diuina ad ſolos epiſcopos pertinere ordinum collationem, Quod tamen ſatis ex Dionyſij ſententia eſt ſuperius improbatum, aut nulla Pontificis commiſſione fieri poſſe, ut ab alijs conferantur. Quum ipſi idem nihil efficerent. Quemadmodum de confirmationis ſacramento iam patuit, & iura apoſtolica declararunt.

AMPLIVS quæ nam urgens cauſa ſubeſſe poteſt, ſi ordinum collatio diuino iure ad epiſcopum attinet, ut Pontifex ſacerdoti eam uoluerit conceſſiſſe? Non neceſſitas, quum nulla quidem appareat, neq; aliquid aliud, non ergo id enunciari tam facile debuit.

NEQVE an omnes minores ordines, uel quidam ſolum à ſacerdotibus conferantur, exponunt, neq; textus. cap. primi de ordinatis ab epiſcopo, qui renunciauit, & caſus noſtri diuerſitatem examinant. Quippe ſi renunciauit epiſcopus loco tantum (inquit textus) & non dignitati, tenet ordo collocatus. Si utriq;, aut ordines illi maiores ſunt, & ſic ordinati eos exercere non debent, aut minores, & tunc exerceant ordinati, quum ab alijs, q̃ ab epiſcopis illi ipſi ordines tradi in eccleſia conſueuerint. Comparatio igitur epiſcopi, qui reſignauit, ad ſacerdotem in minorum ordinum collatione, ſi quo ad exercitium fiat, nulla eſt. Nam quærimus nunquid uere ordo ab alio, q̃ ab epiſcopo conferri ualeat, quomodocunq; exerceri eum, uel non exerceri conceſſum ſit. Si uero quo ad ordinis communicationem facta eſt comparatio, inter maiores, & minores non debebat ſanè ulla diſtinctio fieri. Nam ita maiores ſicuti minores ab eo, qui reſignauit, & loco, & dignitati optime conferuntur. Quoniam ſuſpenſio, quæ prohibet actum, ſacramentum prohibere non poteſt.

ADDE, q̧ hi met de minoribus (nulla diſtinctione facta) eos in uniuerſum à ſacerdotibus conferri poſſe pronunciant. Quum tamen. xxiij. diſtin. cap. pſalmiſta: Solus pſalmiſtæ ordo conferri à presbytero permittatur. Et diſtin. lxix. cap. quod uidemus, et cap. non oportet, et de ætate et qualitate cap. Quũ

contingat, Conſecratis abbatibus usq; ad lectoris gradum, ita ordinum collatio concedatur, ut ex minoribus exorciſtæ ſolum, & accoliti epiſcopo reſeruati eſſe intelligantur.

QVAMOBREM quum uideam eccleſiæ uſum eſſe, & .vij. ſynodi deciſionem, ut habetur .lxix. diſtin. cap. quod uidemus. ut ex minoribus quidam à ſacerdotibus, et Abbatibus collati p legitimis habeantur, horum ipſorum collationem ex diuina inſtitutione epiſcopis debere non arbitror. Ea enim apud me eſt inconuincibilis ratio. Si diuino iure epiſcopis ordinum omnium collatio debeatur, ut ad ſacerdotes id officium transferri non poſſit, Si teneamus ſacerdotium ab epiſcopatu, non ſolum iurisdictione, ſed etiam ordine, & natura diſtinctum. Reliquos ergo duos exorciſtæ, & accoliti ordines cum maioribus ex inſtitutione diuina epiſcopis conuenire dicemus. Huius autem conuenientiæ ea ratio eſſe poteſt, qua expellendi demones officium quod exorciſtæ proprium eſt, & bonis operibus inflammandi homines, Quod accolito conuenit, maiori cum gratia traditur, q̃ inferiora. Nam inmundos, & excommunicatos pellendi (quod oſtiarij eſt) & legendi munus (quod eſt lectori tributum) non tanti, ut reliqua illa duo eſſe uidentur. Atque ideo minus neceſſaria ſunt, & ferè inter ſacros ordines connumerari non debent. Nam cap. ſuperius allegatum de ordinatis ab epiſcopo, qui reſignauit, maiores ſolum ſacros appellat, cum quibus duo alij, ex quo nequeunt, niſi à ſolis Pontificibus tradi, optime connumerantur.

AT DICES quomodo ſeptem numero ſacri ordines habebuntur, demptis duobus? Non ſeptem ſolum ad ſeptiformis ſpiritus diuiſionem dicemus, ſed plures. Si enim ordo gradus quidam eminens in eccleſia ſit, quo aliquid agi poſſit, & epiſcopatum ſtatuimus ordinem, ut Dionyſius ſtatuit, qui ordinem eo modo capi. ſecundo eccleſiaſticæ ierarchiæ definit. Et ſi ad archiepiſcopatum quoque primatum, & patriarchatum transferre illum uelimus, nullam profecto uideo rationem, quæ id nobis prohibeat. Nam gradus iſti ſunt unus eminentior alio, & quicquam diuino etiam iure poteſt ſuperior, quod inferiori non conuenit, ut à certis peccatis abſoluere, ut maiores, & minores, & plenarias denique erratorum indulgentias tradere.

Quibus etiam in eorum conſecrationibus ſui deſignati caracteres imprimant. Qui ordines inferiores purgent, illuminent, & perficiant. Purgent correctionibus, & exemplis; diſciplina, & eruditione illuminent, & denique ſanctitate perficiant.

V NDE (BEATI *Dionyſii more) tres eccleſiaſticas iuxta totidem angelorum ponere poterimus ierarchias, quas nouem conficerent ordines, ut enim terrenus iſte pietatis cultus cœleſti ſimilis efficiatur, illumque uelut exemplar, cuius ipſe imago eſt, totis uiribus imitetur, uideri poterit nouenario potius, quàm ſeptenario numero debere ordinum ſanctificationem deſcribi. Quod ſi gratum uidebitur, ex patriarchatu, primatu, & archiepiſcopatu primus nodus inſurget. Nam tres iſti gradus, & officia magis inter ſe conuenire uiſuntur. Ex epiſcopatu, ſacerdotio, & diaconatu media conflabitur ierarchia, eo ꝙ ſunt inuicem certa magis conditione conſimiles. Ex ſubdiaconi uero accoliti, & exorciſtæ inſignibus poſtrema conficietur. Primus nodus actu quodam ferè iuriſdictionis connectitur, nanque indulgentias maiores tradere, & à maioribus peccatis abſoluere iuriſdictionis eſſe uidetur. Quum tamen ea iuriſdictio ſacramentalis exiſtat, ꝙ ſacramenti uim & authoritatem inſequitur. Vnde poteſtas eiuſmodi mixta merito debuit appellari. Si dices. Ergo iuriſdictionis ab ea, quæ ordinis eſt, nullo pacto diſtinguitur, abnegabimus. Nanque duplex iuriſdictio eccleſiaſtica eſt, temporalis, & ſpiritalis, temporalis ab ea, quæ ordinis, prorſus eſt ſuo iure diſtincta, neque ordinis ſacramentum, ſed ſolam electionem inſequitur, unde epiſcopus ante conſecrationem poteſt ius dicere, beneficia conferre, & alteri etiam, ut puta ſuo ſuffraganeo, ut ordines conferat, quum nullum in ſe prius ſuſceperit, demandare, ut de electione cap. ſuffraganeis legitur. Spiritalis uero iuriſdictio ordinis ſacramentum inſequitur. Abſoluere enim, indulgentias tradere, & alia eiuſmodi ordinatis ſolum conueniunt. Vnde ſi quis ſententiam huiuſmodi defenſare uoluerit, opus eſt, ut primati, archiepiſcopo, ſummo Patriarchæ, qui Romanus eſt Pontifex, eſſe quoſdam caſus, & indulgentias reſeruatas intelligat. Ea authoritas*

in ſacerdote quanta fuerit ignoratur, in epiſcopo, magna utiq; creditur, ſed quanta ſit etiam ignoratur. In archiepiſcopo adhuc maior, licet ignota ſit. In primate ſimiliter, & patriarcha maior, & in ſummo Pontifice maxima. Neq; id nefas eſſe uidetur, quoniam multa ſunt, quæ Deo nobis ad plenum reuelare non placuit, ſed probabili coniectura ſuſpicamus. Vnum te moneo Pontificem Romanum patriarcham eſſe, & ſic cum alijs in ordine uno & eodem conſtitui, ut ſummus autem Pontifex in altiori ordine, & ſolus conſtitutus eſt. Neq; ordinum nouenarius numerus propterea uariatur, quoniam primatum, & archiepiſcopatum unum dicimus conficere ordinem, ob id q̄ uterq; peculiari nomine metropoliticus appellatur.

IN HVNC modum ſi quis hanc ſententiam explicaret, fortaſſe refragari non poſſet. Attamen rectius puto eum dicturum, ſi non neceſſe dixerit præter eminentiæ gradum in eccleſia, peculiarem in unoquoq; ordine (excepto iurisdictionali) actum requiri, qui dignitatem & electionem ſolam ſequatur. Quo dato eminentiæ ordines facile ſaluantur omnes, & infinita, quæ poſſent fieri diſſoluuntur obiecta.

SECVNDVS autem ordinum nexus non iurisdictionis eſſe dicetur, ſed potius circa eucharistiæ ſacramentum cõſiſtere. Diaconus enim eius materiam præparat. Epiſcopus altare & ſacerdotem inungit, ipſe uero inunctus, & conſecratus ſacerdos conficit ſacramentum.

TERTIA, & ultima ierarchiæ connexio in ſubminiſtratione iſtius eiusdem ſacramenti conſiſtit, Quoniam ſubdiaconus diacono materiam tradit, & accolitus monet, ut ad orandum exteriori, & interiori uirtutum lumine ſe aſſiſtentes accendant, hic uero idipſum exequitur, & ſtudet, ut exorciſtæ malos demones abigat, ut in pace tanti ſacrificij tempore omnia cõquieſcant.

IN HVNC itaq; modum nouem in eccleſia ordines ſanciuntur, & ſi nulla unq̃ ſynodus nec conſtitutio aliqua uiſa eſt, quæ usq; ad eum numerum eos accumulet. Neq; error ullus eſt in hoc Pontificijs, aut ſynodalibus conſtitutionibus contraire in his, quæ non ſunt oppoſita fidei, neq; in præiudicium tertij ſentiũtur.

ISIDORVS enim Diſt. xxi. cap. cleros. nouem & ipſe ſed alio modo connumerat. Sententiarum magiſter cum communi

theologorum ſchola abiecto pſalmiſtatu (ſi liæt dicere) ſeptem inſtituit. Canoniſtæ ferè omnes cum Iſidoro pertranſeunt.

QVID ergo tanti mali, aut abſurdi erit, ſi & nos Dionyſium partim, partim ſacros canones imitati alium ita (ut ſcimus) ſacrorum ordinum nouenarium ſtatuamus?

QVOD ſi ſupra epiſcopatum nullum penitus ſtatuatur, non uideo quomodo nouenario, & ſeptenario numero deſcribanť, & minores duo à preſbytero conferantur. Nam ſi ſacros eos uoluerimus appellare, ita ut caracterem habeant, & diuina inſtitutione epiſcopo eorum collatio tribuatur, à presbytero conferri non poſſunt. Quinq; igitur erunt in hunc modum ex theologorum ſententia, qui diuina inſtitutione ad ſolos epiſcopos attinet, ut conferantur. Septem uero ut ſentiunt canoniſtæ. Duo autem reliqui aut non ſacri appellabuntur, aut humana inſtitutione non inuenti, ſed presbyteris conuenire dicentur, Quod tamē non uideo quantum probabilitati conſentiat.

EX HIS facile obiecta prius omnia diluuntur. Non enim corporalis eſt ordinis qualitas, quæ per actionem naturalē in alio ualeat ſibi ſimilem procreare. Nam & ordinis, & caracteris animæ impreſſi, quiſpiritalis qualitas quædam eſt, aut forte ſolus reſpectus (ut alij ſentiunt) Dei opera proxime fiunt, ſolus epiſcopus miniſter eſt, & quicunq; alia ſacramenta diſtribuit. Nō ergo ſacerdos merus ille ipſe eſt, qui ordines conferre poſſit, eo ꝙ illos in ſeipſo contineat. Si dixeris unde nam illud habetur, ex Dionyſio intellige, qui diuina lege ita inſtitutum eſſe commemorat. Et puto duobus ex ſcripturæ locis id Dionyſium accepiſſe. Primus exodi. xxix. & .xxx. & leui. viij. cap. ubi ex domini præcepto Moyſi iniunctum fuiſſe legitur, ut Aaron ſuper capite oleo inungeret, ueſtemq; illomet unctam acciperet, & Eleazarum, ac alios filios eius indueret, ut pro Aaron quandoq; ſacrificarent. Conſtat autem Moyſem de maioribus ſacerdotibus fuiſſe, & filium ſummi ſacerdotis unctum debere hæc facere omnia, quæ ordines apud nos, & altaris conſecrationem ſignificant. Alius locus eſt, qui ex apoſtolorum geſtis accipitur. Quū enim manuum impoſitio pro confirmatione ſolis epiſcopis, qui erant apoſtoli, reſeruata fuiſſe legatur, multomagis ordinum ſacrorum collocatio eiſdem ſolis competere creditur. Nam ſupra confirmationis ſacramētū ordo gratiā, & authoritatē accumulat.

EOS VERO qui permittuntur à ſacerdotibus, aut abbatibus conſecratis conferri, iam dictum eſt ex inſtitutione diuina epiſcopis non conuenire, & fortaſſe iij inter ſacros ordines connumerari non poſſunt. Quicquid aſſerant alij, & canoniſtæ præcipue. Quia ſi aliter ſentiant, uereor ne ſint ſibiipſis contrarij. Textus uero ille cap. primo. de ord. ab epiſcopo, qui renunciauit &c. ita minores ordines à ſacerdotibus conferri accipit, ut à minori argumẽtũ faciat; & epiſcopum, qui & loco, & dignitati renunciauit, ab eorum collatione non fuiſſe ſuſpenſum inducat. Qui tamen ſi maiores contuliſſet, actum illi prohibitum exercuiſſet, fit ergo ibi comparatio inter ſacerdotis authoritatem conferendi minores, & uſum epiſcopi q epiſcopatui renũciauit.

EPISCOPVS autem epiſcopum facit, quoniam ita diuina inſtitutione decretum eſt, & ideo ſacerdos ſacerdotem non efficit. Neq; etiam diaconum creare poteſt ſacerdos, & ſi magis eũ ordine, q̃ epiſcopus epiſcopũ ſuperat, eamet ratione, quam diximus, uidelicet ꝙ omnium uerorum ordinum collationes maioribus ſacerdotibus merito debeantur.

QVANDO uero conſecratur ſacerdos, ideo ſacerdotes alij una cum epiſcopo illi ſupra caput manus imponunt, non ut ipſi ſuam partem ordinis impartiantur, ſed ſacramenti ſuscepti teſtimonium afferre omnibus uideantur. Ex ordinis itaq; collatione item apparet epiſcopum alium à ſacerdote diuinitus inſtitutum fuiſſe.

TERTIA etiam, quæ olei, templi, & altaris conſecrandi operatio eſt, quin epiſcopo debeatur, à nemine tollitur, niſi forte id dixerint, qui ordinum collationem presbyteris tribuunt, multo melius eiſdem competere debuiſſe. Quibus quomodo reſiſtendũ eſt, paucis abſoluemus.

NON ENIM epiſcopo debetur olei, aut aræ cõſecratio, quoniam dignior eſt. Sed ob id, ꝙ ſacrificij altaris perfectio ſine actu ſuperioris compleri non poteſt. Licet igitur ſacrificij ſacramentum longe quidem maius ſit, q̃ ſanctificatio olei, aut ordinũ ipſorum collatio, tamen ex quo quibusdam perfectionibus, uel potius adminiculis, & quidem neceſſarijs indiget, factum eſt, ut ſuperior illa condonet.

DIGNIOR itaq; uno modo epiſcopi ea operatio eſt, alio autem (ſi liceat dicere) indignior. Dignior quidem ratiõe authoris,

& quoniam eandem, quæ ſacerdotis eſt, in illo ipſo ſupponit. Nanq; epiſcopus ſacerdos prius exiſtat operæpretium eſt. Minus autem digna ſi ad celebrationem ſolam ſacrificij cõferatur, Id eſt, qđ Dionyſius q̃nto cap. eccleſiaſticæ ierarchiæ, Ierarchæ præſtantiorem, q̃ ſacerdotis actũ eſſe commemorat, quaſi ex omnibus eius actionibus unam conficiat. Id uero exodi. xxix. & xxx. cap. ſimili modo accipitur. Vbi omnis unctio ad Moſis, qui maximus ſacerdos erat, officium pertinere comprehenditur.

NON SEMPER A SVMMIS SACERDOTIbus factas eſſe regum, aut Pontificum unctiones. Cap. VI.

At his paucula adijcienda ſunt. Nam ſi Moſes ſummus erat ſacerdos, quum is unicus eſſe debuerit, apud populum iſrael, quid oportebat ſummum alium inſtituere pro olei in caput infuſione? Non legitur præterea Moſem ſummo eſſe ſacerdotio præditum. Sed à Dauide inter ſacerdotes cũ Aaron enumeratum fuiſſe.

RVRSVS Sadoch, qui nondum ſummi ſacerdotii apicem cõſecutus fuerat, iuſſu patris Salomonem in regem iniunxit, ut ex iij. regum primo capite legitur.

CVR etiam nume. xx. traditur Moſem Eleazarum loco Aaron ſolo ueſtium pontificalium indumẽto abſq; ulla de olei in caput effuſione mentione facta, in Pontificem ſurrogaſſe.

ET DEniq; (ut primi paralipomenon ultimo capite habet hyſtoria) ſtatuto die, quo pro Salomonis regis celebratione feſta, ac exultatiſſima ſacrificia fieret, uniuerſæq; Dauid iuberet eccleſiæ, ut prius benediceret domino, quem adorauerat, & poſtea Saloni, ab eccleſia in regẽ ſecũdo unctus ẽ Salomon, & ipſe quoq; Sadoch ab eadem in Pontificem unctus eſt. Præcepit enim (habet textus) Dauid uniuerſæ eccleſiæ, ut benediceret domino, & paulo infra, unxerunt autem eum ſecundo .i. Salomonem in principem, & Sadoch in Pontificem. Quod pluralis numeri uerbum non niſi eccleſiæ, & minoribus ſacerdotibus aptari poteſt. Quamobrem non à rege aut ſummo ſacerdote ſemper fiebat. Pontificis ſacramentum.

EX QVO nobis quoq; licet inſtitutum accipere, quum ſaltem caſus eueniret ille, quo omnes ſimul epiſcopi perijſſent.

Tum quidem opus eſſet, ut epiſcopus à meris ſacerdotibus eli- geretur, ungeretur, conſecraretur. Hæc autem electio & conſe- cratio ſi licita, & ualida ex inſtitutione diuina, ab epiſcopis tantum quomodo celebrabitur? Item cur modo, etiam ꝗ ſit ipſo iure prohibita, ſi tamen fieret, tenere non poſſet? Nanq; (ut di- ctum eſt) actus prohibitio authoritatem non tollit.

CVR ETIAM Paulus ad Timoth. iiij. cap. deſcribens epi- ſcopi conditiones, ſtatim nulla ſacerdotis facta mentione, ad diaconum tranſit? Cur idem ipſe Paulus (ut loca alia dimitta- mus) prima ad corinth. xij. cap. membra chriſti cõnumerat, ubi inter epiſcopos, & ſacerdotes nullam differentiam facit. Poſuit enim (inquit) dominus in eccleſia primum apoſtolos, ſecundo prophetas, tertio doctores, deinde uirtutes, poſtea gratias cura- tionum, adiutoria, gubernationes, genera linguarum, interpre- tationes ſermonum &c. et ad Ephe. iiij. præter dictos, euange- liſtas enumerat.

RESPONSIONES AD PRAEDICTA, ET quomodo ſummus erat ſacerdos Moſes & maiores ſacerdotes, qui ungerent, habebantur apud Hebræos. Cap. VII.

CErte tam dearticulate iſtam materiam proſequor, ut in tam difficilis, & parum ab alijs pertractato negoc- cio (ſi fieri poſſit) fidelis animus conquieſcat. Nõ enim mordicus (more Lutherij) peragenda ſunt hæc, ſed cura, ſtu- dio, diſcuſione, ut elucea t ueritas. Moſem itaq; ſummum (ſi ſa- cerdos fuerit) habeamus oportet. Rei uero huius certiſſimo no- bis eſſe debet indicio, ꝗ ei maxima & regendi, & imperandi, & ſacra omnia inſtituendi, & cum domino à facie ad faciem collo quendi authoritas inerat, ut Geneſeos, & Exodi, & aliorum uoluminum atteſtatur hyſtoria. Omnis uero authoritas ſacerdo tio iuncta ſi maxima eſt, maximum illud inſtituit. Inter ſummos igitur ſacerdotes ratione (ut reor) inconuincibili collocandus eſt Moſes. At quoniam ſacrificijs ipſe uacare non poterat, ope- ræprecium fuit, ut iuſſu Domini in ſacerdotem ſummum elige- ret & conſecraret Aaron, Cuius officium in adminiſtrandis ſa- cris ſupremum eſſet, & alijs ſacerdotibus, & toti præeſſet eccle- ſiæ. Iuriſdictione igitur Moſes uidebatur (prout erat) fratre ſu- perior,

perior, ſacerdotio par, ſacrificio, & Eccleſiaſtica gubernatione quodammodo inferior, q̃ ſi ex Pſalmis Dauidis ipſe, & Aaron frater ſolum in ſacerdotibus habeatur, ratio tamen oſtendit ſummo ſacerdotio præditum illum fuiſſe.

SADOCH, Salomonem in regem inunxit. Neq; ſummum ſacerdotem id officij, in regem exercere debere compertum eſt.

NVMERI uero quod cap. XX. Legitur, ſano et ſufficienti ſenſu ſupplendum eſt. Non enim in Eleazaris conſecratione Moſes (quod erat exodi. XXIX. Capite præceptum à Domino) olei, ſcilicet in caput diffuſionem prætermiſiſſet. Atq; ideo credendum eſt illam proculdubio adminiſtraſſe. Multa enim à ſuperioribus omittuntur interdum, quæ ex conſuetudine, & frequenti, alias facta commemoratione præſumuntur intelligi.

FVERE AVTEM Salomon, & Sadoch ab Eccleſia inuncti, ſed (aduerte) maiores illos fuiſſe ſacerdotes intelligo, quos ſub uniuerſalis Eccleſiæ nomine paralipomenon refert hyſtoria. Etſi enim Iſraeliticæ pietatis ordo in ſacerdotes, & leuitas paſſim diſtribui legitur, Tamen infra ſacerdotem ſummum certo tempore adhuc maiores, & minores eum arbitror habuiſſe, qui eſſent leuitarum ordine ſuperiores, quum enim Dauid. XXIIII. Paralip. cap. Præparat miniſteria templi XXIIII. Sacerdotes eligit, quos ebdomadarios appellamus, qui quotidie in templo ſacrificarent; ſexdecim ex deſcendentibus eleazar. VIII. ex deſcendentibus Ithamar. His præfecit Sadoch, & Abimelech, qui ſacerdotes erant, ſed minime in XXIIII. Deſignatorum numero Conſtituti, q̃ eorum principes habebantur, quum igitur ultimo cap. Dicitur Sadoch unxerat in ponti. de Abimelech poteſt intelligi, qui erat illi par, & ſuper alios ipſe à Dauide conſtitutus. A quo etiam Salomon fortaſſe, & ſecundo inunctus eſt. Dicitur uero in plurali numero unxerunt, quoniam licet unus fuerit, à quo ungeretur uterq;, tamen quum plures ibi alij ſacerdotes aſſiſterent, eiſdem id muneris tribuere hiſtoria uiſa eſt.

NEQVE mirum eſt à ſacerdotibus quandoq;, qui reges non erant, unctos fuiſſe reges, atq; Pontifices, dummodo ſemper à ſacerdotibus conſecratio facta eſſe intelligatur, & minores ſacerdotes à maioribus ſint ſemper inuncti.

ITA SANE apud nos defuncto Pontifice epiſcopi electum Papam inungunt, qui ſunt ſacerdotibus alijs, & ipſo quo ad or

dinem electo ſuperiores. Sed ſi omnes euentu aliquo fatis pariter conceſſiſſent, Tum Deus ipſe quod meri non haberent Sacerdotes ſuppleret, ac ex frequenti, & intenſa populi oratione de conſecrationis modo notitiam traderet. Quod ſi ſtatueret eos idipſum facere, quod conſueuiſſent epiſcopi, ea quidem authoritas, tum primum illis tradita pernoſceretur. Quos modo illam propterea habere poteſtatem minime inferendum eſt.

PAVLVS Vero Apoſtolus per epiſcopum modo presbyterum, modo ſuperiorem intelligit, nam (ut dictum eſt ſupra) nomina uniuscuiusq; communia uidebantur. Et ideo ille ipſe ad Timotheum ſcribens ab epiſcopo ad Diaconum tranſit, eadem enim uita epiſcopi eſſe ferè debet & ſimplicis ſacerdotis. Ad Corinthios autē prima, dum Apoſtolos nominauit, utroſq; pariter intellexit. Quos tamen duplicis ordinis fuiſſe conſpicuum eſt. Nondum enim magna (quo ad iurisdictionis exercitium dico non authoritatem) erat inter utrunq; diſparitas. Placuit autem Paulo ad Ephe. His addere etiam Euangeliſtas, & ſi ſub doctorum nomine comprehendebantur, ut magis ſpecialem illius officij faceret mentionem.

DE SECVNDO LOCO, A PRINCIPIO LIbri huius propoſitis quæſtionibus, & de Apoſtolorum ab alijs diſcipulis facta diſcretione. Cap. VIII.

EXpedit modo non ut Lutherio faciamus ſatis, qui ſtatuit in tenebris ambulare, ſed nobis & alijs, qui Lucem ueritatis inquirimus, inueſtigare, an Apoſtoli Sacerdotes à Domino priusq̄ decederet, ſoli, uel unà cum alijs diſcipulis, & quibus uerbis fuerint inſtituti. Item de diſcipulis. Si ab eodem ſint Sacerdotij inſignibus honeſtati, ubi, nam illud in Euangelijs legitur. Et de epiſcopatus inſtitutione, nunquid ſoli Petro à Domino dum ageret in humanis, uel poſt obitum collatus ſit, Item de Apoſtolis alijs, nunquid epiſcopi creati à Petro, uel à Domino fuerint, ut Luceat ueritas, et fidelis animus congeſcat.

IN PRIMIS itaq; id animo habendum inter diſcipulos domini, quoſdam Apoſtolos appellatos fuiſſe, qui duodenario numero deſcriberentur. Reliqui uero ſeptuaginta duo connumerantur, Qui non ita officio, gratia, miniſterio, Domino uidebantur

coniuncti. Nam poſtq̃ audita Ioannis proditione à Nazareth Capharnaum Galileæ ciuitatē acceſſiſſet iuxta mare littus deambulans Petrum, & Andream fratres à piſcatione uocauit, deinde Iacobum, & Ioannem Zebedei filios reficientes retia ad ſui uota deduxit, ut. III. Mathei cap. perhibetur. Deinde in Chriſtianum (ut Ioannes primo cap. tradit) Philippum Simonis, & Andreæ conterraneum aduocauit. Qui quum Natanahelem fratrem legis, & ſcripturarum peritum fuiſſet de aduentu Domini allocutus, ipſum eundem Dominus in ſui familiam traxit. Nicodemum etiam iudæorum principem ad ſe nocte uenientem conuertit. Vt. III. Ioannis cap. accipitur. His quotidie unà cum alijs diſcipulis, de quorum uocationibus apud ſcripturas non eſt facta mentio ſpecialis, Dominus prædicabat. Nam Mathei. V. cap. Habet hyſtoria, ipſum poſt eorum (quos modo referebamus) uocationem cum turbis in montem aſcendiſſe, ad quem diſcipuli accedētes nouæ legis præſtantiſſima documenta ſuſciperēt: A' quo quum deſcendiſſet, cum diſcipulis, & turbis mundato Leproſo, ſuſcitata, quæ defuncta erat, puella, ſanata Petri ſocru, binis illuminatis cæcis, pluribus à demonibus liberatis, unà cum diſcipulis Galileæ fretum adnauigans, domatis uentis, dicto Paralitico. Surge & ambula, Matheum in Theloneo ſedentem in familiam conuocauit, & Paulo poſt cum eo, & diſcipulis alijs diſcumbere uiſus eſt. Quum apud Matheum Leguntur hæc, non fuere Apoſtoli ab alijs diſcipulis ſegregati. Verum quū ex populo complures morbis afflictos, et demonibus uexatos chriſtus inſpiceret, diſcipulis ait, meſſis quidem multa operarij autē pauci. Tumq; primum duodecim ex diſcipulis conuocauit. Quorum primus fuit Petrus, & ſecundus frater eius Andreas. Quibus præcipiens dixit, ite, prædicate, & dicite, uicinum eſt regnum Dei, infirmos curate, leproſos mundate, demones eijcite, mortuos ſuſcitate, gratis accepiſtis, gratis date &c. Hæc Matheus. X. ſuæ enunciationis capite texuit. Hæc eadem, quum Lucas. IX. Suæ hyſtoriæ cap. Retulit, poſt Apoſtorum conuocationem cap. X. Inquit, poſt hæc autem deſignauit Dominus alios ſeptuaginta duos, quibus eadem ferè ad unguem iniunxit, quæ prioribus iuſſerat.

VARIA HAEC NOn uno, & eodem tempore à Domino ex diſcipulis facta delectio non ſine myſterio creditur pro

diſſe. Nanq; ſi nullum inter hos, & illos uoluiſſet diſcrimen intelligi, ſimul omnes proculdubio conuocati fuiſſent. Ex eo etiam differentia eiusmodi capi poteſt, quòd dum Hieroſolimam moriturus accederet, ſuſcepit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto, & ait illis, ecce aſcendimus Hieroſolimam, & filius hominis tradetur, ut habet Lucas. XVIII. Et Mathe. XX. &c. Item in cœna duodecim à Matheo. XXVI. Et Mar. XIIII. Et Luca. XXII. cap. Connumerantur. Quorum etiam pedes præcinctus linteo lauit. Quibus eisdem (excepto Thoma, qui unus erat de duodecim) in die reſurrectionis apparuit, ut Ioann. XX. legitur. Et Lucæ. XXIIII. De duobus diſcipulis redeuntibus ab emaus in Hieruſalem, qui duodecim ſimiliter congregatos inuenerat. Idipſum Paulus Apoſtol. Prima ad Corinthios. XV. cap. ſentit, dum inquit. Tradidi uobis q͂d accepi, quoniã Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris, ſepultus eſt, reſurrexit tertio die, & apparuit Cephæ, & poſtea undecim, deinde plusq̃ quingentis fratribus. Idipſum Petrus, (ut habent Apoſtolorum geſta cap. i.) confirmat, dum loco Iudæ alium inſtituendum, ut duodenarius eorum numerus compleretur, per concionem fratres hortatur.

RATIONES, QVIBVS ASTRVI MERITO uideretur poſt Domini paſſionem in Sacerdotes fuiſſe Apoſtolos inſtitutos. Cap. IX.

Qvum itaq; alij fuerint Apoſtoli, & alij diſcipuli Domini. De illis primum īueſtigandum eſt, ante ne, uel poſt, eius paſſionem inſtituti fuerint ſacerdotes. Poſſet igitur alicui fortaſſe uideri poſt eius obitum, id muneris eos accepiſſe, quum Ioannis. XX. Habeatur illis Chriſtum in die reſurrectionis apparuiſſe, dixiſſeq; accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittantur eis &c. Nam authoritas remittēdi peccata ad ſacerdotij ordinem ꝑtinet. Quum itaq; eo tempore Apoſtoli poteſtatem illam acceperint, tum primum eos ſacerdotio præditos fuiſſe facile crederetur.

NEQVE ꝙ Mathei. XVIII. Omnibus dictum eſt, quodcunq; ligaueritis erit ligatum, & quodcunq; ſolueritis ſolutum, eis tunc abſoluendi forſitan data eſt illa poteſtas, quoniam futu-

ri temporis enunciatio ea eſt, & ſpiritus ſanctus nondum aduenerat, quo authoritas, & exequendi modus pariter ſuſciperetur ab eis. Fruſtra ſanè agendi facultas alicui dari uidetur, niſi ab ea ſtatim operis executio ualeat proficiſci. Iuſſum eſt autem apoſtolis Hieroſolimis ne diſcederent, ſed expectarent paracleti promiſſionem à patre, qui illis ipſis omnia quidem ſuggereret, quæcunq; dicturus eſſet Ieſus Lucæ. XXIIII. Et Ioan. XIIII.

QVOD etiam Mathei. XXVI. cap. recenſetur, dum una cum duodecim diſcipulis Dominus epulatus poſt cœnam pani, & calici benedixiſſet, idq; ſuum eſſe corpus et ſanguinem monuiſſet, quem ederent, biberentq;, & quotiescunq; uellent, in ſui memoriam eo modo conficerent, tum ſacerdotii poteſtatem ab eo collatam non cogit, quoniam ſimiliter ſpiritus ſanctus nondum aduenerat. Vna enim, & eadem ratio eſt de ligandi, ſoluendiq; poteſtate, & de illa, quæ ad Eucharistiæ pertinet ſacramentum, eo ꝙ utraq; ab uno ſacerdotij ordine initium ſumit.

QVOD item ea ratione deduci poteſt, qua Dei perfecta ſemper ſunt opera, ut in Deuteronomio. XXXII. cap. Canitur. At ſi quando data fuit ligandi, & conſecrandi poteſtas, ſacerdotes inſtituti eſſent Apoſtoli, imperfecta quidem fuiſſet ea inſtitutio uiſa, quum remittendi, & relaxandi peccata poteſtas nondum aduenerat, quæ duce ſancto ſpiritu poſt paſſionem ſuſcepta eſt. Bis igitur, aut ter eandem Apoſtolis Dominus ſacerdotij dignitatē conceſſit, aut ultimo loco dumtaxat, ut quod factum ab eo eſt, perfectius, & abſolutius quoad fieri poſſet, factum eſſe intelligatur. Suggerenda enim plura à ſancto eis ſpiritu, anteq̃ decederet, Dominus pollicebatur, quæ ad id magiſtratus negocium neceſſaria ſummopere uidebantur. Longe autem præſtantius eſt eruditum, conſumatumq; hominem, quàm ignarum in ſacerdotem inſtitui.

LONGE ANTEQVAM DOMINVS E VITA migraret Sacerdotij inſignia Apoſtolos ſuſcepiſſe, & tum quidem, quum pro curanda fidelium meſſe ueluti præſtantiores fuerunt ab eomet Domino conuocati. Cap. X.

AT in oppoſitum ea planè ratio eſt, qua ſi ita res haberet non appareret locus, ubi Apoſtoli à Domino fuiſſent

in epiſcopos ordinati. Et ſi enim uerbis illis Ioannis ultimo, paſce oues meas. Petrus eſt in Pontificem deputatus (ut nonnulli aſſeuerant) de alijs tamen id audiri non poteſt. Item ſi uiuente Domino, inſtituti ſunt Apoſtoli, pro eijciendis demonijs, & eos quidem eijcerent, pro curandis intrinſecus, & extrinſecus ægris, & eos curarent, pro ſuſcitandis mortuis, & ueriſimile eſt illos ſuſcitaſſe. Nam dictum eſt Mathei. X. Meſſis quidem multa, operarij autem pauci, Cur eſt, quod relaxandi, aut retinendi peccata, quod ſacerdotis officium eſt, poteſtatem non tantum illos habuiſſe, ſedet exercuiſſe nō credimus? Satis. n. ante obitū ad ea pagenda munera, ob innumeram expectātium multitudinem fuerant à domino deſtinati. Quod quidem efficere uanum fuiſſe reor, niſi ſuo uitæ tempore eadem, eos agere uoluiſſet. Alioquin pluribus operarijs illam hominum meſſem non indigere dixiſſet, neq; ob eam cauſam ſtatim duodecim nominatim Apoſtolos inſtituiſſet. Rurſus Mathei, & Marci ultimis cap. Eiſdem Apoſtolis intimatur, ut eant, prædicent, doceant, & Baptizent uniuerſas hominum nationes. Cur itaq; id, quod ſacerdoti proprium eſt, non egerint, nullam ſanè uideo rationem. Neq; quod eos uiuente domino aliquem Baptizaſſe non legitur, Dicendum eſſet propterea non actum illud, ab eis. Multa enim & Dominus, & ipſi egerunt Apoſtoli, quæ minime in ſacris codicibus inueniuntur.

VERVM SI oſtenderimus uiuente Domino, diſcipulos non unum, ſed plures Baptizaſſe, non ne illos ſacerdotij, iam munere præditos eſſe dicemus? At lege, & conſidera Ioannis Euangelium. IIII. cap. Diſtinctum, & diſcipulos electos, quos Apoſtolos uocitamus, inuenies, qui antequam Ioannes præcurſor eius fuiſſet in carcere poſitus, affatim Babtizabant. Inquit enim, ut ergo cognouit Ieſus, quod audiuerant Phariſei ſe plures diſcipulos, facere, & Baptizare, quàm Ioannem (quanquam ipſe quidem Ieſus minime, ſed eius diſcipuli Baptizarent) reliquit Iudeam, & denuo in Galileam profectus eſt. Hæc Ioann. Baptizabant ergo, non ſolum uiuente Domino diſcipuli eius, ſed etiam antequam Ioannes carceribus traderetur. Eos autem ſacerdotes non eſſe tunc, & ſacerdotij propriam gerere actionem tam abſurdum eſt dicere, quàm aliquem ſine pedibus ambulare.

QVID ENIM urgere potuit Dominum uelle, ne Sacerdotes effecti, quod ſuum erat, ſed ſine Sacerdotio agerent? Nulla ſa-

nè utilitas, aut neceſſitas excogitari poteſt, qua nondum ſacer/dotij acceptis inſignibus Chriſtus id Baptizandi muneris Apoſtolos exercere uoluerit. Dices forſitan, quia non potuit. Qui momento condidit uniuerſum non potuit? An quia gratiores ſibi ſine ſacerdotio uiderentur? Quod dicere nefas eſt, nanq; per illud ei magis ſimiles credebantur. Neq; minori efficaciæ, id tribuen/dum eſt. Quoniam ſi ſacramentum Baptiſmatis maiorem, & minorem efficaciam ſuſcipit ratiõe miniſtri, quanto hic dignior eſt, atq; præſtantior, tanto quidem efficatius conferetur.

QVAMOBREM ſaluo ſemper meliori iudicio, tum primũ Apoſtolos ſacerdotij inſignia ſuſcepiſſe dicendum eſt. Quando duodenario numero eos ab alijs Dominus ſegregauit. Non enim meſſis illa multa corpore languidorum, aut Demoniacorum erat ſolum, quæ operarijs pluribus indigeret, ſed etiam infidelium, qui ad Chriſti conciones, & exempla conuerſi re/generationis, & fluminei purgamenti beneficio curarentur. Ex altera enim parte trans Iordanẽ Ioannes (qui ante Dominum cœperat) Baptizabat, ex altera ab ipſo eodem Ioanne iam Dominus Baptizatus, & utrinq;, utriusq; diſcipuli Baptizabant, quo factum eſt ut Phariſeorum inuidia (qui legi prorſus abroga/tum iri, maxime uerebantur) alter eorum in uinculis coniectus ſit, alter in Galileam abierit, quia nondum uenerat hora eius. Id Euangelica Ioãnis me docuit ſeries. Tu eam quæſo conſidera,

NVLLAM SACERDOTII POTESATEm apoſtolis, poſt ſegregationis eorum diem, Sed exercendorum, aut conficiendorum ſacramentorum formam à Domino fuiſſe con/ceſſam. Cap. XI.

QVum itaq; Ioannis. XX. diſcipulis dictum eſt, accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remit/tantur eis, nequaquam ſacerdotij munus, uel poteſtas iniungitur, q̃ iam huius facultatis officia ſæpius exercuiſſent. Sed ut magis eos ad hominum conuerſionem, ad Euangelicæ pietatis incrementum, ad ſacramentorum diſtributionem ac/cenderet, dominus ſancti ſpiritus dono repleuit, ac ueluti igni/tis eloquijs, ardentibus animis, ea omnia fortius, q̃ unq̃ alias, agerent, irent quocunq; uellent, & ad extrema hinc inde terra/

te latuerat.

NON imperfecta igitur inde licet, ne minimum quidem opera ſeruatoris inferre, quod dum idem ſæpius impartiri uidetur, confirmat, explicat, & ad conſumationem deducit. Quod enim paulatim, & per gradus certo temporis ſpacio uirtutis, & authoritatis acquiritur, id ſanè ſtabilius eſſe uidetur, quàm quod ſubito comparatur. Et iuxta non ſolum authoris uires, ſed etiam ſuſcipientium capacitatem tradenda eſt hominibus diſciplina. Erant à principio ignari quidem apoſtoli, quos elegit Deus, ut quæ contemptui mundo erant, digniora quæq; confunderent. Ignari inquam erant, atq; ideo ad Chriſti pietatem conuerſi, licet ſtatim admirabilia uiſi fuerint agere, non tamen omnia religionis myſteria penetrabant. Voluit.n. Deus, ut quũ homines ipſi eſſent, humanæ quoq; imbecillitati daretur locus, ut alij etiam quum ſeſe homines agnouiſſent, ſimiles illis fieri poſſe confiderent.

QVEM modum, quam proficiendi formam in ſeipſo Chriſtus rerum omnium cognitor, & creator eadem cauſa, ut uerum hominem atteſtaretur, exhibuit. Scriptum eſt apud Lucam euangeliſtam.ij.cap. dum de ipſius in templo admirabilibus concionibus agit, ſcientia illum proficere, & ætate. Si uoluit ergo ipſe, qui Deus erat, hominem atteſtari, cur nolimus eius apoſtolos, qui non homines, ſed ignobilia potius hominum uaſcula dicebantur, ſuam naturæ infirmitatem oſtendere uoluiſſe?

EA DEniq; nobis ratio ſuffragatur, qua ſi uariæ ſacerdotij à domino diſcipulis ſunt traditæ poteſtates, neq; ſimpliciter uno tantum actu omnes iniunctæ, Vbi de extrema hominum unctione data authoritas inuenietur? Id nobis Iacobi tantum epiſtola inſtituit, dum cap. ultimo meminit, ægreſcit ex uobis aliquis, eccleſiæ ſacerdotes aduocet, quem oleo in nomine domini ungant, ut pia oratione, tam ab ægritudine, quàm à peccatis (ſi fuerint) ualeat liberari. Hæc Iacobus. Hæc inquam ungendi poteſtas, aut nũquam à Domino eſt tradita, aut quum apoſtolos conuocauit. Quod ſi mihi conceſſeris, cur non eum ſimiliter alias omnes una, & eadem inſtitutione contuliſſe fateberis? Vnius enim ordinis ſacramentum, caracter unus, una impreſſio, inſigne unum, unicam quoq;, atq; indiuiſam inſtitutionem expoſtulat. Quæ ſane oẽs inde pendentes (etiam ſi eſſent innumeræ) agendi facultates amplectitur. Id autem in ſacris codicibus factum eſſe, nullo alio in

loco inſpicitur, ſine iuſta ratione præſumitur, q̃ quum uocati, ab alyſq; ſe lecti fuerunt apoſtoli. Ea igitur tempeſtate illos ſacerdotij munera ſuſcepiſſe dicemus.

ALIOS CHRISTI DISCIPVLOS QVI ſeptuagintaduo numero deſcribuntur uiuente Domino inſtitutos fuiſſe. Cap. XII.

Reliqui autẽ diſcipulorũ. lxxij. numero deſcripti fuerũt ne ſacerdotes, & quando, ex dictis facile cõſtare poterit. Si enim in ſolicitudinem operandi pro catholica pietate adiuncti ſunt alijs, illi uero nõ niſi ſacerdotes, quod ſuum erat, explebant, Hi ſacerdotio prediti eisdem officijs uterentur, oportuit. Vnde Lucas euangeliſta. x. cap. in hunc modum ſecundam hanc inſtitutionẽ deſcribit. Poſt hæc aũt deſignauit Dominus, & alios ſeptuagintaduos, & miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem, & locum, ad quem ipſe uenturus erat, & dicebat illis. Meſſis quidem multa, operarij aũt pauci, & poſt, paucis interiectis, eisdem nouæ legis rudimenta tam exacte cõmemorat, ut nihilo ab apoſtolis differre facile uideantur. Trãſeo quod ex Ioannis. xx. accipitur. Eos. ſ. unà cum alijs ꝑpter metũ iudeorum congregatos fuiſſe, Quando reſurgens Dominus illis apparuit, & dixit. Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittantur eis. Non. n. ueriſimile eſt ſolos formidine actos in locũ unũ apoſtolos conueniſſe. Sed clarius id Lucas aperuit. xxiiij. ſui euangelij. cap. dũ illam Domini apparitionẽ in die paſchatis duodecim, & alijs factam cõmemorat, & duos ex diſcipulis, qui Emaus oppidũ petebant, uiſo Domino redeũtes duodecim, & alios inueniſſe, q̃bus omnibus denuo Chriſtus apparuit. Iamq; relaxandi, & retinendi peccata poteſtatem dediſſe pariter declarauit. Quid de manuũ impoſitione à diſcipulis Paulo, & Barnaba facta dicemus? qui nõ erant Apoſtoli, ut xiij. cap. apoſtolicæ hyſtoriæ tradit̃. Erant. n. (dicitur) in eccleſia Antiochiæ ꝓphetæ, doctores &c. Quid de ipſo eodẽ Barnaba, qui inter ſeptuagintaduos cõmemoratus collega datus ẽ Paulo? Quid de Anathanaele uiro doctiſſimo extra duodenariũ illum numerũ cõſtituto Philippi fratre? Quid de Nicodemo Iudeorũ Principe, & alijs? qui ſolo diſcipulatus nõie contenti apoſtolorũ

gloriā non dicā ſuperaſſe, ſed proculdubio æquaſſe conſpecti ſunt? Si illi igitur uiuente Dño ſacerdotes fuerint, hi quoq; ueritati conſentaneū eſt, ut eodē tpe in ſacerdotum numero collocarentur.

SOLVM PETRVM A DOMINO IN HVMAnis agente epiſcopum inſtitutum fuiſſe compluribus rationibus uentilatur. Cap. XIII.

Nunquid aūt Apoſtoli præter Petrum (nam de eo nulla dubitatio eſt) epiſcopatus apicem, nec ne à dño dum uiueret, ſint aſſecuti, modo paucis abſoluēdū eſt. Quodq; prima facie ex ſacris lectionibus obſeruādū apparet, eſt ſolum Petrum à Chriſto id muneris accepiſſe. Nanq; ad eum tanto cum animi affectu & ſingularitate cōuerſus, & beatum, & Eccleſiæ fundamentum appellans in cœleſtium clauiū traditione, in paſcendarū, & quidem ſpiritalibus alimentis animarum officio, eſt allocutus, quanta ex alijs neminem.

DE IAcobo poſtea, qui ex Alpheo patre cognomē acceperat, legitur, ipſum hieroſolimorū fuiſſe ab apoſtolis epm inſtitutū. Et in decretis Anacletus Pontifex. lxvij. diſt. cap. Porro. inqt à Petro, Ioāne, & alio Iacobo Zebedeo eiuſdē loci archiepm ordinatū fuiſſe. Vnde conſecrādorū epōrū formā (dicit) q non niſi à tribus eiuſdē ordinis fieri queat, accipimus. Cōſtat aūt ſi à Dño, anteq̄ à diſcipulorū oculis ſubtraheretur, ipſe in epiſcopū fuiſſet aſſumptus, nō opus fuiſſe, ut denuo ab apoſtolis crearetur epus. Quū igitur pro certo habeatur ab eis illū id honoris, & conſecratiōis officiū accepiſſe, palā eſt, neq; ipſum, neq; ex apoſtolis aliū (excepto Petro) ſeruatoris tpe epum extitiſſe. Nam qua rōne (excluſo Iacobo) creati alij dicerentur? Quū oēs qdem apoſtoli certis, & numeri, & officij legibus aſcripti fuerint, Quibus catholicam pietatē paſſim p totū terrarū orbem diffunderent, & ppagarēt.

ET q in ſeipſa hæc Iacobi inſtitutio continet, de alijs quoq; ita id uerum eſſe nos doceat, ipſam quæſo conſidera. Si enim conſecrationis eſt forma, ut à tribus epiſcopis debeat celebrari, Quū Iacobus à Petro, Ioanne, & altero Iacobo creatus ſit Pontifex, ſequitur, ut duo reliqui Ioānes. ſ. & Iacobus à ſolo Petro fuerint epiſcopi conſtituti. Atq; ita de cæteris aſſerendum eſt, eos ſcilicet à ſolo Petro tanq̄ eorum Principe dignitatem, & adminiſtrationem eiuſmodi ſuſcepiſſe.

I D IPSVM ex Clementis epiſtola accipi poteſt, ubi Petrum principem & ordinatorem apoſtolorum appellat.

I D IPSVM Marcelli Papæ epiſtola (cui eſt adhibēda fides) atteſtari uidetur, dum ad Romanam ſedem omnes confugere hortatur, ut ex uno, & eodem loco protectionem, & conſecratio nem accipiant.

S I Q VIS præterea ſcripturæ locus eſt, ubi communem hanc à Domino inſtitutionem factam cōſpiciamus, in medium addu catur. Non. n. quādo epiſcopus factus eſt Petrus, facti ſunt alij, quia nullum eſſet inter eos authoritatis diſcrimen. Neq; qñ ſingi latim eos delegit, q tum primum ſacerdotes creatos fuiſſe iam di ctum eſt. Aliæ etiā ligandi, & ſoluendi, remittendi, & relaxan di peccata, conſecrandiq; traditæ poteſtates epiſcopalem digni tatem non arguunt, quoniam ea omnia mero ſacerdotio tribuū tur. Vbi igitur ſcriptum illud inuenimus? uel unde rationis etiā ſuffragio extorqueri licebit?

O PPOSITVM uero potius recta interpretatione deduci poſ ſe uidetur, dum ex apoſtolorum geſtis Paulum & Barnabā ab apoſtolis manuum impoſitionem accepiſſe notatur, quam epiſco palem inſtitutionem Leo eſſe uoluit. lxxv. diſtin. cap. quod aūt. Nanq; Petrum illos inſtituiſſe credendum eſt, qui expreſſam pō tificij authoritatem acceperat.

A MPLIVS ex unius hominis propagine humanum totum factum eſt genus, ut maior inter mortales eſſet amicitiæ uis, atq; conſenſio, ut in apoſtolica. xvij. cap. (authore Paulo) pertracta tur hyſtoria. Eadem itaq; ratione ut inter fideles chriſtianæ reipu blicæ adminiſtratores, maior ſanè affinitas, & dilectio ſpectare tur, credendum eſſe uidetur, immo proculdubio ſentiendum à ſo lo Petro gradatim alios omnes Pontifices produxiſſe. Quod pla nè ex uetuſtiſſimo moſaicæ obſeruationis inſtituto facile compro baretur. Sapientiſſimus enim, Deoq; gratiſſimus Moſes (ut apud exodi librum. xxix. capi. legitur) ſummum unum ſacerdo tem Aaron. ſ. fratrē conſecrandū à Domino accepit, à quo ſacer dotes alij quod ſuum eſſet, acciperent.

I N hunc itaq; fortaſſe modū rectius diceretur, Petrum ſolum à dño habenas terreni huius impij ſuſcepiſſe. Qui deinde Ioānē primo, poſtea ex Zebedeo Iacobū epos inſtituerit, q ternario cō fecto nūero mox hieroſolimitanū antiſtitē pariter conſecrarit.

NON SOLVM PETRVM, SED ETIAM Apoſtolos alios à Chriſto (licet longe diſpariter) una, & eadem uerborum ſerie epiſcopos inſtitutos fuiſſe. Cap. XIIII.

AT hæc quidem ſententia dura nimium uidebitur alteri, ſi recta ratione penſitauerit omnia. Quum pari quodam conſortio à Domino omnes planè Apoſtoli fuerint ab alijs ſegregati, quibus (nullo excepto) dum poteſtatem aliquam tradere uiſus eſt, ſemper alloquitur, atq; idem iniungit officium. Et licet quadam gradus diſparitate ſuper alios Petrũ conſtituere uideatur, nõ tñ tanta differentia comprehendi poteſt inter ipſum, & alios, quanta inter merum ſacerdotem, & q epiſcopali dignitate potitur. Duo.n.loca ſunt, ex qbus Pontificem factum Petrũ in euangelio accepimus. Aut quũ claues Regni cœlorũ Mathei.xvi.cap. illi Dominus tradit, aut Ioãnis.xxi. quũ paſtorem ouium, & adminiſtratorẽ illum inſtituit. Tã hic, q̃ ibi alijs quoq; apoſtolis epiſcopalem poteſtatẽ dediſſe cõpertũ eſt. Hic paulo ante illa paſcendi, quæ ſoli Petro tãq̃ principi dicta ſunt uerba, ut ſpiritum ſanctũ accipiant, & quorum remiſerint peccata, eiſdem remiſſa intelligant, locutus eſt omnibus (Iudicare de peccatis, & illa remittere, uel retinere ad eum quidẽ pertinet, qui errores taxare debet. Hic uero talẽ ſe præſtet alijs opus eſt, quales eos eſſe cupit, quos etiam uerbo, & exemplo in beatæ uitæ ſemitam dirigat, ac ueritatis ſpiritu enutriat. Quod ſanè paſtoris officium eſt.) Ibi aũt quũ magnifica illa, & nunq̃ ſatis laudata uerba facit, & reſerãdi Cœlos authoritatem iniungit, non ne alijs allocutus eſt omnibus? quibus plurali numero quemnam ſe dicerent interrogatis, pro omnibus Petrus reſpõdens illũ Dei uiui filium dixit, & conſequenter pro ſe, & alijs traditam poteſtatem accepit. Nõ ergo ſolus ipſe à Domino, ſed unà cum alijs, aut ne ipſe quidem fuit epiſcopus inſtitutus.

DICAMVS itaq; ex Mathei, & Ioannis uerbis conſtare ſolum Petrum alijs principem datum, ſed nõ impertitam illis epiſcopalem poteſtatem fuiſſe, nequaq̃. Et ad id afferri poſſent rationes innumeræ, quas profecto diſſoluere meus nõ ſufficeret animus. Sed illas breuitatis cauſa preterimus. Iacobum uero Alfei filium illis à commemoratis tribus in hieroſolimitanum preſulem ordinatum neq; euangelica, neq; apoſtolica, neq; paulina

tradit hyſtoria. Egeſippum uero, quem Hieronymus de uiris il-luſtribus, & prius Euſebius Cæſarienſis in authorem allegat, illud partim commemorat, partim omittit, ut ab Euſebio accepimus. Inquit.n. ipſe ab apoſtolis, nulla facta mentione de commemoratis tribus, hieroſolimis epiſcopum inſtitutum Iacobum, qui cognominatus eſt iuſtus, qui ex matris utero ſanctus uinum, & ſiceram non bibit, neq; ex animali cibo depaſtus, neq; tonſus, neq; unctus unq̃, aut balnei beneficio uſus eſt. Solus Clemens q̃ primitiuæ eccleſiæ hyſtoriam texuit, ut ipſe idem Euſebius meminit, ſexto diſpoſitionum libro illud aſſerere uiſus eſt. Petrus.n. inquit Iacobus, & Ioannes poſt ſeruatoris noſtri aſſumptionem, quamuis ab ipſo eodem cæteris ferè præpoſiti fuerint, eam tamen principatus gloriam ſibi uendicare non auſi ſunt, ſed Iacobum apoſtolum, qui dicebatur iuſtus epiſcopum inſtituerunt. Inde Anacletus Pontifex conſecrandorum epiſcoporum formã nobis traditam eſſe cõmemorauit. Clemens iſte an ſit tantæ authoritatis uir, ut illi refragari non liceat, neſcio. Sed dictũ eius, & ſententiam quo ad præſens negocium pertinet, accipiamus. Verum non eo modo, quo deductum eſt ſupra. Nanq; omnes apoſtolos epiſcopos inſtituit Dominus, Petrus autem, Iacobus, & Ioannes Iacobum ut inſideret hieroſolimis, conſtituerunt. Non q̃ epiſcopalis authoritas ab eis illi conceſſa ſit, ſed ſpeciali quodam officio ad definitum locum legitime, & duce ſancto ſpiritu deſtinata. Adde q̃ ſi tres illi Iacobum epiſcopum creant, quomodo Petrus Ioannem, & alium Iacobum primo quidem ſolus, deinde altero comitatus epiſcopos potuit ordinare? Aut igitur dicendum eſt omnes ante à Domino epiſcopalis officij authoritatem ſuſcepiſſe, aut non opus fuiſſe Iacobi electionem à tribus apoſtolis celebrari. Quod ſi de conſecrandi modo intelligendum eſt, ut accipit Anacletus, à noſtra ſanè nihil ſententia diſcrepat. Aliud enim conſecratio eſt, aliud inſtitutio epiſcopi. Nanq; hæc ab illa ſuapte ſemper natura ſupponitur.

ET VT noſtra facilius ſententia comprobetur, non ignotorum authorum, & quibus neſcitur an debeat læto animo haberi fides, ſed apoſtolicæ hyſtoriæ, quam Lucas euangeliſta compoſuit, ſententiam adducemus. Nanq; uolens Petrus (qui caput collegij, prout erat apoſtolici, uidebatur) apoſtolum alium in Iudæ locum ſufficere ſuadens pro inſtaurando numero, quem

inſtituit dominus, ut unius electio fieret, ex ſacris Dauid le-ctionibus illud aſſumit, quod ſcriptum legitur, & epiſcopa-tum eius accipiat alter. Ex quibus ſi ad propoſitum concionis eius uerba aptare uelimus, ex profeſſo quidem apparet Iudam, qui laqueo ſe ſuſpenderat, epiſcopum ante domini proditio-nem fuiſſe. Quod uero ex Clementis epiſtola accipitur, ſatis ac-ceptum eſt. Petrum enim & Principem apoſtolorum, & ordi-natorem ideſt in uita, moribus, & diſciplina inſtitutorem di-cimus. Quæ quidem ordinatio ad paſtoris officium pertinere dignoſcitur.

QVOD ETIAM Marcellus Pontifex adſtipulatur, non utique inficiandum eſt. Nanque non de apoſtolis (ſi recte me-mineris) ipſe locutus eſt, ſed de alijs quibusque, & preſertim, qui ſuis temporibus habebantur, epiſcopis. Congruum ſanè multum, & rationi conueniens uidebatur, ut à primæ ſedis epiſcopo, dum ipſe idem uoluerit, Reliqui omnes, & dignita-tem, & defenſionis iura ſuſciperent. At de apoſtolis, quum an-te Petrum Chriſtum humani generis ſeruatorem (dum uiueret) principem habuiſſent, decentius ab eo q̃ à Petro ea ſunt digni-tate, & authoritate donati.

LOCVS autem in euangelio, ex quo Pontificatus ſummus Pe-tro conceſſus accipitur, iam ſupra commemoratus eſt. Quum ſcilicet dominus fundamentum eccleſiæ illum, Mathei. xvi. capi. inſtituit. Alios quoque ſimul epiſcopos creatos eſſe non ambigo, quamuis illud textus nequaquam exprimere uideatur. Quippe quum dominus (ut dictum eſt) omnes alloquitur, & quem nam ſe dicerent omnes interrogat, ut ad eam, quam pau-lo poſt Petrus protulit confeſſionem, & intelligentiam excita-ret, ex eoque modo conferendi magiſtratus myſterium pande-ret, pro omnibus loquenti, & reſpondenti Petro, & alijs pariter Pontificiam dignitatem, & poteſtatem conceſſit.

EA VERO inter hos & illum ex ea uerborum ſerie differen-tia accipitur, qua magnifice quidem, & ſingulari quodam ap-paratu ſe ad Petrum conuertit, qui pro alijs locutus eſt, & ex æterni patris reuelatione ſacratiſſimum in uno, & eodem uaſculo collocatæ diuinitatis, & humanitatis myſterium pe-netrauit.

QVID de Pauli, & collegæ Barnabæ per manuum impoſitio

nem munere iniuncto dicendum? memineris.xiij.hyſtoriæ apoſtolicæ textum aſſerere, tum eos apud Antiochiam commorari, ubi pluribus qui aderant commemoratis, de apoſtolis nulla prorſus fit mentio, quum hieroſolimis degerent uniuerſi. Sed id quo ad propoſitum pertinet, nullius quidem momenti eſt. Nam ſiue pro confirmatione, ſiue pro epiſcopatu manuum illa impoſitio facta intelligatur, quum neq; Paulus, neq; Barnabas ex duodenario apoſtolorum numero fuerint, non indecet eorum quempiam, à Domino antequam decederet, epiſcopum non inſtitutum fuiſſe.

QVOD uero Deus ex uno tantum homine totum mortalium genus proficiſci uoluerit, ut maiori amicitiæ uinculo connecterentur, optime factum putamus. Sed quum ſeruator ipſe, qui Deus erat, maximus Pontifex eſſet dum uiueret, maiorem quidem nexum beniuolentiæ ſuis apoſtolis tradidit, dum eos omnes pariter Pontifices ſtatuit, q̃ ſi ſolus Petrus illud efficere potuiſſet. Quũ enim omnes ab uno eorum capite Deo, & homine ſeſe epiſcopos inſtitutos, Petrumq; ſibi poſt illius obitum principem datum agnouerint, tanti beneficij memores, illi arctius obſequi, ac obedire coacti ſunt. Longe enim maior eſt Dei optimi maximi pro continendo in amicitia humano grege, quàm hominis authoritas.

QVOD de Moſe, quem apud exodi hyſtoriam legitur ſummi inſtituendi ſacerdotis iuſſum à domino accepiſſe allatum eſt, noſtram à propoſito ſententiam nullo pacto diuertit. Non.n.nouæ legis omnia ad unguem, quæ apud ueterem obſeruationem habentur, ſunt imitamina. Noſtra.n.quandoq; inuenta ſunt plura, aut quæ patres illi à domino acceperunt, in meliorem formã redacta, à priſca illa conſuetudine receſſerunt.

VERVM de Iuda nunqđ à dño fuerit epiſcopus inſtitutus habet dubitatio locum. Nanq; Ioan.vi.dicit Dominus uos elegi.xij.& unus diabolus eſt. Vbi expoſitores omnes eo tẽpore Iudã malum eſſe confirmant. Non ergo erat epiſcopus Iudas, quoniã authoritas epiſcopalis neceſſario fidem ſupponit. At id ſcrupuli facile tollitur, quũ.n.dixit Dominus ea uerba diſcipulis, aut tunc omnes iam fuerant epiſcopi inſtituti, aut ſi non prius erant inſtituti epiſcopi, q̃ ſtatim poſt Petri confeſſionem (quã omnes credimus te eſſe Dei filium dixerat) Dominus ea uerba protulerit, ſignificant

rit, ſignificans non omnes unius mentis exiſtere, dicemus non ad fidem eum referendum eſſe Sermonem, ſed ad malum Iudæ animum, qui licet eo tempore crederet Chriſto, tamen malis cogitationibus, quibus cæderet facile, uexabatur. Atq; ideo diabolus eſt appellatus. Non enim credendum eſt, tunc ipſum animo concæpiſſe Domini proditionem, quæ plurium poſt dierum ſpacio eſt ſubſecuta. Nam deinceps ſæpenumero Chriſtus ex Iudea in Galileam, & ex Galilea in Iudeam, ubi complura miracula fecit, profectus eſt. Item Mathe. XXVI. Legitur ex cupiditate unguenti precioſi in caput eius diffuſi, quod pluri uendi poterat, Iudam ad ſacerdotum principes abyſſe, & de Chriſti proditione pactum feciſſe, et triginta argenteos accæpiſſe, Quod quidem quarta feria, quæ proxime diem cœnæ præceſſerat, factum eſt, & Ioan. XIII. cap. dicentē et cœna facta, quum diabolus iam miſiſſet i cor, ut traderet eū Iudas gloſa exponit, ideſt p̄cedēti die, quo illū ſacerdotibus uendidit, tum primum malam de Dn̄o habuiſſe mentem, & fidem, non antea creditur. Atq; ideo quum Ioann. VI. Dicitur ex. XII. Electis diabolus unus eſt, Non habetur Iudam Domino non crediđiſſe, quando Pauloante cum alijs eſt epiſcopus inſtitutus. Vel ſi ante illa Domini uerba, quæ apud Ioann. Vi. cap. habentur una cum Petro diu omnes Apoſtolos, epiſcopos inſtitutos fuiſſe dicamus, nihil forſan erit abſurdi. Nam tum primum Petrus non cofitetur Dei filium Chriſtum, ſed iā cognouiſſe, & crediđiſſe commemorat. Ait enim ad quē ibimus? uerba uitæ æternæ habes, & nos credimus, & cognouimus, Quia tu es chriſtus filius Dei. Vbi notandum eſt uerbum cognouimus. Quando itaq; cognouerunt eum, pariter crediderunt, quando etiam epiſcopi inſtituti ſunt ad Petri confeſſionem. Quum uero poſtmodum Chriſtus dixit unus ex uobis diabolus eſt, ſi ad fidem ea referenda ſunt uerba, iam Iudas una cū alijs epiſcopis inſtitutus, tum primum à fide deficere ſignificatus eſt. Idq; aſſeruit Petrus, ut in Apoſtolorum geſtis. I. cap. legitur, uolens enim. ut loco iudæ, alius eligeretur, inquit ſcriptum eſſe in Pſalmis & epiſcopatum eius accipiat alter. Cur uero & apoſtolus, & epiſcopus Iudas à Domino effectus eſt, ex Auguſtino, ſed ex Chriſoſtomo melius quidem accipitur, nam ille quando Apoſtolus electus eſt Iudas, malum eſſe aſſeruit, Chriſoſtomus autem minime. Malis enim, inquit ille utitur Deus ad bonum ſuā

omnibus bonitatem oſtendens. Hic uero licet tum bonum Iudã existimauerit, non tamen opus fuiſſe, ut cum alijs bono animo p/ ſeueraret, & quæ ſacerdotis & epiſcopi eſſent in poſterum exerce ret, nos ex eius ſententia dicæremus. Ita enim uoluit Dominus agere, ut maximam ſuam liberalitatē oſtenderet. In hunc itaq; modum, et de Sacerdotio quo pacto ab epiſcopatu diſtinguitur, et ubi in ſacris litteris pateat Apoſtolos & diſcipulos ſacerdotes à Domino inſtitutos fuiſſe, & de Pontificia dignitate Petro pri/ mum, deinde alijs una & eadem uerborum ſerie tradita (inuito Lutherio) dictum ſit. Qui dum ſuper tenuiſſimarum ariſtarum cacumina incedere ſtudet, cõcidit, & imedicabili uulnere ſauciat.

DE TERTIO QVOD HOC IN LIBRO DI ſcutiendum erat, an. ſ. fides, & quæ Pontificiæ inſtitutioni ſit ne/ ceſſaria, quæ maxime utilis, & quomodo ſit iuſtis hominibus uita. Cap. XV.

d E fide modo an in Pontificia primum inſtitutione, dein de in alijs neceſſaria ſit, & quomodo, paucis perſtringã mus, ut quum ſæpius dictum ſit, ſuper hanc Petri, Pe/ tram. i. fidē authore Domino Eccleſiam erectam fuiſſe, idipſum clarius pateat, & quid de fidei neceſſitate Lutherius habet, recte ne memoret, ab omnibus intelligatur.

PONTIFICIA igitur inſtitutio, quum ad certum finem de ſtinata ſit, cuius potiſſimum gratia inuenta perduret, Iſq; non alius ſanè ſit, q̃ totius Chriſtianæ Reip. debita adminiſtratio, ea ipſa certe, niſi p Chriſt fidem, ab aliquo iure optimo exerceri nõ poterit. Quo. n. pacto q Xp̃i militiæ nondũ aſcitus eſt, aut qui turpiter ab ea receſſerit, Xp̃o placere põt, quem aut ignorat, aut negligit? Quanto minus ille ipſe uices eius gerere debet in terris & auguſtiſſimi illius principatus moderator inſtitui? Id huma/ na lex habet, et diuina, id natura ipſa, id ratio iubet, id apud omnem religionem, apud omnes nationes, & populos omnibus ſeculis obſeruari compertum eſt, ut nemo prĩcipi placeat, niſi ſuæ beniuolentiæ cupidum, aut eſſe putet, aut futurum illum intel/ ligat. Nemo unq̃ ex aliena familia in propriam ab alio uiſus eſt ſuſcipi, niſi priore quidem poſthabita, totum ſe ſubſequenti tradi derit, Nemo princeps effectus eſt, qui non paruerit prĩcipi, nemo

legibus, aut reip. præeſſe poteſt, qui illis ſubeſſe non didicit.

TANTVM itaq; propria eſt Chriſtiano Pontifici Chriſti fides quantum homini uita, Immo tanto magis (ut uerum liceat pfiteri) quanto ipſe cæteris Chriſti militibus præſtat. Vnde Apoſtolus Paulus ad Romanos ſcribens. XIII. Epiſtolæ. cap. iuſtum ex fide uiuere enunciat, q mortalium nullus nedum christianæ pietati addictus, aut ſacris officijs deputatus iuſtitiæ uitam ſine fide uiuere queat. Hæc enim in primis ea eſt, quæ tanq̃ ianua cæteris uirtutibus præbet ingreſſum, quæ quum primum intellectum perficiat, qui noſtræ uoluntatis conſiliarius eſt (uel rectius dixerim) noſtrarum actionum omnium Auriga, præ alijs ad omnem uitæ innocentiam, ad omnem pietatis, religionis ue cultum pertinere conſpicitur. Iuſtitia hæc, quam magnus ille Apoſtolus Paulus meminit, eſt quæ uirtutes omnes amplectitur, quæ in cunctis uitæ actionibus quod debet, obſeruat, & quod ſuum eſt, unicuiq; recta ratione diſtribuit. In hunc etiam modum Abraæ, q credidit, iuſtitiæ datum eſt premium, & quemadmodum omnia iuſtitiæ opera fidem ſupponunt, ita etiam ea fides, quæ iuſtum uiuere facit, perfecta eſſe debet, & integra, quæ duas ſibi ueluti conſortes uirtutes, ſpem. ſ. & charitatem perfectam obtineat, Nanq; illã quum ita ſe habuerit, formatam, perfectamq; fidem Theologi uocitarunt. Quæ ſi illis expoliata ſit, non imperfecta quidem, ſed mortua, dum uero aliarum caret perfectione, appellatur informis. Illa quidem perfecta eſt chriſtiani hominis uita, qua totus Deo uiuit, & mundo emoritur. Hæc quoq; (licet imperfecta) eſt tamen homini uita, Qua duce ab ægra, imbecilliq; uita ad ueram illam uitam poteſt (ſi uelit) conſurgere. Illa utiliſſima quidẽ eſt, & Pontifici maxime congrua, quum omnium aliorum ſplendorem, ac unicum uirtutum exemplar præſtare ſe debeat. Attamen non ita neceſſaria quidem eſt, ut ſine illa chriſtiano principatu potiri non poſſit. Nanq; res nimium ardua foret, atq; difficilis talis conditionis, & uitæ inuenire uirum, qui omni ex parte impleret pietatis, & iuſtitiæ numeros. Neq; minus certe difficile (ſi daretur, ipſum agnoſcere.

QVAMOBRem ad eã iuſtitiæ fidẽ in pontificia iſtitutione recurrendũ eſt, q̃ licet ægre fortaſſe uiuat, q uehementi nõ eſt igne charitatis accenſa, uiuit tamen, & uitæ iuſtitiam oibus adminiſtrat. Viuere autem eſſe uiuentibus eſt (ut phiſiologi referunt, &

ueritas habet) eſſe uero opera eorum concernit, quod ſanè absq; illis permanere non poſſit. Viuere itaq; ex iuſtitia primo eſt eſſe iuſtũ, iuſteq; agendi habere animum, & uoluntatem. Deinde affatim exercere iuſtitiæ opera. Si igitur iuſtitiæ uita ſit fides, illa ipſa eius eſſe erit principium, & fundamentum, iter Ianua, quæ pateat unicuiq;.

QVOCIRCA ſummus redemptionis noſtræ author Ieſus ſe uiam, ueritatem, & uitam eſſe commemorat, & alibi ſe oſtium dicit, per quod ſi quis non intrare curauerit, pro fure, & latrone haberi iubet. Spiritalis ergo uita ſi Chriſtus eſt, uita nobis ab eo per illius imitationem, neq; alio modo, conceſſa eſt. Illũ imitamur, quando eũdẽ credimus, quando eũ ipſum agnoſcimus. In quo (ut ait apoſtolus) ſumus, uiuimus, et mouemur. Hæc oĩa nobis fides impetrat, qua ſi qd petimus aſſeq poſſe conceſſum ẽ, ẽt ſi mõtes de loco ad locum tranſferre duxerimus. Qua deniq; Paulo minores angelis facti, cum eorum honore, & gloria decertamus. Quo fit, ut non ab re Apoſtolus Paulus dum ſe fidei ardore medullitus inflammatum conſpiceret, non uitam propriam, ſed alienam uiuere, Immo non uiuere ad Galat. II. cap. Dixerit inquiens. Iam non amplius uiuo ego, ſed uiuit in me Chriſtus meus.

SINE FIDE MORTVVM ESSE PONTIFIcem, ideſt propria authoritate priuatum rationibus ueris oſtenditur Cap. XVI.

SI eſt uiuus itaq; Pontifex inſtituendus, prius fidei uitã habeat opus eſt, à qua quum receſſerit, non tantum Pontificiæ dignitati, ſed chriſtianæ militiæ, & ſpiritali prorſus uitæ ſtatim emoritur. Quod ſanè ea Petri à Domino facta inſtitutio apertiſſime docuit. Nam prius Petrus Dei uiui filium confeſſus eſt, quàm ab eodem Beatus Petrus fuerit appellatus, ac regni cœleſtis claues ſuſceperit. Ex fide igitur confeſſio, ex confeſſione Eccleſiæ erectio, adminiſtratio, Pontificius principatus, & deniq; omne Republicæ bonum, ſalus, felicitas orta eſt. Quam denuo inſtitutionem confirmans Seruator aſcenſurus in cœlum, trina dilectionis facta interrogatione; ut fides cum amore nexu indiſſolubili iungeretur, illum eundem ſic armatum, ut ſuas depaſceret oues admonuit.

AMPLIVS poſt Matheum, & Ioannem, qui hæc ipſa commemorãt, non ne Lucas Euangeliſta. XXI. capi. Diuino ſeruatoris ore commentus eſt? multi meo nomine uenient dicentes, ego ſum, iam tempus adeſt, nolite poſt illos abire? De his qui ſe ꝑ chriſti nomine ueniſſe, & eius authoritate in terris ꝑditos eſſe meminerint, id utiq; audiendum eſt. Hi uero ſunt, q Chriſti ueſtigia non ſequuntur, quos ueluti Chriſto mortuos ſequi ipſe idem Chriſtus uetat, & prohibet. Non ne Matheus idem de falſis uatibus XXIIII. cap. meminit, ĩquiens, ſurgent ꝓphetæ falſi, q ſigna magna dabunt &c. & ſubdit. Quibus nolite credere. Idem uero, de his, qui ſe falſo Chriſtos uocant, & q Chriſti doctrinam ſimulant ea accipienda ſunt uerba. Tam enim uitandi ſunt, q in omnibus Chriſti authoritatem ſibi arrogantes mendaces ſunt, q̃ q in fide, & doctrina Chriſti deficiunt.

SED QVAE in ſecunda lege, quã Deuteronomium uocant XIII. cap. leguntur, q̃ſo cõmemoremus. Si ſurrexerit (inqt textus) in medio tui propheta, aut q ſe ſomnium uidiſſe dixerit, qđq; uaticinetur eueniat, tibiq; ꝑinde ſuadeat, ut eas, et dijs alienis, quos ig oras, ĩſeruias, illius uerba, ne audias, qm̃ temptat uos Dominus Deus ueſter. Et paulo infra, uates autem ille, ſomniorumq; fictor occidetur, qa talia locutus eſt, ut uos auerteret à Domino Deo ueſtro, qui uos à fœda illa ægypti ſeruitute redemit. Qui uero a fidei pietate delirat, non ne eiuſmodi iniquo, falſoq; uati aſſimilatur? Immo Pontifex ipſe ſummus, q legiſlator eſt. Si errauerit, & erroris ſui documenta, aut acta præſtiterit, aut præſtare potuerit, magis (ſi uaticinio) careat puniẽdus eſt, qm̃ delirij minorem habeat occaſionẽ. Quum. n. uaticinia obtinent, q̃ pollicẽť, magnã ꝑfecto illius, q̃ ĩ hoĩe uiget, ꝓfeſſiõis fidẽ efficiũt.

VENIAT deinde Ioãnes, q ſupra pectus dñi in cœna recubuit, & hac de re qdnam ſentiat, in mediũ ꝓferat. Hic. n. prima eius epiſtola cap. IIII. Quã canonicã uocant, ait oĩs qdem ſpiritus q ſoluit Ieſum, ex Deo nõ eſt, ſed Chriſto contrarius, q antichriſtus græco uocabulo nũcupatur, Pontifex aũt ſummus, q ſit in hæreſim lapſus nõ ne dicẽť ſoluiſſe Ieſum. i. eius pietatẽ catholicã eneruaſſe? Atq; ideo quũ ex Deo amplius nõ ſit, cuius tñ erat anteq̃ laberẽť, è, pontificia eſt authoritate deiectus. Cui itẽ amplius in chriſtiana familia uiri parere nõ debẽt, imo ipſum aufugere, quo iure illis poterit iperare? Inqt aũt ille ipſe Ioãnes, ſi qs

ad uos uenerit, qui doctrinam eiuſmodi profiteatur, nolite ipſum in domum ſuſcipere, neq; dicere illi ſalutem. At hæreticus Ponti*fex, et quiuis alius, alterius, q̃ chriſtianæ diſciplinæ profeſſor eſt, illi igit̃ parendũ non eſt, neq; ipſe alijs iure ullo poterit ĩperare.*

SED AD Paulum Apoſtolum *ueniamus, qui prima ad Corinth.* VI. *cap. ſcribens, ꝙ frater cum fratre ab infideli iudice pendeat, illos redarguit.* Qui etiam ad Titum *tertio cap.* Hæreticũ *hominem poſt primam, & ſecundam reprehenſionem euitandũ iubet, ꝙ ſcire debeat iam eum, qui huiuſcemodi conditionis euaſerit, ſubuerſum eſſe, &* proprio *iudicio condemnatum.* Neq; *hæreticum hominem primo, ſecundo ue corrigendum ideo aſſerit, ꝙ ſtatim nõ ſit à xp̃i cõſortio ſegregatus, ſed ideo corrigẽdus eſt, ut ſi pœnitere noluerit, hæreticus oĩbus pateat, & euitetur.* Hic *deinde ad* Galathas *cap.* I. *ſi nos, aut cæleſtis angelus aliter, q̃ fecerimus, uobis annunciauerit,* Anathema *ſit.* Non Anathema*tis ſolum .i. maledictionis uulnere affectum eiuſmodi hominem appellare uoluit* Paulus, *ſed maledictionem ipſam execrationem, &* Anathema, *adeo execratum, & omni* Eccleſiaſtico *munere, & iuriſdictione illum uacuum habuit.*

IDIPSVM *apud Gregorium in Omelijs inuenies.* Idipſum *glorioſus* Dei Martyr, *& epiſcopus* Cyprianus *teſtatur, dum hæreticos omnes, & qui Chriſti tunicam diſcindere ſatagunt, nihil in* Dei Eccleſia *iuris, aut poteſtatis habere ſe didiciſſe commemorat.* Idipſum, *ut ſe ab huius generis hominibus ſepararet Moſi à* Domino *iniunctum eſt.* Quod *etiam apud Oſiam prophetam diuino quidem ſpiritu promulgatum legitur, dum eorundem inſtar latentis cuiuſdam, & uenefici panis ſacrificia habenda eſſe docetur. Ex quibus ſi quis ederet, contaminari ꝑtinus noſceret̃.*

QVID EZECHIELem *uatem commemorem? qui aduerſus huius tam iniquæ familiæ uiros, homines cõcitat, prouocat et impellit, inquiens.* Cur *exaduerſo illis uos ipſos muricui uſdam inſtar pro* Iſraeliticæ *domus defenſione in die* Domini *prælian/tes nequaq̃ expoſuiſtis?.*

TAM CLARA, *tamq; aperta eſt hæc apud ſacrarũ litterarũ authores ſnia, ut & decreta paſſim idipſum reſonent, uaticinia comprobent,* Euãgelia *doceant, rõ deniq; ipſa confirmet.* Oẽs. ſ. *tã primũ a chiſtiana familia eiectos, dignitate, atq; offõ uacuos eſſe, q candorẽ fidei cõmacularũt, ac in* Catholicæ *pietati contra*

riam ſniam dilapſi ſunt, quãprimum eo crimine tacti fuerint, nullã aliunde, aut hoium expectata ſnia, aut euidẽti diuinæ reprobationis indicio. Quãto magis ſi Pontifex ille fuerit, qui tam horrendi ſceleris labem incurrat, omni ſe authoritate ſpoliatum ſtatim noſcere debeat? Quũ longe maius inde reipublicæ diſcrimen immineat, q̃ ſi priuati nomine, & officio fungeretur.

DE DIFFERENTIA ALIORVM EPISCOPorum à ſummo Pontifice, ſi ĩpietatis labẽ incurrerint. Ca. XXII.

ET ſi quis forte id nobis obijceret, q́ priſcæ legis tpe ex ſacerdotibus ſummis, qui debitam pietatis ſemitam declinarunt, complures inuenti ſunt, qui tñ in dignitate, & officio legitime perſtiterunt, id ſanè rectius duximus diluẽdum, anteq̃ ad alia tranſiremus, ne quicq̃ ſi fieri poſſit, quod interioris hominis aures offendat, relinquamus intactum.

DICAMVS igiť ĩter nouæ legis, & antiquæ ſummũ ſacerdotẽ illud eſſe diſcrimen, q́ ut exodi. XXVIII. cap. tradiť. Sacerdos ſummus ex una tantum ſucceſſione Dei iuſſu eligendus erat, atq; ideo ſi quis à pietate fidei deuiaſſet, dato illius reditu officium recuperabat amiſſum. Noſtræ autem legis Pontifex quum nõ hæreditario iure ad Pontificatũ aſſumatur, recte quidem fieri uiſum eſt, ut exauthoratus ſemel, ẽt ſi redierit ad cor, ad amuſſam tñ nõ redeat dignitatẽ ſola.n.electiõe religiõis noſtræ princeps efficiť.

AT NON deterioris cõditionis Pontificẽ eſſe obijcies, q̃ ſint inferioris epiſcopi, Hi uero in hæreſim plapſi abſq; alia electione fuerunt ad dignitates priſtinas reſtituti, ſeu illas eaſdẽ continuerũt, ut in decretis. I. q. VII. cap. cõuenientibus, Et. I. q. I. cap. oẽs cuiuslibet, recenſetur. Conſimili igitur conditione de ſummo Pontifice fieri poſſe uidetur.

VERVM inter ſummum, & alios ea differentia eſt, qua licet, dum utriq; facti ſunt ĩpij, ſint & officio, & dignitate priuati, hi tñ ex generalis concilij, qđ eſt apud Nicæam bithiniæ habitum, aut ſuperioris Ponti. diſpoſitione, id beneficij obtinent, ut ſine noua electione ad dignitates priſtinas admittantur. Eaq; cõcilij diſpenſatio nouæ qdem electiõis uim ſupplere diciť qđ ipſe ſummus obtinere nõ pót. Q đ ea, & legitima qdẽ rõne effectũ eſt, qua in longe maius Eccleſiæ præiudicium uergit, ſi Pontifex hæreſis cri-

mine labefactet, q̃ inferior quiſpiam. Atq; ideo in maiorem illius deteſtationem quod nequit ille, inferioribus licere permiſſum eſt.

CVR VERO epiſcopus in hæreſim lapſus, ſi diuino iure ſit dignitate priuatus, ſine Pōtificis licentia epiſcopatui renunciare nō poteſt. Cur ēt ante latam ſnīam non euitatur à ſubditis? Quod VIII. q. IIII. cap. Non ne perhibetur. Audi. ſine ſuperioris licētia epiſcopus renūciare nō poteſt, non quia, non ſit penitus exauctoratus, ſed ne uideatur ob hæreſim illud efficere, & propria cauſa diffamari. Ante uero latam à iudice ſententiam euitari non debet. Quoniam non omnibus pateat ea labe illum infectum fuiſſe, ſed quin ſtatim ipſo iure dum infectus eſt, ſit omni dignitate expoliatus, minime ambigendum eſt.

SAECVLARI DIGNITATE PRIVATVS eſt Diuino iure hæreticus, etiam ſi imperialis fuerit, licet à ſubditis ob euitandum mortis periculum, uel ut eum lucrifaciant, debeat tolerari. Cap. XVIII.

QVid uero de ſæcularibus, & imperiali præſertim dignitate dicendum, an una & eadem ſorte cum Eccleſiaſtica, & ſpiritali concurrit? Magna licet diſparitas ſit, q̃ illa ſæcularibus negocijs, hæc uero ſpiritalibus p̃ſit, atq; ideo hæc magis euitanda, q̃ illa, ſi hæreſis labe inficiatur, utraq; tamen cōcidit, utraq; ſi commode fieri ualeat, fugienda. Quod authore, præ alijs Cypriano ſupra comprobatum rettulimus, Vbi in hæretico homine nullam prorſus iuris, aut poteſtatis, facultatem eſſe commemorat.

SI VERO Auguſtini ſententia contra Donatiſtas in medium afferatur, qua imperatoribus, qui in errorē inciderit, ſeruiendum eſſe, uidetur aſſerere, ſed in his, quæ aduerſus pietatem iuberent, illis eiſdem minime obſequendum; Id uerum eſſe fatemur, quando commode euitari non poſſunt, Vnde Chriſtiani milites iure militari Iuliano Imperatori impio, & à Chriſti familia ſegregato (quos idem Auguſtinus meminit) inſeruiebant, quoniam ſi ab eo forſitan receſſiſſent, fuiſſent morte damnati, quoniam Imperator erat, & ab eius ditione quis ſine maximo uitæ periculo ſe ſubtrahere forte non poterat. Nō eſt autem lex, ut in his maxime, quæ ad fidem non attinent, quis mortem potius optet, q̃ hæreti

co obtemperat, ſiue cum eo communicet, ſufficit enim illum citra mortis periculum deuitare.

SI VERO quod Paulus ad romanos, & Petrus in epiſtola nos ſæcularibus poteſtatibus ſubeſſe, illisq; nequaquam reſiſtere debere meminerint, in medium afferatur, Quoniam omnis poteſtas à Deo eſt, Id quidem uerum eſſe dicemus, ſi commode illas, quando impietatis crimine inficiuntur, euitare non poſſumus. Nam aut ſubditi ſumus, aut ex aduerſo Chriſti Regnum tanquam gubernatores, & principes continemus. Si ſubditi ſumus, congruum eſt ut (preterq; in cauſa fidei) illis obediamus. Quando aut citra uitæ periculum eos euitare non poſſumus, Aut ſic cum eis (quoniam ui ad fidem illos cogere nequeamus) permiſſum eſt nos habitare, ut moribus lucrifaciamus eosdem. Quemadmodum Dominus diſcipulis ſuis iniunxiſſe, Mathei xxiij. legitur. ut ſcilicet ſcribis, & phariſeis ſuper cathedram Moyſi ſedentibus citra cauſam fidei obtemperarent. Si uero Principatus authoritas nobis adijcitur, tum certe imperatori & cuique principi hæretico non ſolum reſiſtere, ſed eum totis uiribus impugnare, maledicere, exauctorare, aut exauctoratum potius declarare debemus. Multa.n. conueniunt Principi, quæ à ſubditis agi non debent. Hic uero totis uiribus in amplianda catholica pietate ſemper debet inſiſtere, quum totius orbis terrarum hac de cauſa ſit ei qualiscunq; conditionis extiterit demandatum imperium, Nam ſine principum authoritate, & uiribus id executioni mandari non poteſt, quod teſtatur diuinum eloquium, Ite & prædicate euangelium omni creaturæ.

SI DIxeris cauſa, qua gemina illa apoſtolorum fulgura mouebantur, eſt, quoniam omnis poteſtas à Deo eſt, atq; ideo illi eſſe in rebus tẽporalibus obtemperandum, à Deo illam eſſe, quoniã permittitur alicuius gratia, profitemur; ut.ſ. aut populũ ob delicta caſtiget, uel ut fidelium ibidẽ exercitum uita, moribus, pietate in melius redigatur. Vt de Nabuchdonoſor legitur, qui uiſo trium puerorum miraculo, eorundem pietatem obſeruandam omnibus imperauit. Neq; alio modo Petri, & Pauli intelligenda ſunt uerba.

QVOD QVIDEM ea ratione facile comprobatur. Quæ ſacer auriga noſter, & Dei apoſtolus Paulus ad corinth. primæ epiſtolæ, cap. vij, ſcribẽs ait, ſi mulier impia cũ uiro pio, aut

ad quem maxime electio, & depoſitio eiusmodi pertinere con/ ſpicitur.

S I DEMVM *hæreſis Pontificis lateat, ipſeq; ſit Chriſto, & authoritati pontificiæ mortuus, maxima profecto eccleſiaſticæ Ierarchiæ confuſio exoriretur, quum epiſcoporum creationes, conſtitutiones, collationes, & alia omnia nulla eſſent. Cui ta/ men iacturæ remedium dari non poſſe uidebitur. Verum ſi illud eueniret, ſanctus Dei ſpiritus, qui paſſim omnia luſtrat, laten/ tem hæreſim manifeſtaret (ut arbitror) qua nota de uero Ponti/ fice inſtituendo ſtatim deliberatio fieret.*

R ATIONES QVIBVS AMBIGITVR *Tam in ſacerdotis inſtitutione q̃ in ſacramentorum collatione in uni/ uerſum non eſſe neceſſariam fidem.* Cap. XIX.

D E *inſtitutione modo ſacerdotis, & in uniuerſum de ſa/ cramentorum collatione, quomodo fidem neceſſariam habeant, pauca adijcienda ſunt. Vt ad ea quæ Luthe/ rius meminit, deueniamus. Si ſacerdos debet inſtitui illi non ui detur neceſſaria fides. Caracter enim, qui in ordinis collatione imprimitur, conferentis ſolam intentionem, & authoritatem in ſequitur. Nam quemadmodum in maximi ſacramenti, quod eu charistia dicitur, confectione non eſt neceſſaria fides, dummodo adſit intentio, ita in ordinis collatione fieri poſſe uidebitur. Itẽ maximus error Martiri Cypriano aſcribitur, ꝙ hæreticos bapti zare non poſſe crediderit, quoniam quæ Dei eſſent, admini/ ſtrare nequirent. Contra quem multis rationibus inuehit Au/ guſtinus in lib. de unico baptiſmo, & qui aduerſus donatiſtas inſcribitur, & de conſe. diſtin. iiij. notatur. Quum igitur eo cri/ mine labefactari poteſt regenerationis miniſter, fides non neceſ/ ſaria iudicabitur. Quod ſi in baptiſmate, eucharistia, & ordine conficiendo non neceſſaria fidei pietas uideatur, neque in alijs ſacramentis conferendis neceſſaria conſpicietur. Ad hæc ſatis mi/ rum certe uidebitur, quæ ad ordinem pertinent ſine fidei pie/ tate poſſe adminiſtrari, Quæ uero ad iuriſdictionem, nequa quam, ac ſi iuriſdictionis poteſtas præſtantior eſſet ordinis po/ teſtate, & quæ ab ordine proficiſcuntur, eſſent minus homini chriſtiano proficua. Quod. n. præſtantiorem uirtutis habitum*

exigit, non exigente nobilius eſſe uidetur. Quæ item à poteſtate ordinis prodeunt, ſunt ſacramenta, quæ in animæ ſalubritatem à Domino ſunt inſtituta. Iuriſdictio autem quoddam extrinſecum eſt. Quare ſi poteſtas hmōi fidei pietatem requirit (quum fides ſit animæ quædam perfectio) ordinis etiam facultas eandem expoſtulare uidebitur. Amplius ſi pontificatus (ut ſupra defendere uidebamur) ſibi proprium caracterem, atq; ordinem habet annexum, tam ordo ipſe, q̃ iuriſdictio fidem requiret. Aut igitur neutræ poteſtati erit neceſſaria fides, aut utriq;.

AD SACERDOTII, ET OMNIVM SACRAmentorum collationem, tam in conferente q̃ in ſuſcipiente nō eſſe neceſſariam fidem, ſi res à ſacramento diſtinguitur, quæ etiã uno modo tam poteſtati ordinis, q̃ iuriſdictionis hæc neceſſaria eſt, altero autem, iuriſdictionis dumtaxat, deq; iſtarum duarum poteſtatum conuenientia, & nobilitate. Cap. XX.

SVnt itaq; (ut ueritas locum habeat) in ſacramento duo conſideranda, ſacramentum ipſum, et gratia quæ illud conuenienter ſequi deberet, attamen ſuſcipientis interdum ineptia unum ab altero ſeparatur. Quum enim hic aut fide caruerit, aut inter peccatorum laqueos manſerit, ſacramentum ſolum poteſt accipere, quo ſignatur dumtaxat, ſed ſigni effectu, qui eſt gratia, caret, quoniam hæc cum impietate, & uitio habitare non poteſt. Si ergo qui ſacerdotio inſtituendus eſt, intendat ſe uelle fieri ſacerdotem (nam abſq; intentione, neq; miniſter, neq; cui miniſtratur, quicquam agit, aut recipit) etiam ſi fide caruerit, caracterem ſacerdotalem in anima ſuſcipit. Eodem etiam pacto qui ordinem confert, dummodo idipſum intendat, animoque proponat efficere, quantumuis impius fuerit, ſignatus tamen eo ſigno, quod alteri imprimere ſtatuit, efficit, & quod intendit aſſequitur.

ET QVVM de miniſtri, & eius, qui miniſterij beneficium ſuſcipit, intentione meminimus, non eam quidem neceſſariam aduertẽdũ eſſe monemus, quæ ſine ulla itermiſſiõe in ſacramẽti collatiõe pmaneat. Sat.n.ẽ (ut oĩs theologoꝶ ſchola fateť) quæ habitu aĩo inſideat. Quũ ſanè arduũ eſſet nimis, atq; difficile ſemp, ac omnibus temporis momentis ſeruatis, aĩo ita in ea ac-

tionẽ uerſari, ut ad aliud quippiam minime diſtraheretur. Nõ obligat lex diuina quempiam ad id, quod ferè fieri nequit, & quo ſacra miniſteria magno in diſcrimine poneret.

INTENTIO etiam hæc ad hoc, ut ſacramentum ſolummodo conferatur, non tantum habitu ſine fide, & gratia ſufficit in utroq; uerumetiam ſi quod chriſtiana ſolum facere intendit eccleſia, operari procurat. Nam bene rationi conſentaneum eſt, ſi hæreticus ſacramentum confert, aut recipit, eum neq; illi, neq; eccleſiæ credere, ſed tanta eſt ipſius ſacramenti uis, ut ſola habita de ritu eccleſiæ intentione prodeat, & conferatur.

QVOD de ordine diximus, de baptiſmate, & ſacramẽtis alijs ſingilatim conuenit, ut aſſeramus, cuius quidem ea ratio eſt, qua miniſtri impietas, aut uitium, ſacramenti uim impedire, neq; debeat, neq; legitime poſſit. Chriſtus enim eſt, qui ordinat, qui baptizat, & qui miniſtro tanq̃ inſtrumento ex ſua tantum inſtitutione, & quatenus uoluerit, utitur, quemadmodum optime meminit Auguſtinus.

AT SAcramenti res, quæ Dei gratia nuncupatur, nunq̃ niſi in pia, & ab omni ſorde ſincera imprimitur anima, quæ fidei ſaltem capax, & intelligentiæ fuerit. Sin autem puelli ſit, & infantis, fides in ea non quæritur, ſed in eccleſiæ, aut rectius Chriſti fide regeneratur, & per ſacri baptiſmatis dilutionem originali ſorde mundata nitorem, & ſinceritatem aſſequitur. Non enim rerum omnium conditor coacte, & inuito animo quempiam ſibi gratificatur. Cuius deinde in conferendo ſacramento miniſter ſi ſine peccato confert, egregiæ operatur. Sin autem impietatis, ſeu alterius conditionis uitio detineatur, nil minus res ſacramenti ſuccedit, ne alterius culpa, qui recipit ab expectatione pariter, & premio defraudetur. Hoc anteq̃ tenendum declararet eccleſia, oppoſitæ ſententiæ Cyprianus epiſcopus erat, quoniam durum illi, atq; difficile uidebatur impium aliquem, & Dei inimicum poſſe quicq̃ in ſacramentorum miniſterijs celebrare. Qui ſi uſq; ad ea tempora, quibus hæc (Deo authore) nobis illuxit ueritas, ſuperſtitiſſet, nihil ſanè erroris hac in re, quod illi imputari poſſet, penitus haberetur. Tam enim fide celebris fuit, & pietate conſpicuus, ut & martirio, & authoritate ab origine Eccleſiæ uſq; ad eam tempeſtatem, niſi primo, ſaltem ſecundo fuerit in be[illegible]torum ordine collocatus.

MINISTRI *igitur impietas ſuſcipienti non nocet, quod (ut dixi) tutius Seruator noſter Ieſus nobiſcum agere uoluit, & amplius quàm humanum forſitan excogitaret ingenium, noſtris miſerijs ſuccurrere, & indigentiæ ſuffragari*. Neq; *tamen ideo quiſq; impius ethnicus, aut alterius ſectæ uir propterea ad ſacramenta hæc omnia communicanda credi debet idoneus*. Nanq; *ſigno Chriſti eum ſaltem munitum eſſe oportet, ut in eius familiam quandoq; ſuſceptus fuerit, & uideatur*.

QVOD VERO *urgere à quæſtionis initio uidebatur, eſt quomodo ad iurisdictionem ſit neceſſaria fides, & ad ordinis collationem in miniſtro nequaquam*. Atque *ideo prius ordinē duplici modo conſiderari poſſe monemus*. Aut *enim ad dignitatem maiorem & minorem alium & alium dicimus, quemadmodum teneri poſſe probabili ratione docuimus*. Aut *ordo epiſcopatus gradum minime ſuperaſcendit*. Hic *etiam in duplici differentia conſiſtere (ſi animaduertamus) inſpicitur*. Nanque *ut à ſacerdotali diſtinguitur, alius quidem eſt, & alius ut ſacerdotalem ordinem in ſeipſo complectitur*. Eo *ꝙ præter ſacerdotij authoritatem hoc potiſſimum habet epiſcopus, ut ordines conferre ualeat, quod nequaquam mero ſacerdoti conceſſum eſt, ut longa ſuperius diſceptatione deduximus*. Primo *igitur modo conſideratus ordo ſibi ita iurisdictionem adæquat, ut poteſtates geminæ inde ſequentes una tantum eſſe facile conſpiciantur*. Si *enim ordo, à iurisdictione ita inſeparabilis eſt, ut inferiori gradui neque in indiuiduo, neque in ſpecie ualeat communicari*, Poteſtas *ſanè quæ ſuper unum fundatur, ſuper alterum quoque conſtituatur oportet*. Quare *ad quæſtiones oppoſitas dicendi modus eſt facilis, ut concedatur ad utranque poteſtatem fidem neceſſariam eſſe, quando utraque in una, & eadem perſona concurrit, alioqui autem minime*. Si *uero dicas*. Duæ *ſunt omnino poteſtates hæ, quæ nam fidei uirtutem magis expoſtulat?* Quæ *ad iurisdictionem pertinet (ſi duæ ſunt) procul dubio profitebor*.

SI VERO *conſideretur ordo ut epiſcopalem gradum minime excedit, ad iurisdictionis poteſtatem ſimpliciter in Pontifice ſummo, & non ad eam, quæ ordinis, eſt neceſſaria fides*. Neque *etiam in epiſcopo, quomodocunq; illius ordinem uelimus accipere*.

SI VOLVErimus deinde iſtarum duarum poteſtatum perfectionem, ſeu nobilitatem, & neceſſitatem disquirere, item alia ſectio facienda eſt. Nam ſi ordo iuriſdictioni iunctus æquatur, æque nobilis utraque nobis eſſe uidetur, dummodo ordo, ut à ſacerdotali diſtinguitur, conſideretur. Si uero non æquatus ſit, nobilior quidem ordinis poteſtas eſt primo, ut ſacerdotalem includit, quoniam ad ſacramentum eucharistiæ, quod præſtantiſſimum eſt conficiendum extenditur, deinde quatenus etiam à ſacerdotali diſtinguitur, quoniam ſacramentum ordinis conferre poteſt. Quod poteſtati iuriſdictionis concedi non potuit.

HARVM quoque poteſtatum nobilitas per ſe, & per accidens conſiderari ſicale poteſt. Per ſe quatenus id, quod per alterum fit ſit nobilius altero. Quoniam omnis uis, omnis poteſtas ab opere, ad quod tanquam ad finem dirigitur, menſuram nobilitatis, & ignobilitatis aſſequitur. Per accidens uero altera quidem nobilior eſt, quatenus præſupponitur alteri, à qua etiam dependere quodammodo uideatur. Quæ ordinis eſt prima conſideratione iam dictum eſt nobiliorem euadere, per accidens uero quæ ad iuriſdictionem pertinet, quoniam quæ ordinis eſt, ab ea dependere dignoſcitur. Nanque conſecrationes, promotiones, ordinationes uniuerſas, & ſingulas à iuriſdictione Pontificis iam dependere docuimus. Si uero ordinatio & conſecratio Papæ, unde nam, & quomodo ea poteſtate iuriſdictionis pendere uiſa eſt, dixeris, quoniam dum Papa eſt, iam conſecratus eſt, ante conſecrationem, iuriſdictionem habere non poterat, Dicam falſum eſſe, quod pro conſtanti, & irreffragabili axiomate accipis. Iuriſdictione ſiquidem Papa non conſecratus uti poteſt, quam ab electione eſt protinus aſſecutus. Qua etiam alteri iniungit, ut ſibi pro conſecrationis beneficio manus iniiciat. Quod ſi tibi durum forte uidebitur, te cogam duce ratione in meam ſtatim uenire ſententiam. Metropolita nõ conſecratus hoc poteſt, habetur enim extra. de electione cap. ſuffraganeis. eum ſuis ſuffraganeis ui iuriſdictionis, conſecrationis munus iniungere poſſe, anteq̃ illud in perſonam ſuã ſuſceperit. Quanto magis id poterit Pontifex ſummus, qui maximam, & ferè diuinam habet authoritatem in terris.

DE NECEſſitate geminarũ iſtarũ facultatum debet ẽt duplex conſideratio fieri. Poteſt enim ad ſpecialem ſingllatim fidelium

utilitatem ſpectari. Quemadmodum ordinis poteſtas (qua ſacramenta, quæ ad animæ ſalubritatem ſunt inſtituta, diſtribuũtur) eſt neceſſaria magis. Poteſt etiam conſiderari neceſſitas quatenus ad uniuerſam chriſtianam rẽpublicam applicatur. Quo ſanè modo iuriſdictionis poteſtas, poteſtate ordinis præſtantior eſſe conſpicitur. Per illam enim magis ſibiipſi conſentiens respu. continetur.

EX HIS facile quæ proponebantur, dilutæ ſunt quæſtiones. Non enim iuriſdictionis poteſtas, ideo abſolute eſt ordinis poteſtate præſtantior, quoniam cum fide coniungitur. Nanq; (ut dictum eſt) abſoluta perfectio poteſtatis eſt, quæ ad præſtantiorem dirigitur actionem. Conſtat modo ordinis poteſtatem, quatenus ſacerdotalem includit, ad nobiliorem ſatis actionẽ deduci, quæ eucharistiæ conſecratio eſt, aut etiam quatenus à ſacerdotali diſtinguitur. Quoniam ordinis ſacramenta diſtribuit. Idcirco eam ipſam abſolute poteſtate iuriſdictionis nobiliorem eſſe dicemus. Ea uero perfectio quæ ex uirtute fidei iuriſdictionis poteſtati dabatur ſi qua eſt, extrinſecus aduenit, & extrinſecus etiam illam efficit nobiliorem. Immo ſi rectæ mentis oculum adhibeamus, poteſtatis illius imperfectionis eſt potius, q̃ perfectionis, ut ſine fide manere non poſſit. Quum eius adminiculo indigeat.

NEQVE propterea fides ab ordinis poteſtate debet excludi, ſi eius opus deo gratum eſſe uelimus. Eſt enim fides unicuique uita, ſpiritus, & ſingularis perfectio, ſed non neceſſaria quidem eſt, quoniam ſacramentorum neceſſitas ſumma eſt, quæ ſi in miniſtro fidem exigerent, pij à tanti beneficij expectatione ſæpius defraudati iacerent. Vnde tum eiuſmodi hominibus utitur ſeruator Ieſus in ſacramentorum collatione tanquam mortuis inſtrumentis, & propriæ pietatis gratiam animabus cum ſacramento diſtribuit.

EX ALIO uero capite quum pro continenda eccleſiæ pace, conſenſu, integritate, iuriſdictionis poteſtas ſit maxime neceſſaria, Quumq; exemplo magis, quàm inſtitutionibus princeps populum inſtruat, & in uirtute contineat, non eo tanq̃ inſtrumento mortuo uoluit uti Ieſus. Nanq; ut mortuus, nihil certe Reip. prodeſſe poſſet, immo paſſim omnia confunderet, perturbaret, inuerteret. Viuat ergo, & credat operæpretium eſt. Quomodo autem Pontificatus ſummus proprium caracterem, ac ordinem habeat,

habeat, quidq; etiam de his poteſtatibus dicendum ſit, iam ex ſupra commemoratis patere commode poterit.

RATIONES LVTHERII VNDECIM, QVIbus aſtruere conatus eſt neminem ſine certa fide non ſolum abſolute, ſed etiam iuſtificationis futuræ poſſe iuſtificari. Cap. XXI.

SEd ad noſtrum Lutherium deueniamus, quē in angulo auſcultantē, uel rectius obſeruantem omnia, ſed renuentem dimiſimus. Malus iſte uir apud acta germaniæ coram ampliſſimo Car. Sancti ſixti pro ſua defenſione dicebat neminem ſine certa fide non tantum abſolute, Verumetiam iuſtificationis futuræ poſſe iuſtificari, ideſt iuſtitiæ beneficium (quod eſt Dei gratia) conſequi. Si enim (inquit) dubitaueris, an illam fueris aſſecuturus, quam cupis, iam non habes, ſed euomis gratiam. Quam quidem ſententiam undecim rationibus aſtruere conatus eſt, quas recenſebimus paucis, ut erroris ſui conſcius factus ſeſe ad ueritatem accingat.

PRIMA RATIO eſt iuſtus ex fide uiuit. Si ergo iuſtitiæ beneficium, ideſt dei gratiam aſſequi uelit, opus eſt, ut de conſecutione non dubitet.

SECVNDA, fides eſt diuinæ promiſſioni credere, aut uerbo: Habetur enim ad Romanos. IIII. Abraam Deo credidit, & illi ad iuſtitiam eſt deputatum. Et ideo fides, & uerbum ſimul ſunt. Quod Eſaias. LV. cap. atteſtatur inquiens, uerbum quod egreditur de ore meo ad me uacuum non reuertetur. Ergo ex fide iuſtificatio prouenit.

TERTIA ratio, probat ut ad ſacramentum quiſpiam certiſſima cumfiducia conſequendi gratiam quam cupit, accedere debeat. Nam Apoſtolus ad hebræ. ca. xi. inquit oportet accedentē credere, ꝙ Deus eſt, & ꝙ inquirentibus eum ſe largiatur. At accedens ad ſacramentum is eſt. Item neceſſarium eſt ſub periculo æternæ damnationis, & infidelitatis peccato Chriſti uerbis adhibere fidem, quibus quodcunq; ſolueris ſuper terram ſolutum erit in cœlis. Math. XVI. Comemmorat. Quum itaq; ad ſacramentum pœnitentiæ acceſſeris, niſi credas firmiter te abſoluendum in cœlo, dubitas an ea uera Chriſti ſint uerba. Quodcunq; ſolueris ſuper terram ſoluta erunt in cœlis. Ergo non credis, ergo damna

tus es, ergo nõ aſſeq̃ris gratiã. Siq; obijciat forſitan neſcio an di/gnus ſim dũ ad ſacramentũ accedo, rñdeo (inq̃t) ipſe, per nullã diſpoſitionẽ, aut opus, dignus efficieris, niſi p fidẽ, q̃a ſola Chri/ſti fides eſt uita, q̃ te dignũ faciet. Igitur confidentiſſime accedas.

QVARTA ratio. Chriſtus dum cananeæ filiam ſanat, inquit, ò, mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut petiſti. Fides hæc ſpecia lis de conſequẽda filiæ ſanitate conſpicitur. Item dum illos cæcos illuminat, ait, creditis me id uobis præſtare poſſe? Quibus rñ/dentibus, utiq; credimus, ab eo dictum eſt. Fiat uobis, ut credidi ſtis. Rurſus centurio, dic tantum uerbum et ſanabitur puer meus, inquiens, credidit, & aſſecutus eſt pueri ſanitatem. Amplius Ioã nes quarto cap. Regulum ex fide, quam adhibuerat Dño dicen ti, uade filius tuus uiuit. Filij uitam meruiſſe commemorat. Ex q bus clare compertum eſt, de eo, quod quiſq; conſequendum pete/ret, ut uoti compos fieret neceſſariam fidem fuiſſe.

QVINTA ratio. Marcus habet, quicquid orantes petieritis cre dite uos accepturos, & fiet uobis, ad ſacramentum accedens pe/tit, oportet igitur, ut ſe accepturum confidat.

SEXTA ratio, ſi habueritis fidem, ſicut granum Synapis mon tes transferre poteritis.

SEPTIMA ratio, ſæpius Dominus diſcipulos, & Petrum nõ generali, ſed ſpeciali fide coarguens erat ſolitus dicere, modicæ fidei, quare dubitauiſtis.

OCTAVA ratio, Iacobus inquit, ſi quis indiget ſapientia, à Deo poſtulet in fide non heſitans, & illam accipiet, hæc etiam ſpecialis eſt fides.

NONA ratio, beata uirgo dum dixit Gabrieli Angelo deificam fœcunditatem annuncianti: Ecce Ancilla Domini fiat mihi ſecũ dum uerbum tuum, ſe concepturam credidit, & ſtatim concepit. Ita etiam Anna Samuelis mater poſtq̃ credidit uerbo Heli non eſt amplius uultus eius in diuerſa mutatus. Contra uero Iſrael fi lij, quoniam non crediderunt promiſſioni terræ Chanaam, in deſerto proſtrati ſunt.

DECIMA Auguſtinum ſuper Ioannem. Accedit uerbum (in/quit) ad Elementum, & fit ſacramentum, non quia fit, ſed quia creditur. Abluit ergo baptiſmus quia creditur.

VNDECIMA Bernardus ſermone de annunci. ſecundo ha/bet neceſſe eſſe primo omnium credere peccatorum remiſſionem

te habere non poſſe, niſi per indulgentiam Dei, ſed oportet, ut cre das peccata tibi donari. Et paulo infra, ſic arbitratur Apoſtolus gratis hominem iuſtificari per fidem. Ex quibus Lutherius ſe ca/ ptiuatum dicit, ut credat in omni ſacramento neceſſarium eſſe ſu ſcipiēdi effectus in dubiam habere fidē, ſi qs illum ſuſcipere deat.

NON ESSE NECESSARIAM PRO SVSCE/ ptione gratiæ fidem in ſpeciali dum ſacramentum ſuſcipitur, uelu ti, neq; intentionem, ſed in quibuſdam uniuerſalem ſuffi/ cere. Cap. XXII.

Verū agamus et nos rōibus (ſi q̄ ſint) noſtris aduerſus Lutherij ſententiā. Qui tā magnificæ in oī ſacramento fidē neceſſariā ſtatuit, in infantium regeneratiōe, an neceſſa/ rio fuerit requiſita, uerbum non fecit. Quid ergo de hac ipſa ſen tiat inquirendum. Si uera quidem ſit, & cum ſacramento gratia conferatur, ubi nam fides? Non credit infans, quia non audit, qui nondum intelligit. Fides enim ex auditu eſt, ex Pa. ſen. ad Ro. cap. x. Baptizatur originali ſorde, diluitur, regeneratʳ in Chriſto ſine ulla prorſus actu, aut habitu (quæ illi inſideat) fide. An forte ueram iſtam baptiſmatis non eſſe in tam parua ætate collationē fatebitur? Quomodo Eccleſiam, ſanctos patres, et antiquiſſimam ſeruatam conſuetudinem audebit infringere? Auguſtinus enim in Enchiri. habet. A paruulo recenter nato uſq; ad decrepitam ſi cut nullus eſt, cui prohibeatur baptiſma, ita nullus eſt, qui in ba ptiſmate peccato non moriatur. Sed magnus ille Dionyſius eccle ſiaſticæ Ierarchiæ capi. ultimo Clarius id quidem aſſeuerat, in/ quiens, Diuini noſtri duces Apoſtoli infantes ad baptiſma admit tendos eſſe probauerunt, ut ferè ab origine eo profeſſionis initio afficerentur, quo adoleſcentes quotidie in ea magis proficerent. Scriptum eſt enim in Salomonis adagijs. Adoleſcens iuxta uiā ſuam etiam quum ſenuerit, nō recedet ab ea. Adde q̨ nullo unq̄ tēpore Deus optimus maximus de ſalutari remedio hoibus ipro uidus fuit. Si itaq; īfantes ab originali labe mūdari nō poſſent. nullum eis remedium ſalutare dari contingeret, ſi deperirent, q̨ eſſent perpetua infœlicitate damnati. Non eſt tantæ proteruiæ homo iſte, ut id audeat profiteri. Neq; licet illi ad infi ſam fidem confugere, quoniā ea quidem non eſt, de qua Paulus ad hebræos

undecimo cap. Meminit fieri non poſſe, ut ſine ipſa altiſſimo placeamus. Nam ſola haec ſi datur infanti, ex quo nihil intelligit, in operationem infans exire non poteſt, ſine qua per gratiam Deo placere poteſt. Nõ igitur de hac locutus eſt Paulus ad hebraeos, quod etiam ex eius uerbis oſtenditur. Dum enim maximopere fidem commendat, fidem Abel pro hoſtia, Enoch, pro trãſlatione, pro archa Noe, & caetera, quae de fide ponit exempla, ſolam illã, qua actu credimus, et Deo placere poſſumus, explicat, qua dum abluuntur, carent infantes.

SI VERO non de infantibus, ſed de his, qui uſum habent rationis neceſſariam fidem gratiae conſequendae Lutherius aſſerat. Contra, pro ſuſcipiendo ſacramento, & gratia, ita eſt neceſſaria ſpecialis intentio, ſicuti certa fides, ſed illa non eſt neceſſaria, ergo neq; iſta neceſſaria erit. Quũ enim omne agens à propoſito agat per intellectum, neceſſe eſt, ut recipiens quoq; prius intendat illud quod agere ſtatuit agens, q̃ illud receperit. Non eſt autem neceſſaria ſpecialis intentio in recipiente, quoniam ſi quis ſecundum ritum Eccleſiae abluatur, intendens recipere illud in uniuerſali, qđ praeſtat Eccleſia, ſacramentum recipiet, & tamen habet uniuerſalem, & non ſpecialem intentionem. Ergo huic certa non erit neceſſaria fides.

ITEM SI non diſcredat, ſed quantum eſt in ſe ipſo paratus ſit credere, non tantum ſacramentum, ſed etiam rem ſacramenti ſuſcipiet, quoniã pietate ſua in nos Deus cordibus praeparatis illabitur, et praeſto ẽ. Tãtus enim poteſt eſſe bonus motus interior in genere alicui, ut deus gratum eius accipiat animũ, et illi gratiam ſuam cum ſacramento ſecundum intentionem uniuerſalem accepto, id faciendo, quod Eccleſia facere intendit, infundat, De qua tamen ſpecialis fides nõ praeceſſit. Ergo pro iuſtificatione nõ eſt neceſſaria fides.

DE RECEPtione ſacramenti non eſt dubium, Quia etiam coacti ad baptiſmum illud recipiunt, dummodo hanc uniuerſalẽ, quod facit Eccleſia, recipiendi habeant intentionem, ut habetur cap. maiores, extra, de baptiſmo, per concilium toletanum deciſum. Et ritus etiam Eccleſiae confirmat. Quia hos ſemel ablutos non amplius ablui permittit. Quem ſi negaueris, non eſt, ad quos amplius in rebus fidei probandis refugium habeamus. Nã inquit Auguſtinus contra fundamentum Manichei in epiſtola.

non crederem Euangelio niſi Eccleſiæ crederem. Item Euſebius Li. X. cap. XV. Habet Athanaſium puellum in littore alexãdrino per iocum pueros baptizaſſe ſeruata forma. Quos Alexand. A episcopus (etiam ꝙ per iocum illud actum fuerit) pro baptizatis haberi uoluit. In quibus manifeſtum eſt ſpecialem intentionem minime fuiſſe repertam. Quo caſu licet Augu. de baptiſmo paruulorum. Lib. VII. dicat orandum eſſe, ut ablutio eo modo per iocũ administrata baptiſmus nec ne fuerit, inſpiretur à Domino tamen ex quo Alexan. Epiſcopus cathecuminos pueros, & Athanaſium ſeruaſſe formam perceperit, et baptiſmum illis propterea A datum uoluerit, cum intentione illa generali utrunq; conciliare poterimus.

AMPLIVS de ſacramento pœnitentiæ, modo conſimili ratio formari poteſt. Nam ſicut non neceſſarium eſt, ut idiota, rudis, & ignarus, qui chriſtianæ familiæ aſcitus eſt, articulos fidei credat, niſi in confuſo, dum ſe ad Eccleſiæ fidem remiſerit, ita non eſt neceſſarium, ut in ſpeciali ſacramentum pœnitentie, & gratiã eius intelligat, & tamen faciendo id, quod facit Eccleſia, conſequitur gratiam. Quia Deus de remedio ſalutari nemini unq̃ fuit improuidus, ergo fides certa iuſtificationis, & gratiæ, pro ſacramẽto, & eius effectu ſuſcipiendo non eſt ſimpliciter, & abſolute in omnibus neceſſaria.

QVOD ſi Lutherius ad habentes uſum rationis, ingenuos, capaces, & diſcretos, & qbus lex promulgata fuerit, ſeipſum aſtrinxerit, non errabit fortaſſe, dummodo habitualem, & intentionẽ, & fidem non ſemper actualem (quoniam hæc interrumpitur facile) illam eſſe uoluerit, quam pro ſacramenti gratia, & iuſtificatiõe adipiſcenda neceſſariam ſtatuat. Sed male ſonant illius uerba, & quod omnino patitur exceptionem, abſolute, & ſine ulla exceptione pronunciat, & ut ſui moris eſt, pertinaciſſime tutari conatur.

RESPONSIONES AD VNDECIM, QVAS ex aduerſo Lutherius poſuit rationes. Cap. XXIII.

EX quibus unico tantum uerbo omnia eius diſſoluuntur A obiecta. Iuſtus ex fide uiuit, uerum eſt. Sed fides illa diſtincta eſſe poteſt, & ſpecialis, generalis, & confuſa, &

ad utranq; iuſtitia, ſeu iuſtificatio ſequitur. Quam ideo non neceſſarium eſt in ſpeciali credere, ſi homo fuerit idiota.

AD SECVNDVM de Abraam dicitur eum prudentem, & perſpicacem fuiſſe, quem etiam allocutus eſt Dominus. Et ideo fidem eius exactam, & ſpecialem fuiſſe condecuit. Cui tamen niſi eſſent diuina reuelata myſteria, & in generali tantum diuinæ legi præter naturalem, ſi qua foret, ſuſcipiendæ paratus fuiſſet, nõ eſt dubium, quin idipſum illi ad iuſtitiam Dominus deputaſſet. Quoniã de ſalutari remedio nunq̃ alicui fuit improuidus.

AD TERTIAM. accedentem ad ſacramentum opus eſt credere, uerum eſt diſtincte & in ſpeciali, uel confuſe, et in generali, ut dictum eſt, Si enim eruditus fuerit accedens, & de lege inſtructus, opus eſt, ut diſcrete intelligat, intendat, Credat, & ſpecialem gratiam ſperet. Sin uero rudis ſit, aut non actu dum ſacramentum ſuſcipit, illud conſideret, aut nequaquam inſtructus dummodo non oppoſitum credat, ſibi ſufficit, ut ſacramentum, & gratiam conſequatur. Qui etiam ſi oppoſitum crederet, & generalem Eccleſiæ intentionem haberet ſacramentum ſine gratia quidem ſuſciperet. Quum uero dicitur, obligatus eſt credere, qui ad ſacramentum pœnitentiæ accedit, uerba illa, quæcunq; ſolueritis in terris, erunt ſoluta in cœlis. Verum eſt actu, uel habitu. & pro ſuſceptione tam ſacramenti, q̃ gratiæ, ſiq; in lege inſtructus eſt non rudis, ſed eruditus ille ipſe, qui ad ſacramentum acceſſerit. Quum uero Lutherius ſibiipſi obijcit, & reſpondet. Quid ſi indignus ſim? accede (inquit) quia per nihil magis dignus effici poteris, q̃ per fidem, miror q͛ tam abſolute reſpõdeat. Nam ſi quis ex peccato, non propalato, aut dimiſſa circunſtantia ſe noſcat indignum, non ne prius ſe dignum faceret per opus confeſſionis, ſi tempus haberet, q̃ per ſuſcipiendæ gratiæ fidem? Immo niſi confiteretur, ſuperbe de ſeipſo, & impudenter de ſua nimium fide, & dignitate præſumeret. Quia ſicuti de peccato uno, aut circunſtantia confeſſio ab eo nõ neceſſaria dicit͛, ita de oĩbus dicendum merito uideretur, ut ſine eorum confeſſione poſſet abſolui, & ideo quid dicat aduertat, & ſeipſum exponat, aut reuocet.

AD QVARTAM. Chriſtus fidei ſummus inſtructor, & author per fidem petitæ gratiæ, gratiam facit, ut ſe Deum oſtendat, & ſuam religionem inſtituat. Ita enim rectiſſime factum di

cimus, & debere fieri eo modo quem diximus. Et ſimiliter de cæ‑
cis, & de centurione, & de reguli filio profitendum.

A D Q VINTAM, quod petimus credere debemus, uerum
eſt, eo modo quo petimus. Et ideo ſi petimus gratiam, & ſacra‑ A
mentum, utriq; fides indubia eſt adhibenda. Si uero in generali
petierit quis illud, quod facit Eccleſia in ſacramento, ſi rudis etiã
ſit, neq; intelligere poſſit, non eſt obligatus ad fidem ſpecialem,
ut dictum eſt.

A D SEXTAM, ſimiliter de transferendis montibus per fidẽ
authoritatem haberi poſſe fatemur; per fidem enim omnia fieri
conuenit, & debent (quando expedit, & fides interuenire poteſt)
eo modo, quem diximus, ſed ſine fide multa etiam à Deo uirtute
ſua fieri permittuntur, ut ſe Deum oſtendat. Quemadmodum
prophætia à malis, & infidelibus habitæ, & conuerſio Pauli ſine
fide præuia facta eſt. Et Hieremias, & Ioannes baptiſta, & bea‑
ta uirgo, & Iacobus Hieroſolimitanus antiſtes, in matrum ute
ris facti ſunt ſancti, & iuſtificationem, ſeu gratiam Domini ſunt
aſſecuti. Quæ omnia nõ ſimpliciter fidem neceſſariam indicant,
ut Lutheriana peruicatia ſuadere tentabat.

A D SEPTIMam. Iam dictum eſt, cur Dominus de fide ſem
per homines in noua pietate inſtruendos requirit, & præcipue
diſcipulos, & præcipue Petrum. Quem fundamentum fidei uo‑
citauit.

A D OCTAVAM, eadem ratione Iacobus per fidem ſapiẽ
tiam acquirendam monet, & inſtruit. Quoniam ita melius, &
facilius (ſi fieri poteſt) à Domino conſequimur omnia.

A D NONAM rationem, de beata uirgine, quia credidit,
ideo filiũ Dei concepit, dico antequã crederet, intentionẽ uerbi
coniungẽdi cum carne apud Deum fuiſſe, neq; ob Mariæ fidem,
& merita ſimpliciter & abſolute conceptionem illam, per q̃ ad‑
mirabilem prodiiſſe, ſed cõſequẽter ſolum, ut alias fortaſſe dicet.

D E ANNA Samuelis matre, ꝙ meruerit gratiam non imus
infitias, quoniam inſtructa erat de lege, & pſpicax ualde, & qđ
ſpecialiter petijt, credidit, & aſſecuta eſt.

A D DECIMam. Auguſtinus ſuper Ioannem inquit, accedit
uerbum ad elementum, & fit ſacramentum, non quia fit, ſed qa
creditur. Verum eſt ſacramentum ex fide fieri, ut expoſitum eſt ge
nerali uel ſpeciali, actu, uel habitu ex parte ſuſcipientis. Ex agen

tis autem parte ſola intentio ſufficit. Nam *ab hæreticis etiam eum ſuſcipientium gratia Sacramenta ſolent diſtribui, ut dictum eſt.*

AD VNDECIM *an.* Bernardus *ita quidem intelligendus eſt, in iuſtificatione ſuſcipienda, ut credatur, & ſperetur uenia, à Domino, ut expoſuimus toties, quando ſcilicet commode fieri potuit. Et in hunc modum, quæ obijcit* Lutherius *noſter, aut prætcrire ſilentio, aut noſtro quidem modo exponere debuiſſet, ut multa ipſius perplexa, & male ſonantia dicta uidentur expoſcere. Quæ ipſe impudentiſſimus ſua nimia temeritate in ſemel prælatorum uerborum forma continere non deſinit.*

.P. .S. Secun. Lib.

FINIS.

CHRISTOPHORI MARCELLI PATRITII

Veneti Archiepi. Corcyræ in Martinum Lutherium Secundæ ſectionis Primi Libri.

PRAEFATIO.

Enio nunc ad reliquas Lutherij explicandas, immo refellendas ambages, ſi eas connumerare potuero. Sunt enim ferè innumeræ, adeoq; plenæ dolo, faſtu, iactantia, ut debuiſſent profecto non ſanctis patribus, non curiæ, nō Italiæ, ſed & Germaniæ toti cum reliquis chriſtianæ Reipub. regionibus, immo ipſimet tanti ſceleris authori impudētiſſimo ſtomachum facere, ſi ſeipſum cœpiſſet agnoſcere. Sed induratum eſt cor pharaonis, iamq; ulcus marcore putet, & obduxit callum iniquitas. Quæ omnia medicamina reſpuit, ſoloq; ferro, & cautherio indiget.

PETVLANS Hic homuncio, & furiarum ignibus plenus, quum Pontificis ſummi indulgentias nulla Petri, nulla eccleſiæ, nulla ſeruatoris Ieſu habita ratione deteſtari cœpiſſet, ut qc quam & ipſe ſuo tempore de innouatione ſæculi gloriaretur, uerbo prius, deinde ſcriptis concluſionibus, diſceptationibusq;, & deniq; latiſſimis editionibus egit, ac omnia perturbauit, quūq; non ſatis illi uideretur maledixiſſe ex ea parte Pontifici, debitæ pœnitentiæ, & palinodiæ loco in totam eius authoritatem inſurgens nouis artibus, ac uere Lutherianis figmentis edito opuſculo eam ſolo æquare conatus eſt, ut de diuina pietate meritus maxime uideretur. Partem hanc iam impugnatam docuimus. Supereſt, ut quæ ipſe pijs auribus primum incuſſerit, de ueniarum uanitate, falſa mendacia, neq; tantum erroribus, ſed innumeris inſanijs plena facile doceamus.

DE POENITENTIA & pœnis, & quomodo inſolubili ſe nodo Lutherius implicet, dum per totam uitam pœnitentiam agendam meminit. Cap. II.

PRimum itaq;, ut indulgentiarum uigorem auferat, de pœnitentia, & pœnis agit, deinde purgatorium ſuo modo conſtituit, deniq; illas uiliſſimas, ac omnibus ab eccleſia prorſus demptis theſauris pauperrimas reddere ſatagit. Sicq; à pœnitentia exorſus inquit. Dominum Ieſum dum diſcipulis. pœnitentiam agite, dixiſſe ſcribitur, eam per totam fidelium uitam obſeruari iuſſiſſe. Deinde id dictum ad ſacramentalem confeſſionis, & ſatisfactionis pœnitentiam accommodari non poſſe. Tertio loco non ſolam interiorem pœnitentiam inde ſeruatorem intendere, ſed etiam exteriorem, quæ carni uarias afflictiones incutiat, quum ſine hac illa prorſus eſſe non poſſit. Quarto pœnam à qua ea pœnitentia dicta eſt, manere donec manet odium ſui .i. uera & interior pœnitentia .ſ. uſq; ad introitum regni cœlorum.

HORVM quattuor primum aggrediamur, ut uideamus an homo iſte ſe ipſum intelligat. Fatetur enim per totam hominis uitam pœnitentiam agendam eſſe ideſt mentis, & animi mutationem, & tamen actualem (ut dicunt) pœnitentiam aut habitualem eam eſſe inficiatur. Mentis innouationem appellat, qua in dies proficit homo interior, & tranſit ad meliora, atque ideo Metanoite græcum uerbum (inquit) ſi in latinum commode uerteretur, tranſmentamini aptiſſime diceretur. Quod & latinus tralator in de geſtis apoſtolorum hyſtoria paulo audacior pœnitemini interpretatus eſt. Item ridet homo iſte ex doctrina ariſtotelica non Thomæ aquinatis ſolum, ſed Theologorum omnium ſententiam, habitum quendam animis inſitum dari à quo proueniant actiones.

DVO HIC parit monſtra Martinus, ut bono quidem omine incipiat. Alterum, quo inſolubili nodo ſe implicet. Alterum, quo omnem diſciplinam tam humanam quàm diuinam prorſus interimat. Si.n.dũ à Domino dicitur pœnitentiam agite. de pœnitentiæ actu id minime intelligatur, actus excluditur, neq; etiam ullus habitus admittatur, quænam erit pœnitentia iſta, iſta innouatio, iſte tranſitus, quem per totam uitam obſeruare debemus? Aut enim de pluribus circa uirtutes conquirendas actionibus præceptum datur, aut ex operibus habitum conqui-

ri iubetur, habitum fieri poſſe negas, & id Ariſtoteli tanquam ridiculo imputas. Ergo ad actiones recurras operæpretium eſt. De quibus, quum uerbum illud tranſmentamini non intelligendum eſſe uolueris o Martine, quid uelis ipſe non facile intelliges. Niſi forſan te tibiipſi contrarium præbeas, ut inter mortales maximus uidearis, q uno & eodem uerbo oppoſita defenſare potueris. Dices. non ad unam pœnitentiæ actionem, ſed plures oculum habuit dominus. Non ergo pœnitentias actuales excludis. Cur itaque dum dicitur pœnitentiam agite, actiones expellis, atque ita male homines interpretari aſſeueras? Cur reclamas, cur de pœnitentia, quæ per totam agitur uitam, non quæ actu præſtatur, ea domini uerba intelligenda eſſe commemoras? Quæ tamen actu præſtatur dum agitur, dum innouatur animus, dum corpus noſtrum in ſeruitutem redigitur, dum ad meliora tranſimus? Quum itaque tollas habitum, actus excludas, nulla hæc pœnitentia erit, aut certe erit, ſed nobis incognita, aut more Heracliti Ephesij ſimul erit, & non erit. Quod rerum omnium fluxum quendam, & inſtabilitatem poſuerit, qua affirmare, ſimul & negare, alterum de altero commode potuiſſet.

AMPLIVS quum de interiori pœnitentia (ut aſſeris) loquatur Dominus, & de illa tibi facta ſit ratio, qua impoſſibilia Deum præcipere homini, deducebatur, dum illam enucleas, pœnitentiæ actionem per ea uerba ſignificari declinas. Atq; ad eum quidem angulum deductus es, ubi tuæ inſcitiæ, aut proteruiæ ueritas latere non poſſit.

RVRSVS Quid prohibet una tantum animi triſtitia, & pœnitentiæ actione amiſſam uirtutem redimere? & cuiuſpiam animum renouari? Nam ſi unus tantum deficiens uirtutis gradus per unicam actionem redimitur, tota uirtus ſubito redintegratur. Sicut enim qui maxime à uirtute diſtat, ita qui modicæ dari nil prohibet? Ad eiuſmodi hoīem de agendi pœnitentia extendit, nec ne pceptū Dñi o Lutheri q̃ſo rñdeas. Si extenditur, ergo ad unam quoq; pœnitentiæ actionem id pcepti optime accommodabitur. non ergo per totam uitam pœnitentiam agendam eſſe deducitur. Si non extenditur, afferas in medium rationem, tu, qui aut ſcripturis, aut uiuis rationibus ſemper innite-

ris. Adde ſi renouatione per unum tãtum actum indigeat, Cur ſub ea lege hunc natum hominem eſſe dices, qua dum ſemel pœnitet, dolet, transformatur (ut aſſeris) tam diuturnam illam obſeruare cogatur? Dices. per totam uitam durat hæc pœnitentia, quam Dominus ſtatuit obſeruandam. Per totam uitam duret, admitto, ſed dum eo tantum actu pœnituerit aliquem, uolo (ut facile fieri poteſt) ſtatim intereat. Nõ ne hæc pœnitentia uno tantum transformationis opere deſcribetur? Negabis fortaſſe quempiam aut diuina inſtitutione poſt unius pœnitentiæ actum, aut ex ipſamet pœnitentia ſtatim emori poſſe? At nihil ſummo conditori impoſſibile dari conuincitur, nedum id quidem, quod facillimum eſt creditu, & comprobatu facilius. Potuit quis, immo complures potuerunt (ut apud Romanas hyſtorias legitur) ſubita lætitia mori, cur mœrore, cur pœnitentia, quæ triſtitiam parit, ſubitus nõ contingere poteſt interitus? Quæ profecto ſi æquis gradibus compenſentur, longe magis hæc, quàm gaudium eſt humanæ uitæ contraria. Aſſerant quicquid uelint nonnulli garrientes hyſtoria, qui hac in re philoſophis fidem exhibere coacti ſunt. Cum quibus ſi non ſola nobis ratione, ſed etiam hyſtoria decertandum eſt, legant. yi. Machabeorum primi libri caput, & uideant Antiochum ex capiendæ ciuitatis Elimiadis in perſide conſtitutæ deſperatione primum, & deinde ex fractura exercitus à iudeis illata præ nimio dolore confectum. Præter quem (ut de Romanis exemplum etiam adducamus). M. Lepidum nobiliſſimæ ſtirpis uirum euenti anxietate mortuum apud Plinium naturalis hyſtoriæ Libro ſeptimo legimus.

DARI HABITVS IN ANIMA CONTRA Martini ſententiam. Cap. III.

a Lterum autem Lutherij monſtrum eſt, quo dum habitus tollit, diſciplinas omnes, omnes uirtutes, permanentem omnem animæ perfectionem, ornatum, & pulchritudinem aufert. Veniat ſapientiſſimus Salomon & ſuam adeo pulchram amicam in qua nulla prorſus macula inueniret, de

cantatam ſponſam defendat. Veniat origenes, qui eam hominis animam interp̄tatur, quæ ſine uirtute ulla, formoſa, Deoq; amica eſſe non poteſt. Infecta quæq; ab origine corpori (ut chriſtiana ueritas habet) infunditur anima. Cui dum à regenerationis lauacro fidei, & charitatis imprimit̄ (dicam ne, habitus ò Martine) nitеſcit, pulchra fit, & cum ſuo conditore in amicitiam coit. Non eſt habitus ille dicet forte Lutherius. Quid ergo eſt? Non eſt actus, quomodo itaq; Deo infantis anima gratificatur.

ACCEDAT Paulus ad Corinth. xiij. cap. ſcribens dum excellentiorem uiam illis oſtendere meminit, quum ſe ad theologicas exarandas uirtutes, & præcipue charitatem accingit, nō ne de habitu quodam in patria permanente loquitur? dum dicit. Charitas nunq̄ excidit, ſiue prophetiæ inanes fient, ſiue linguæ deficient, ſiue ſcientia deſtruetur. Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus, Quum autem uenerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Ex quibus manifeſto apparet quotidie in nobis uſq; ad alterius uitæ conſuetudinem charitatem proficere, quæ nunquam excidit, ſed uigoraſcit aſſidue, & quum in patriam deuenerimus, deniq; conſumatur. Eſt ne ſolus charitatis actus, de quo loquitur Paulus, qui per totam uitam manere poſſit, qui nos uſq; in patriam comitetur, qui nunquam hominem deſerat, qui augeatur, proficiat, & nos ad meliora cō ducat? Quum itaq; plures aſſidue actus ij ſint, qui tanta uarietate afficiantur, Vnum ex ijs eiſdem habitum aggenerari operæ precium eſt, qui ad conſumationem uſq; duret, & maneat.

IDEM præterea maximus Paulus. dum ſe non amplius ex uehementi charitate, ſed in ſe Chriſtum ſuum uiuere meminit ad Galathas. ij. unum ne charitatis actum expreſſit, uel habitum? Vnus tantum uitæ actus, uita eſſe non dicitur, ſed per unam & eandem uegetantis animæ in calido naturali continuatam manſionem deſcribitur. Sicut ergo uegetalis animæ manſio per caloris habitum continuatur & uita eſt, ita Chriſto ſe per charitatem iunctum tanquam per habitualem calorem, non uiuere, ſed ipſum eundem Chriſtum in eo uitam agere Paulus exprimere uoluit. Ponatur ergo habitus, opus eſt.

SI DEINDE nullus ex operibus in anima habitus conquiratur, uellem ſcire, unde eſt, ꝙ ignarus literarum dum ad diſciplinam accedit, parum à principio ꝓficit, deinde melius ſe habet.

poſtremo perficiatur, & quotieſcunq; uelit, ex ſeipſo ſine praece-ptore ſine ulla temporis mora, quod didicit, explicat, ingenium plane oſtendit, diſputat, docet, & qui rudis antea habebatur, ac ueluti ſomno detentus, factus eſt ſolers, uigil, & ad litera-ria exercitia promptus. Non ne hic habet aliquid intus in ani-ma, quod talem ipſum reddiderit, qualem ſe oſtēdit? ſi aliquid, id habitum uoco. Si nihil, quæ igitur tantæ facilitatis, dexterita-tis, ſolertiæ, & promptitudinis cauſa? Dices, frequens actionum ſimilium exercitium. Volo, exercitium hoc parat ne aliquid ani-mæ, quo facile, & cum uoluptate in conſiderationem, & ſcien-tiam exeat, aut nihil, ſi nihil, fruſtra id ei exercitium datur. Nanq; eodem modo ſe haberet, quo prius ſe habuerit anima. Si quicquam per exercitium illi conquiritur, id certe habitus eſt, & habitum appellamus.

QVOD *de intellectus habitu diximus, de appetitu facile demō-ſtrabitur. Nanq; intemperans ſi ad temperantiam uelit accede-re, id ei difficillimum certe uidebitur, quum uero temperantiæ aſ-ſueuerit actibus, difficultatem non amplius patietur. Et quæ pri-us exercebat inuitus, uirtutis huius, aut alterius opera, facile, ſummaq; cum uoluptate complebit. Credi ne ab ullo etiam inſa-ſato homine poteſt, nihil ſibi hunc hominem comparaſſe, quo ſit mutatus in anima? Certe à nemine niſi forſan à Lutherio, cui uſque adeo inſanire in ſuis cogitationibus libet, ut ſibiipſi non credat.*

DEVS *fortaſſe (dicet Lutherius) & Angeli, quos philoſophi in-telligentias appellarent, res omnes ſine habitu intelligunt, quo etiam modo ſunt uirtutum omnium, & diſciplinarum capaces. Cur ergo ſic quoq; noſtræ non habeant animæ? Profit, ſi in hunc modum ſuam quærat laceram reſarcire lacernam. Nanq; Deus per ſe ipſum intelligit omnia. Cælites uero intelligentias ab eo ſu-ſcipiunt, ſiq; à rebusipſis perficiantur, in eis ponimus habitus, in Deo autem minime, quum uno & eodem modo ſemper intelli-gat. Anima uero noſtra an Deus eſt? an Angelus? an ſine labo-re, ſine tempore, ſine fantaſmatibus, ſine ſenſibus proficit? Quū deniq; ad omnem actionem ex ſe ſit indifferens anima, ſi habitū tollis, æque facile, æque auide, pariq; celeritate, & promptitudi-ne peraget omnia. Quod quum minime faciat, habitum ponas oportet. Aut ſi eam abſq; habitu magis ad unum, q̃ ad aliud tē-*

dere dixeris, atq; ideo illum penitus tollas, tolle pariter poteſtatem ab anima. Nam ſe ipſa ſine poteſtate dicemus agere omnia. Nunq́ (audebo) fortaſſe dices. tolle audacter, tolle, ꝙ minus forte ſit poteſtatem q̃ habitum ab anima tollere; ne cures, aude aliquid ſi uis non carcere (ut ille inquit) ſed immortali gloria te dignum efficere, aude aliquid, tam abſurda, tam inconſiderata, tam uoluntaria, & ab omni iudicio penitus aliena eſt haec hominis freneſis, ne dicam ſententia, ut ſanè ridiculũ ſit impugnationem eius ulterius proſequi. Remanet ergo in anima habitus quidam ex operibus genitus, qui ſpiritalis quaedam qualitas ẽ, quae ſuum etiam quodammodo uidetur habere contrarium. Dũ enim rei unius contemplationi uacamus, ab alterius eruditione deſicimus, & qui non aſſidue diſcit, dediſcit, & capitur obliuione. Eat Lutherius modo, & ſe, non Thomae, non Theologis uniuerſis, non Platoni, non Ariſtoteli, ſed Salomoni, ſed Origeni, ſed Paulo, ſed Deo, & naturae mentitum (ſi uelit) agnoſcat, ſed nolet, quia eum maxime iuuat in uiam mendacij indeſinenter incedere.

REDEAMVS ergo, & dicamus habitualem dari poenitentiam, quam & ipſe aduerſarius noſter nobiſcum uirtutem aſſerit. Quae actum, unde prodeat, ſi frequenter eliciatur, minime excludit. De qua dictum euangelij. poenitentiam agite. habet ꝓculdubio intelligi. Et de hac melius Paulo infra dicetur.

IMPOSSIBILIA NOBIS DEVM NEQVAquam imponere, quo etiam pacto per totam uitam intelligendum ſit nos debere poenitentiam agere. Cap. IIII.

NVnc quomodo impoſſibilia uelit Lutherius nobis dominum imperaſſe, libet inquirere, ut rem nouam, inauditam, & omni monſtro monſtroſiorem noſtro ſaeculo ex Lutherianis uenenis ortam conſpiciamus.

QVIS enim tam magni cordis, & animi fuerit, tamq; de ſuis à Deo cumulatiſſimis fidei, ſanctitatis, ac in omni genere uirtutis muneribus, & donis cõfidet, ut nõ deſperet ĩpoſſibilia facere, ſi Deus impoſſibilia iuſſerit? Quis non iniquum illum eſſe dixerit? quis non iniuſtum? quis non humani generis (abſit uerbo ob

ſcænitas) inuidum profitebitur? Tollit hoc nefandiſſimum uerbū prouidentiam à rebus humanis, iuſtitiam tollit, tollit pietatem, religionem, bene agendi uitam, et tamen Lutherium, qui Chriſto ſolus natus eſſe uidetur, ſouet, & chriſtianiſſimum facit.

AGE igitur quomodo te ipſum intelligis, dum in omnem uitam .i. aſſidue omnibus horis, omni tempore nos dolere, ac pœnitentiam agere debere commemoras? Habes ne (ubi lateas) angulū? expone. Ergo ſimpliciter impoſſibilia, ut ageremus nobis Deus impoſuit. ſimpliciter impoſſibilia. Cur ergo. ut noſtri miſereret, hoc fecit hoc ſanciuit, hoc ſtatuit. O pulchra redditio cauſæ, qua quomodo aliquid fieri queat, omittitur, & cuius gratia factum ſit explicatur. Magnæ quidem ſolertiæ ingenium. Dialectica inſuperabilis, quam & ipſi quidem ſorticuli erubeſcerent profiteri. Sciunt enim, & tanquam certiſſimum axioma quotidie celebrāt cur res aliqua ſit, eam, qua an ipſa ſit, inquiritur, præſupponere queſtionem. Verum non curat, eiuſmodi Ariſtotelicam Logicā nouus iſte magiſter, quum Paulinam imbuerit. Parcat ergo, nō aduertebam, incaute locutus ſum.

VERVM ut ei puluerē ab oculis excutiamus impoſſibilia quomodo nobis iuſſit Dominus, inquirimus, ſi mirabilia facere nō omnibus datum eſt authore Auguſtino? Quid enim maius eſt mirabilia, an īpoſſibilia facere? Si mirabilia facimus, facimus uirtute diuina. Nam de his mirabilibus, quæ rectius miracula dicerentur, in ſermonibus loqtur Auguſtinus. Impoſſibilia quæ præcipiuntur, noſtri quidem eſſe debent arbitrij, quæ quum impoſſibilia ſimpliciter fuerint, longe maius erit hæc facere, q̄ illa ſed illa nō nobis datum eſt facere, ergo multominus hæc, ut ageremus, debuit Deus imponere.

AMPLIVS quomodo ex dilectione Dei, & proximi leges omnes, & prophetiæ dependent (ut euāgelica habet hyſtoria) hæc uero poſſibilia ſunt. Nanq; ait Auguſtinus de non diligendis inimicis nemo eſt, qui legitime ualeat excuſari. Quanto minus de ſumma, & infinita dei bonitate, unde tot & tanta beneficia accepimus? Ergo neq; præcepta alia, quæ in his continentur, q̄ legis nomine deſcribuntur, erunt impoſſibilia.

QVO deinde pacto illud ex Auguſtino male uir accipis, uelim æquo animo intelligere, ſemper orandum eſt (inquis) etiam à

ſanctis

ſanctis uiris, ergo ſemper pœnitere debemus. Nam pro peccatis, et pro debitis noſtris in oratione dominica ueniã orare iubemur. Valet hæc ne tua illatio? ſi ualet, ex Auguſtino eſt, ſi non ex Auguſtino, ſed ex tuo tantum capite ualet, tibi non per Auguſtinũ credenda eſt, ſed per tuam, quam nõ affers, ſed melioris forte gratia intus retines rationem.

HABET, q̃ nobis orandum eſt candidiſſimus, & nunq̃ ſatis laudatus Auguſtinus Libro de uera, & falſa pœnitentia ca.iiij. in eos ſanè arguens, qui poſt baptiſmum non fieri peccatorum remiſſionem dicebant, & potiſſimum ex authoritate Ioãnis. Qui eſſe peccatum quoddam ad mortem dicebat, pro quo nõ oret qs, & peccatum non ad mortem, pro quo oret quis, ac ſi pro peccatis ante baptiſmum orandum, quoniam ad mortem non ſunt, ꝑ alijs autem minime, dicere noluiſſet. Ad quos reſpondens Auguſtinus ait, falluntur qui ſic illum. ſ. Ioannem intelligunt, contrarius nõ eſt ſibiipſi, qui pœnitentiam admonet Eccleſiæ pergami. Sed ſunt quædam peccata uenialia, quæ oratione dominica quotidie ſoluuntur, quum dicitur et dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et hæc (ut idem ait) non ſunt ad mortem. Alia uero, quæ ſunt ad mortem non ſic, ſed per fructus pœnitentiæ ſoluuntur. Hæc Auguſtinus. Pro uenialibus ergo nobis quotidie orandum uoluit, neq; pro illis fructus pœnitentiæ neceſſarios aſſerit. Non ergo ex quotidiana oratione continua pœnitentia debet inferri.

QVVM poſtea idem eiuſdem libelli. XIII. cap. Nos monet Auguſtinus, ut nõ credamus aliquos nobis ſatis eſſe pœnitentiæ fructus, ſed per totam uitam doleamus apoſtolum imitati, ita certe intelligendus eſt, ut non ſit ſibiipſi contrarius, ut. ſ. dolor ille, illa pœnitentia aſſidua, nõ pro uenialibus ſoluendis, ſed pro his, qui ad mortem fuerant, etiam ante baptiſmum alacriter ſuſcipiatur, Non quia putemus per baptiſmum nobis ea non fuiſſe deleta, aut per ſacramentum pœnitentiæ toties ſuſceptum, quæ poſt baptiſumm commiſimus, ſed ut pœna alterius ſæculi diminuatur (nanq; de ſatisfactione ibi loquitur Auguſtinus) & ut nõ amplius in nobis in futurum uoluntas peccandi habeat locum. Ita enim Dominum in Euãgelio allegat, qui quum adulteram mulierem à peccato ſoluiſſet, dixit ei, uade & noli amplius peccare, & deniq; ut gratiam conſeruemus per pœnitentiam erratorum,

quæ etiam, ut gratia acquireretur, in cauſa fuit. Non ergo ex Au guſtino, ſicut neq; ex Bernardo, aut quouis alio ex doctoribus chriſtianis (ut reor) inuenies, qui continuam, indeſinentem, & impoſſibilem pœnitentiam nobis agendã uelit, ſuadeat, iubeat.

QVOD q; Paulus ad Romanos, qui manducat, Domino man ducat, qui dormit, Domino dormit, qui uiuit, Domino uiuit, q̃ moritur, Domino moritur. Et ad Corinth. non eſtis ueſtri, empti. enim eſtis precio magno aſſerit &c. Pœnitentiam iſtam, quam tu clamas, nequaquam oſtendit. Dices Domino dormire eſt Dei uoluntati parere, ergo pœnitere, non ualet, ſi pœnitentia dolor eſt. Dormiens quippe neq; dolet, neq; gaudet, quum uſu careat rationis. Id fabulantis eſt Ariſtotelis. Id ueritatis eſt. Quam ne-mo quantumuis improbus negare poteſt. Aut enim pœnitentiæ actus, alicuius in nobis potentiæ actus eſt, aut nullius, ſi nullius neq; habitus eſt, quia non ſtatuis habitum, nihil ergo eſt pœnitẽ tia. Si alicuius eſt actus, neq; dolor erratorum, ſed uirtutis amor, & bene agendi inſtitutio, quæ propriæ pœnitentia dici non po-teſt, adhuc ſomni tempore exerceri nequit, dum ratio ligata eſt, dum deuincti ſunt ſenſus, dum liber, ac ingenuus rationis uſus haberi non poteſt. Dormiens in ſe quieto Deum agere patitur, ergo tunc pœnitet, ergo tunc bonis actibus plenus eſt, quando ip ſe non agit, quando ſui non extat arbitrij? ò ſequella mirabilis, ò dialectica ualde ſubtilis, & à ſæculo non audita. Non ne uno, & eodem uerbo contradictionem admittis? Non ne te ipſum ob tuam hãc inuincibilem pertinaciam fallis? aut alios te fallere cre dis. Dormiens enim non agit, & tamen ex te, bonis actibus ple nus eſt, ergo ſimul agit, & non agit.

DICES (ut ex Paulo ad Romanos accepiſſe fateris) iuſtos poti us agi à Dño, q̃ agere, Atq; ideo actus dormiẽtis potius dei eẽ q̃ dormiẽtis. At eã habet ſententiã Paulus, qm̃ per Dei gratiã be-ne operamur, & iuſti ſumus, nõ noſtro tm̃ arbitrio, ut Pelagius aſſerebat, ſed propterea non excludebat noſtræ uoluntatis actũ, qui, à, recta ratione pro iuſtitiæ opere dirigebatur. Admittebat bonarum actionum noſtrarum Deum, tanquam authorem præcipuum, ſed humanum non excludebat arbitrium. Vnde Au guſtin. qui fecit te, ſine te, non iuſtificabit te, ſine te. Dormiens uero ligatum habet arbitrium, licet Deo dormiat, ideſt ad ſom-num cum uirtute, & moderamine acceſſerit. Vis uidere non eſſe

aſcribendum in aliquo uirtuti ſomnum? ex uitio, quod eſt eius oppoſitum, facile intelliges. Si quis enim iurauerit dormiens, aut furatus ſit, aut uenerem paſſus, non illi aſcribitur uitio, quum in ſua poteſtate non fuerit. Cur ergo, ſi quis dormiens nihil uirtutis egerit, aut uirtuti conſimile, ſed in quieto manſerit, id in eo uirtuti tribuẽdum eſt? Oppoſitorum eſt enim eadem diſciplina, quanto igitur minus ſopore detentus quis exercebit opera pœnitentiæ?

VERA SVNT hæc, quæ dicimus, ſint Ariſtote. ſint ciuinis conſona, ipſamq; ueritatem ex cuiusq; ore, ſiue ethnici, ſiue iudei ſiue philoſophi, ſiue iuſti, aut impij prolatam, ſiue ſi angelus, aut Diabolus fuerit, accipere, & profiteri debemus.

NON SVB PECCATO HOMINEM DEVS cõſtituit, ut eius miſereretur, ut Lutherius aſſerebat. Cap. V.

Non poſſum deinde pati quomodo Lutherius noſter dum impoſſibilitatem agendæ pœnitentiæ in hac mortali uita commendat, aſſerat, id factum eſſe, ut Dei miſericordia locum habere intelligatur. Ait enim ideo Deus hominem ſub peccato, ſcilicet inexpiabili per pœnitentiam in hac uita conclufit, ut ipſius miſereretur.

PROPHANA ſunt uerba hæc, execrabilia, & infidelitatem apertiſſimam ſapientia, quum Deus peccati authorem facere uideatur, ut per miſericordiam fœlicitatem condonet, ac ſi uelit dicere homo iſte imperfectum, à ſe auerſum, ſibi inimicum deus conſtituit hominem, ut ſibi eum reconciliaret, aduocaret, perficeret. Non poterat miſereri Deus ſine peccatis noſtris, non poterat ſe nobis, & fœlicitatem præſtare, niſi prius illi contrarij fuiſſemus? Si parens noſter Adam non peccaſſet, non ne Dei miſericordia eſſemus cœleſtis fœlicitate donati? non ne magis Deo placuiſſemus? non ne facilius, quod modo ſumma cum difficultate conſequimur, attigiſſemus? Non opus eſſet miſericordia, niſi peccaſſet Adam, Immo opus eſſet, quoniam ex illius, noſtraq; iuſtitia nequaquam ad

tantum dignitatis culmen peruenire potuiſſemus. Quum igi-tur humilis ualde fuiſſet humana conditio, ſua Deus miſericor-dia, & pietate uti legitime ualuiſſet. Non enim ſemper ſolius in-fœlicis, aut miſeri miſericordia habenda eſſe dicetur, ſed humi-lis interdum, & qui ſuapte natura ad beatitudinis gradum per-uenire non poteſt.

RVRSVS non ne Deus optimus maximus ante hominum crea-tionem quantum in ſe fuit, uoluit omnes fœlicitate donare? Scri-ptum eſt enim Deus uult omnes homines ſaluos fieri, ſiq; in erro-rem ſua culpa inciderint, in qua usq; ad finem uitæ permanſerint miſeros fieri ſtatuit. Prius ergo ſalutem omnibus excogitauit de-us, quam eſſent peccatis obnoxij. Non igitur ex peccato noſtra or-ta eſt ſalus, noſtra fœlicitas, noſtra beatitudo. Adde quod idem ma-gnus ſacrarum litterarum faber Auguſtinus nobiſcum ſentit, dũ miſericorditer cuncta Deum creauiſſe commemorat, non ergo ex peccato miſericordia ſemper exoritur.

IDEM QVOq; maximus Theologus Auguſtinus (cum quo mihi libet eſſe dum tuam impudentiam detego). XVI. cap. Li-belli de uera, & falſa pœnitentia, quid pertractauit in memoriã reuoca. An te docuit is de peccatis, & miſericordia dicere, aut ſentire, quæ ſentis, aut memoras? uel potius contra eos inuehitur, qui peccata noſtra diuinæ prouidentiæ tribuunt? Ait enim ſciuit Deus quid facturus eſſet, qui peccat, ſed non ordinauit peccatũ, qui nullum reliquit impunitum. Et paulo infra. Non ordinauit peccare, qui uoluit curare peccatum, ſed libertati permiſit, quod peccator neceſſitati donauit. Non ergo impoſſibilia homini, aut peccata Deus impoſuit, ut per miſericordiam eum à peccato re-dimeret, & ſaluifica fœlicitate donaret. Non ſatis mirari queo, quantum ſuæ det manus inſaniæ homo iſte, ut uideretur, non ut eſſet. Magis enim uideri cupit, q̃ eſſe. Excuſandus eſt forte, quia helleboro indigeat.

DICTVM DOMINI MATHEI .IIII. POENI tentiam agite, ad ſacramentalem pœnitentiam poſſe accommo-dari, eamq; diuino iure ab omnibus fidelibus obſeruandam eſſe. Cap. VI.

AD ſecundum modo Lutherij dictum, quo uerbum Domini pœnitentiam agite, ad confeſſionem, & ſatisfactionē, quæ ſunt ſacramentalis pœnitentiæ partes, accommodari non poſſe aſſerit, deueniamus, & in proprium authorem arma retorqueamus.

INQVIT ENIM ſacramentalis pœnitentia temporalis eſt, nec poteſt omni momento agi, alioqui ſemper oporteret cum ſacerdote eſſe, & confiteri peccata, aut ſatisfactionem à ſacerdote impoſitam exequi, quæro igitur temporalis ne ſit, quam præcipit Dominus in Euangelio, an momentanea pœnitentia, ſi temporalis, omni itaq; momento pœnitere, & dolere debemus, quod ſatis admodum fieri non poſſe paulo ante monſtratum eſt. Ergo ſi tua ualet ratio, ualebit & noſtra. Momentanea uero eſſe non poteſt, quoniam per totam uitam indeſinenter obſeruandam eſſe dicebas.

RVRSVS QVOD Mathei quarto cap. Dominus iubet, ut ſcilicet pœnitentiam agere debeamus, eodem modo ad unguem intelligendum eſt, quo præcurſor eius Ioannes Mathei. III. cap. Illud idem aſſeuerat, ut etiam uoluit Auguſtinus. Hic uero dum pœnitentiam agendam iubet, confitentes peccata baptizat, Phariſeos, & ſaducæos, ut habet interlinearis gloſa, peccata non confitentes expellit, ac ſi dixiſſet ſi peccata confeſſi fuiſſent, eos baptizaſſet Ioannes. Eam itaq; pœnitentiam prædicauit hic, quæ confeſſionem peccatorum neceſſario complectebatur. Et illam eandem eſſe fatendum eſt, quam nobis Dominus obſeruandam in Euangelio ſtatuit.

QVOD VERO de ſacramentali pœnitentia nullum haberi præceptum uir iſte doctus aſſeuerat, neſcio an mirari debemus, quum longe magis incredibilia dixerit, non ne auguſtinianus eſt? non ne Auguſtini doctrinam, & ordinem profitetur? Eat igitur & decimum libelli de pœnitentia caput, ſi uelit, inſpiciat, legat, intelligat. Ait enim. quem ergo pœnitet, omnino pœniteat, & dolorem lachrimis oſtendat, repræſentet uitam ſuam Deo per ſacerdotem, præueniat iudicium Dei per confeſſionem. Præcipit enim Dominus à lepra mundatis, ut oſtenderent ora ſacerdotibus, docens corporali præſentia confitenda peccata, non per nuncium, non per ſcriptum manifeſtanda. Dixit enim ora

monſtrate, & omnes, non unus pro omnibus. *Ecce confeſſionis præceptum diuinum iuxta magni ueritatis huius teſtis Auguſtini doctrinam*. Non dixit Chriſtus aperte *confitemini ſingula peccata ueſtra*. Ergo non præcepit, *ſi formas hoc pacto rationem pulchra quidem erit formatio, & quæ non nauſeabundo etiam ſtomachum factura ſit*. *Alijs uerbis præcepit, ut uoluit Auguſtinus, quod per claram, & perſpicuam in mundatis à lepra figuram edocuit*. *Qui etiam quum ſoluendi poteſtatem diſcipulis dederit, inquiens (quodcunq; ſolueritis ſuper terram erunt ſoluta in cœlo) idipſum claris, & rotundis uerbis expreſſit, mihi non credas, ſed Auguſtino*.

QVI VELVT *admirabilis ingenij fuit, ita non una ratione, aut ſententia contentus quotieſcunq; ex ſcripturis aliquid oſtendere nititur, ſeruatoris noſtri (ut in propoſito facit) accommodatam figuram adducit*. *Quum enim Lazarum à mortuis Dominus ſuſcitaſſet, ſoluendum, qui ligatus erat, diſcipulis tradidit (inquit) ut ſoluendi, à, peccatis authoritatem ſacerdotibus, qui diſcipulorum uices gerunt, traditam eſſe perciperetur*.

QVID DEINDE *dicemus nos ex illis Domini uerbis* Ioannis. XX. *cap*. Intelligi poſſe, *quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, niſi peccatorum remiſſionem, quã ſanè ſine iudicio, ſine cauſæ cognitione, ſine confeſſione compleri non poſſe compertum eſt*. Tradita igitur *hæc ſoluendi poteſtas, niſi finem ſuum inter fideles omnes ſortiretur*, Immo *ubicunq; peccatum acciderit, inaniter quidem & in caſſum conceſſa fuiſſet*.

QVAENAM *item uia ad tollendas hominum culpas facilior? quæ communior? quæ certior?* Nam *dummodo te diuinæ gratiæ non oppoſueris, parum, aut nihil de peccatis indoleas, per confeſſionis iudiciũ gratiam conſequeris*. Sunt *ſanè nonnulli fidelium, qui ob errata ingemiſcere, aut corda (ut apud Iohelem canitur) ſcindere nequeunt*. Iis *hoc oportuno remedio, à, Domino prouiſum eſſe proculdubio ſentiendum eſt*.

NON NE QVISQ; *inſuper magis certus eſſe poteſt ſe per impietatem, aut per culpam, qua careat, diuinæ gratiæ non aduerſari, quàm de peccatis ſufficientem habere mœrorem?* Tum *enim ualet ſe in mortali offenſa intraneo, uel extraneo actu non*

eſſe dignoſcere, nunquid in ſatisfactoria pœnitentia, aut dolore pro requirenda gratia fuerit, minime. At quisq; faciliorem, certiorem, commodiorem ſalutis, & gratiæ recuperandæ uiam tenetur proſequi, quam etiam Dominum oſtendiſſe plurimis argumentis accipitur, eam itaq; diuina inſtitutione quilibet proſequatur oportet.

QVIS DEINDE ueterem, & antiquiſſimam conſuetudinem ita poterit abnegare, ut diuinitus non ea nobis illuxerit, ſi Euangelij & ſanctorum patrum teſtimonium habeamus, ſi nullibi apud Eccleſiæ conſtitutiones eius inueniatur origo? Nam ſi id ab Eccleſia ortum eſt inſtitutum, ubi unquam, & quo tempore emanauerit, uiſum eſt, lectum, auditum? Quod enim extra de pœnitentiis & remiſſione .c. omnes utriuſq; ſexus, legitur, ab Innocentio .IIII. In Lateranenſi concilio nuperrime inſtitutum eſt. Quod tamen Auguſtini temporibus frequentiſſime obſeruabatur, qui ſupra .M.C. annos præceſſit.

QVO ETIAM pacto, dic Lutheri, tu, qui ſacramentalem pœnitentiam ab Eccleſia originem habuiſſe confirmas, ſummus Pontifex à quocunq; ſacerdote illam, ſi uellet, poſſet, aut teneretur accipere, quum par in parem nequeat habere imperium, ut extra de uerborum ſignificatione .c. exiit, qui ſeminat. Scribitur. Princeps enim quam condidit, legi non obligatur. Dices Eccleſia, quæ eſt Pontifice ſummo ſuperior (quod tamen ſuperiori libro improbatum eſt) & ipſa legem illam conſtituit. Sed ubi, quando, quomodo, cuius gratia nusq̃ inuenies.

ACCEDAT IN medium Iacobus, qui primus fuit Hieroſolimitanus antiſtes Canonicæ epiſtolæ cap. V. Et dicat, cur confitemini dixerit alterutrum peccata ueſtra, & orate inuicem, ut ſaluemini. Reſponſionem iam datam ex interrogatione teſtabitur, ut ſalutem eo tutiſſimo ſacramento reciperent. Eſto, quod uniuerſalis Eccleſiæ non fuerit paſtor, eſto, quod uelut epiſcopus huiusmodi, tam ſaluberrimi præcepti non fuerit authọr, tanquam Apoſtolum, id à domino accepiſſe credendum eſt, cuius etiam authoritate omnibus obſeruandum iniungeret.

NEQVE aliud ſanè nobis perſpicuo, ac euidenti indicio eſſe poteſt id ex diuino ore Iacobum fuiſſe locutum, quam frequentiſſima, & uetuſtiſſima fidelium conſuetudo ſine ullo recen-

tiorum canonum teſtimonio, ſine ulla ipſius origine à Pontificio iure conceſſa.

QVA PLANE *ratione fit, ut ſi nulla eſſet Euangelicæ hyſtoriæ authoritas, ſi nullum ſcripturarum teſtimonium, ſi rationes nullæ, ſacramentalem hanc confeſſionis pœnitentiam adhuc diuinitus nobis traditam diceremus. Multa enim ſunt* (*teſte Damaſceno*) *qui à Ioanne Euangeliſta cap. ultimo illud acceperat, ueluti per manus ſine ſcriptura nobis, & Eccleſiæ tradita* (*ſicut etiam de miſſæ canone conſpicuum eſt*) *quæ tamen, ac ſi diuino ore nobis promulgata fuiſſent credere, ac obſeruare debemus.*

I D VNVM, *quod cum Auguſtiniano uiro noſtra eſt diſceptatio, Auguſtini præterire non poſſum*(*præter id, quod in confeſſionis actu ex erubeſcentia erratorum ſatisfactio, quædam exoritur, tantam eſſe, tamq; homini neceſſariam meminit confeſſionem, ut deficiente copia ſacerdotis alter alteri, et ſi laicus ſit, errata confiteri cogatur. Auſus ne fuiſſet auguſtiſſimi ingenij, & ueritatis fautor Auguſtinus hæc dicere, niſi diuinitus inſtitutam confeſſionem credidiſſet ? te iudicem facio. Sed in hoc amplius inſiſtere ſuperuacaneum eſt, & preſertim, q; ſurdo loquimur, & incaſſum aerem uerberamus.*

SATISFACTIONEM SOLVM AB ECCLESIa *inſtitutam non eſſe, & quot modis pœnitentia intelligi ualeat* Cap. VI:

QVo *autem pacto ſatisfactio, quæ pro erratis cuiuſdam pœnæ ſolutio eſt, ſit ab Eccleſia ſolummodo inſtituta, pro ueritate ferri non debet. Nanq; ſi diuino iure eſt inſtituta confeſſio, ſi iudicium diuinitus obſeruatur, ſi ſententia eamet ratione feratur, qua data eſt iudici iudicandi poteſtas, ſi deniq; in eiuſmodi pœnitentiæ foro ſententia ſemper, & abſolutoria pro uenia impetranda, & obligatoria pro pœnæ ſolutione profertur* (*quæ ſatisfactio nuncupatur*) *non uideo, quin & ipſa diuino iure inſtituta, receptaq; ab omnibus habeatur.*

Q VIS *etiam*(*uellem æquo animo accipere*) *eam habet authoritatem, qua in pœnam temporalem commutatur æterna, ſi ſa*

cerdos eſt, id aut ab eccleſia, aut à ſummo illius principe obtinuit. Ipſa uero eccleſia, aut eccleſiæ gubernator unde nam illam nactus, cunctis, proprio ne, an diuino iure diſtribuit? Nullus profecto eſt tam mentis inops, qui propria facultate eccleſiam, aut Pontificem, qui æternæ pœnæ inflictor eſſe non poteſt, aſſerat commutationis eiuſmodi authorem. Non eſt itaq; hæc ſacerdoti pœnæ iniungendæ poteſtas, & ipſius pœnæ ſolutio niſi diuina uoluntate ſtatuta.

ERVBESCENTIA quoq; magna eſt pœna inquiebat maximus theologus Auguſtinus. Hæc uero actum confeſſionis inſequitur, & ſatisfactionis loco pro Dei offenſa à Deo ipſo ſuſcipitur. Multum enim (inquit Auguſtinus in Libro de pœnitentia cap. x.) ſatisfactionis obtulit, qui erubeſcentiæ dominans, nihil eorum, quæ commiſit Dei nuncio denegauit. Et paulo infra. Laborat enim mens dum erubeſcentiam patitur. Et quoniam uerecundia magna quidem eſt pœna, qui erubeſcit pro chriſto fit dignus miſericordia. Hæc uero à ſacerdote iniungi nō poteſt, hæc pontificio iuri non ſubditur, ſed confeſſioni, & interiori pœnitentiæ iuncta eſt, quæ diuino iudicio, & diſpenſatione firmata eſt. Volebat forte Lutherius dicere certos pœnarum gradus ab eccleſia ſtatutos pro certis delictis eſſe, qui confitentibus iniungerētur. Sed inde quomodo ſatisfactionem, quæ eſt tertia pœnitentiæ pars, ab eccleſia inſtitutionem accepit, inferatur, ipſe (ſi ſapit) quæſo diiudicet.

AT POENITENTIAE diſtinguendi ſunt modi, ut inde quoq; ſatisfactio quotuplex ſit, intelligatur. Pœnitentiæ itaq; nomen (ut placuit Auguſtino) quum ex pœna originem habeat, ſuſceptionem pœnæ ſignificat. Pœna autem neceſſe eſt, ut à uoluntate, & cum intentione proueniat. Ex quo damnati impœnitentes ſunt, quum patiantur inuiti. Et dum quis peccat (quoniam ipſum peccatum pœna eſt), quæ ſub ea ratione, non intenditur ab eo, qui peccat). Tum illum pœnitere non dicitur. Quum igitur uera pœnitentia à uoluntate proueniat, ipſa hæc in primis de peccato commiſſo, cuius principium fuerat, neceſſe eſt uindictam, & ultionem uelit, & cupiat. Si enim ratio peccati prauitatem fuerit contemplata, eamq; uoluntati, quæ peccati cauſa fuit, oſtenderit, & propterea puniendam eſſe ſuaſerit (quod decentiſſimum quidem ſit, ut qui deliquerit, ipſe puniatur, & qui

ſis dolere noſtris, ſed etiam dolore inde habito q̃ maximè gaude re, ut in libello de pœnitentia clariſſime legitur.

POENITENTIA itaq; ex his omnibus ea quæ neceſſaria eſt ad offenſæ ablationem, actus eſt, & quilibet ſingilatim illorum modorũ quatuor pro peccatis ſatis eẽ uĩ. Sed (ut recta ratio eſt) ſecundo modo pœnitentia accepta magis conueniens dicit̃, qua actu dolet peccator, & propria uoluntate triſtatur. Verum & ſine hoc pro erratis primus pœnitentiæ modus ſatis eẽ cognoſcit̃, ꝙ aliqñ uolũtas ipſa, & intellectus exprimi actus imperio efficaciter ad generationem triſtitiæ nequaquam mouẽtur. Quoniam ueluti parti ſenſili in nobis intellectus, ita etiam appetitus rationalis, ſenſili appetitui ſolet eſſe conformis, quoad mœrorem & gaudium. Quum itaq; interdum ſenſibilis appetitus nõ facile triſtetur, aut doleat, in uoluntate triſtitia non generatur. Rei huiuſmodi ea experientia eſt, qua quum quis interdum maxime cupit, ſibiq; ipſi triſtitiam imperat, dolere non poteſt.

SECVNDVM etiam pœnitentiæ actum, quo triſtitiam uoluntas ſubit, ſine primo fieri accidit. Quum ex charitate ipſa, aut Dei optimi contemplatione ſine ullo infligendæ uindictæ actu peccatorum maximus dolor inſurgit.

SACRAmentum uero pœnitentiæ ſacerdotis abſolutorius ſermo eſt, quo quidem, & gratia diuina cum ablatione culpæ confitenti ſimul infunditur, & ſignificatur. Nanq; omne ſacramentum ſignum rei alicuius, ſi recte ſuſcipiatur (uel ut Dionyſius dicere conſueuit) ſimbolum dicitur. Quod ſanè ſi pro ablatione offenſæ præcedens cordis afflictio ſatis non fuerit (quod certe quando, & quomodo accidit ignoramus, ut dictum eſt) gratiam parit, ſi uero ſuffecerit, auget.

SATISFACTIO igitur aut ablationem culpæ præcedit, & tunc pœnitentiæ iuncta eſt, quando peccator dolet, quando errata ſacerdoti communicat, quando erubeſcit, attritio nuncupatur. Aut illam comitatur, quando etiam pœnitentia & formata per charitatem contritio dicitur. Aut ablationem culpæ ſubſequitur, & ſimiliter contritionis nomen ſortita ad eum uſq; intentionis gradum peruenire poteſt, quo exterior alia ſatisfactio, ut ieiunium, oratio, elemoſina (quæ iniunctæ pœnitentiæ dicuntur, & quibus æterna pœna in temporalem mutatur) nõ neceſſariæ forent.

CONSTAT itaq; nullas eſſe proprie ſacramentalis pœniten/tiæ partes, niſi uelimus eas tres actiões ſacramentũ pœnitẽtiæ nũcupare, inter quas uere ſacramentũ intercidit. Cõſtat.n. pœnitentiam, & interiorem hominis ſatisfactionem, quam contritionem appellant, diuino iure, iuſſu, & monitis inſtitutam fuiſſe, Dum ex ore Dei Matheus agendam eſſe pœnitentiam meminit. Con/ſtat deniq; exteriorem ſatisfactionem non eccleſiaſtico iure, ſed diuino pro diuinæ iuſtitiæ obſeruatione à ſacerdotibus iniungen/dam, quum neſciatur an interior ille doloris motus tãtus fuerit, quantus pro pœnarum omnium ſolutione ſufficeret, Diuino iu/re ſecundum ſe ſatisfactionem eiuſmodi inſtitutam aſſeuero, licet quo ad gradum, modum, & formam arbitrariam eẽ cõtingat.

SI DIXERIS diuini iuris quæ ſunt, immutabilia ſunt, Aduerte quædam eſſe diuini iuris ſimpliciter, quædam certa conditione appoſita. Qua ſublata, quod diuinitus inſtitutum eſt, non ligat (ut primo primæ ſectionis Libro de matrimonio dixi/mus) & de baptiſmate dici poteſt, quod per ablutionem comple tur. Nam ſanguinis, & flaminis interdum ſatisfuiſſe ad ſalutem compertum eſt. Ita etiam in propoſito exterioris ſatisfactionis, et pœnitentiæ præceptum eſt immutabile, ea quidem conditione appoſita, qua ſi motus interior nequaquam ſufficere iudicetur, debet iniungi, & iudicis arbitrio uariari. Non enim ſatisfactio nis, aut pœnitentiæ gradus diuinitus nobis illuxit. Eam inſuper conditionem in ſatisfactione intelligendam cenſeo, qua qui de/liquerit, confeſſus pro erratis ſuſcipiendæ pœnæ conſenſerit, dum modo illam non aſpernetur. Poteſt enim aliqua ex cauſa (ſi ue/lit) ſe pœnis purgatorijs reſeruari, & à ſacerdote ſibi iniunctas renuere dummodo neq; contemptus, neq; illicita cauſa ſubſit.

HAEC SVNT Lutheri, quæ uera ſunt, quæ nullam in catho lica pietate moleſtiam patiuntur, quæ ſi tuæ mentis lumine attin gere, aut ore exprimere ualuiſſes, non tot, & tantas ambages de pœnitentia in medium protuliſſes. Quæ ſi tibi non ſapiunt, eſt forte ꝙ erronea amaritudine tuus deprauatus eſt guſtus. Sa/piant alijs, qui magis ueritati afficiuntur, ꝗ̃ deſiderijs, quibus au rium pruritus, & indulgentia citari ſolet.

INTERIOREM POENITENTIAM SINE corporis afflictione pro erratis ad ſalutē ſufficere, licet huic iuncta ſit ſalubrior animæ. Cap. VIII.

Quid inſuper ad tertium Lutherij dictum, non dicam reſponderi, ſed tituli applicari poteſt, facile conſtat, ſi ea quæ rettulimus, in memoriam reuocentur. Ait enim interiorem pœnitentiam ſine exteriori, quæ uarias carnis afflictiones pariat, nullam exiſtere. Ac ſi uelit homo iſte tam neceſſariam eſſe corporis afflictionem, ut pro uirtute, aut actu pœnitentiæ conquirendo ſine ipſa homo fruſtra laboret, immo pro adipiſcenda ſalute prima ſine ſecunda nulla prorſus exiſtat.

QVOD tamen quantum ueritati conſentiat, ex præhabitis facile poteſt intelligi. Nanq; prima poteſt eſſe ſine ſecunda, & pro actu, & pro uirtute accepta, ſi ex actu elicito facta conſideretur, & ad ſacramentalem pœnitentiam, offenſæq; oblationem ſufficere. Quid etiam carnis afflictio ad uirtutem, aut uirtutis actū faciat, profecto non liquet, Præcedit enim utraq; corporis afflictionem, aut cauſa. Inſuper ſi pœnitentiæ uirtus accipiatur pro actu imperato, qui triſtitia quædam eſt, neq; iſta à corporis afflictione componitur, ut uidere potes, ſi uelis. Si dixeris non ꝓdeſt homini ad ſalutem. Quomodo igitur tanta poteſt eſſe contritio ut ante ſacerdotis iudicium ſit peccatum ablatum, & gratia nobis infuſa? Quo etiam pacto abſolutio ipſa offenſam tollit, charitatem induat, ſi corporis afflictio neceſſaria fuerit? Nanq; affligi corpus momento non poteſt, & cum modica attritione medio ſacramento Dei reconciliatio prodit.

QVID ergo uelit iſte homo non uideo. Dolendum etiam ſemper. quia donec uiuimus, cum Deo eſſe non poſſumus. dolendū: quia peccato ſumus ſemper obnoxij, & ſemper in peccatis etiam iuſti uerſamur. dolendum, fateor, non ut gratia, aut ea (quam prædicas) renouatio ſolum in fine uitæ proueniat, ſed ut habita conſeruetur, ſed ut in nobis meritum augeatur, ſed ut alterius uitæ dignior, ac ſublimior fœlicitatis gradus eueniat.

EO ETIAM modo corporis afflictionem non ſimpliciter (ut facis) neceſſariam conuenit, ut ſtatuamus, ſed utilem, ſed meritoriam, ſed Deo gratam, non ut in nobis peccati fomitem, et naturæ promptitudinem ad peccandum abijciamus. Hoc enim eſt

eſt homini penitus impoſſibile, quod nunquam iuſſiſſet iniquiſſimus tyrannus, nedum Rex, ſummus, optimusq; rerum omniũ opifex, & humanæ ſalutis amator. Neq; aliter intelligendus eſt Paulus, dum dicit, propter quem mihi mundus Crucifixus eſt, et ego mundo, neq; aliter Dominus in euangelio loquitur, neq; aliter ſancti omnes audiendi ſunt, dum ſemper orandum eſſe meminerint. Eodem itaq; īſaniæ titulo tertium hoc Lutherij dictũ deſcribendum, finiendumq; cenſeo, ne extructum ædificium deui et à fundamentis.

NON DEBERE SE ODIO HABERE HOMInem uſq; ad introitum Regni Cœlorum, ut fallaciſſimus Lutherius aſſerebat. Cap. IX.

SEd ad quartum illius cathegorema deueniamus, ubi ait interiorem manere homini pœnam, donec ſuiipſius odium ſupereſt, ſcilicet uſq; ad introitum Regni cœlorum. Iam patuit pœnitentiam non interruptam (ſi pro actu accipiatur) per totam uitam durare non poſſe. Sed duret, maneat, continuetur, quo pacto cum ſui odio tanquam uero comite unicuiq; conueniet? Nam pœnitentia omnis in peccatum uerti neceſſe eſt, in peccatum uertitur homo, quoniam per illud, diuinæ gratiæ participatione priuatur, quam maxime quærit, cupit, & diligit. Diligitur autem gratia & iuſta quidem dilectione ob id in primis, ꝙ Deum diligimus, colimus, & ueneramur, deinde quia noſtram perfectionem natiuo quodam inſtinctu cõcupimus. Id uero fit, quia nos ipſos amamus. Ex pœnitentia igitur, et peccati fuga, ex renouatiõe continua, ex aſſiduo in Deũ ꝑfectu nõ noſmetipſos odio hẽre, ſed amare mõſtrat̃. Quo itaq; modo cum ſuiipſius odio quemlibet manere dum pœnitet, aſſeris, niſi amorem uolueris odium interpretari? Dixit Dominus. Qui odit animam ſuam in hoc mundo, ĩ uitam æternam cuſtodit eam. dixit. Sed animæ odium in hac uita eſt terrenam uitã deſpicere alterius uitæ comparatione, quæ uera eſt uita, & hoc eſt ſeipſum, & animam ſuam diligere. Si eo modo hominem ſe in hac uita odio habere uolueris, ſeipſum diligere debere aſſeuerabis. Sin autem, proculdubio mentieris. Quum enim quic

quam odimus, non eſt (teſte Auguſtino) niſi quia aliquid prius amamus. Dum igitur pœnitentiam agimus, ſi nos odimus, odium noſtrum, à cuius amore dependeat, inquiremus. Simul enim nos amare, & odiſſe non poſſumus, q᷑ ſint actus oppoſiti, ſimulq; uno, & eodem tempore cohabitare non poſſint. Dices amor iſte in Deum eſt. Ergo dum Deum amamus, nos odimus, odimus uero, quia Dei amor nobis bonus eſſe non poteſt. Nam ſi bonus, eum utiq; cuperemus, cuperemus autem, quia nos amaremus. Nihil enim boni cuiquam appetimus, niſi illud idē ametur, q᷑ amicis bonum deſideratur. At Dei amor nobis eſt optimus, q᷑ noſtra fœlicitas ipſe ſit, noſtrum Sabbatum, noſtra diuinitas, propter quam uiuimus, elaboramus, cuius gratia à rerū omnium opifice conditi ſumus. Itaq; dum Deum amamus, nos odiſſe nequimus.

QVID Ergo dictum euangelicum iactas? Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in uitam æternam cuſtodit eam, aut qui illam eandem perdiderit propter me, inueniet eam. Nam odiſſe, & perdere animam à Domino ibi non abſolute iubetur, ut tu ſui cuiuſq; odium cum pœnitentia neceſſarium profers. Sed in hoc mundo, appoſuit, ut daret intelligere, non eſſe uerum odium, quod iuberet, ſed mundanæ habitationis neglectum comparatione cuſtodiæ ſempiternæ, ſed odiſſe mundum, niſi eius dilectio in æternam beatitudinem dirigatur, ſed ipſum tanquā finem odiſſe, & animam noſtram propter illum tanquam propter finem odio habere, & deteſtari, ipſamq; eadem cauſa uehementer amare, ſi mundum hunc diligat propter alium, quem magis amet, quærat, concupiat. Tu uero ſolum ſui odium unicuiq; cum erratorum pœnitentia ſtatuis, & errorem parum intelligentibus aſtruis, ne ſatis ſua ſibi ſint inſcitia in errores proni. Debuiſſes dicere mundi huius illecebras odiſſe nos debere dū pœnitentiam agimus, uitam noſtram non pro fine habendam, ſed ſi ſub ea ratione menti offerretur, eam ſanè deteſtari, negligere, non autem abſolute nos ipſos nobis fore infenſos. Nam quomodo alia diligere, aut amare poterimus, ſi nos ipſos odio proſequamur? Quid Paulum ad Romanos iactas? qui nos nobis non placere debere iubet, ſed Deo. Quaſi uelit certiſſime Paulus nos ſimpliciter nobis infenſos eſſe, dum Deum amamus, nobis ipſis manus inijcere, & noſtra cauſa deperire. Quod ſanè, ni

ſi fatuus ꝙ *maximæ fatua hæc ſint*(*ut* E*ſaiam imitemur*)*nemo auderet aſſerere.*Nobis *ipſis* nõ *placere abſolute* nõ *protulit* Pau*lus,ſed ſi* Deo *poſtpoſito nobis placere uellemus,id utiq; diſſuadet,probibet, deteſtatur.*

QVID In*ſuper quum* Dei *præceptum ſit nos proximum debere æque ac nosmetipſos diligere,de curuo quodam*(*ut ais*)*& in directo amore illud intelligi interpretaris?* Vt *dixiſſe uoluerit* Dominus, *nõ te,ſed alium ames,* ꝙ Paulus *etiam primæ ad corinth.xiij.cap.aſſerat.charitas non quærit,quæ ſua ſunt.* Pul*chra quidem interpretatio,quæ ſeipſam interimit.* N*am ſi iubet* Dominus *ut proximum diligamus recto amore, addatq; ſicut nosmetipſos amamus,quum ad unum ſemper comparatio fieri debeat,rectus certe amor erit,quem in nos ipſos inflectimus, & nequaquam inuerſus.*Si *uero obliquus amor ille ſit, quo iubemur proximum ipſum diligere,extortum,& deteſtabilem* Deus *nobis indixit amorem.*Q*uare uana admodum, & futilis tua interpretatio eſt,quemadmodum de tuis omnibus id,quod à* Sa*lomone cenſetur dictum peculiariter dici poteſt,uanitas uanitatum & omnia uanitas.*

E T V T *nos quoq;* P*aulum uidiſſe* L*utherius noſter intelligat, quid eſt,quod ait ad* Ephe*ſios.cap.y.*Nemo *enim unquam carnem ſuam odio habuit,ſed nutrit,& fouet eam,& addit*(*ſic ut* Chri*ſtus eccleſiam*) *non dixit* Paulus *neminem unquam ſeipſum,non corpus ſuum,ſed carnem odio habuiſſe, neq; id ſolummodo,ſed eam nutrire,& fouere commemorauit, ut non ſatis eẽ uideretur illam nullo odio perſequi,niſi uehementer amaret, non alimenta ſolum neceſſaria,ſed etiam fomẽta ultra debitum illi concederet.*Neq; *id ſolum,ſed ſicut* Chri*ſtus ſuam nutrit,& fouet eccleſiam,ita quẽq; ſuam nutrire, & fouere carnem teſtatus eſt.*Q*uo autem pacto* Chri*ſtus ſuam nutrit,& fouet eccleſiam?niſi eam amet,niſi cuſtodiat, niſi ad conſumationem uſq; ſæculi cum ea perduret.* A*mat* Chri*ſtus ſuam eccleſiam,*ꝙ *ei ſpiritum,& uitam concedit.*Nutrit,ꝙ *illam ipſam ſeruat, & munit.*Fouet,ꝙ *ultra uitam,ſpiritum,& ſalutem nouis quotidie muneribus afficit,dum diſciplinarum,& uirtutum præſtantia, dum gratiarum & beneficiorum multitudine ſupra merita illã ipſe augere conſpicitur.*Q*uid ergo nos ex* Pauli *ſententia nobis infenſos eſſe oſtendere ſtudes?*Si *neq; corpus*(*quod certe ipſi non ſumus*)

ſumus) nam ex anima & corpore conſtamus, neq; carnem ipſam quæ corporis pars eſt, ſolum nullo odio (eo authore) proſequi debeamus, ſed illam enutrire, fouere (quod quidem magnæ dilectionis eſt) neq; nutrire, aut fouere ſolum, ſed ita planè nutrire, atq; fouere, ut Chriſtus ſuam enutrit, & fouet Eccleſiam. Paulus eſt, qui loquitur, non ego. Paulus ergo aduerſus Paulum diſſerit. Quomodo ſibiypſi conſtabit? niſi eo modo, quo dictum eſt, ſemetipſum intelligat. Neq; forſan Sat Lutherio noſtro uidebitur nos noſtra ſententia, quē adduximus, authorē īterpretari uoluiſſe, quum alterius teſtimonio uelit inniti. Velit, accipiat, dabimus, magnum ne uirum? magnum certe. Sed Lutherio maximum. Auguſtinum. Qui primo de chriſtiana doctrina libro id longa ſatis uerborum ſerie diſſerit, & de duobus dilectionis præceptis idipſum ſentit, quod diximus, & ea de re. ſ. de ſuo cuiusq; amore tanquam maniſeſtiſſima ſuperuacaneum diſputare commemorat. Quod tamen (ait) nos plerunq; facere cogit error impiorum. Quæ ſanè uerba ſi is ipſe Lutheri es, qui huiuſce diſſertationis ſit author, in tuū certe caput tam facile diriguntur ut (authore Auguſtino) quem ſequeris, immo omnes, quem ſequimur, & ueneramur, impius ſis, & merito uoceris.

NEQVE profecto amphibologiis, aut metaphoricis uerbis noſtra hæc tempora indigent, quum longe, lateq; chriſtianum ſit propagatum imperium. Non admirationi, quæ dicimus amplius eſſe debent, ſed eruditioni, ſed documentis, ſed clariſſimis interpretationibus, ut ex rore ſacrarum editionum terra pingueſcat, & ex ſinceræ intelligentiæ fructu humanus animus depaſcatur. Non enim Chriſtus es tu Martine, non uates, non Apoſtolus, qui legis nouitatem procures, qui admirationi eſſe omnibus debeas, fugienda tibi ſunt ambigua ſenſa, quæ in ancipiti uerſantur rotundiſſimis uerbis, & rationibus explicanda, ſi ſapis, hæc uana eſſe pernoſces, ſin autem ſapere nolis, perge, & tibi ipſi error tuus ſit pœna.

MORTIS POENAM NEQVAQVAM MANERE, neq; timorem mortis ipſa morte grauiorem eſſe. Quo etiam pacto iudicium, infernum, & conſcientiam timere debemus. Cap. X.

QVod deniq; mortis pœnam in omnibus & timorem mor-
tis, qui pœnarum omnium pœna eſt, & grauior ipſa
morte, in plurimis, timorem iudicij, inferni, conſcientiæ
q; tremorem manere aſſerit Lutherius, minime intelligo. Nam
(bone Deus) quid eſt pœnam mortis manere in cunctis per to-
tam uitam, niſi eiuſdem mortis timorem? Non enim mors pœ-
na eſſe poteſt in uita, quoniam uitam abſumit. Vitæ pœna eſt,
q illam abſcindat, quæ alioqui fuiſſet perpetua. Pœna eſt (ſi
propria pœna dici mœretur) quoniam ob inobediētiæ peccatum
nobis inflicta. Sed quomodo manet? Quum ociſſime tranſeat,
ſed quomodo ad cathegorematis propoſitum applicatur? quum
de pœna, quæ per totam uitam homini icumbat, id reſonare ap-
pareat? Si uero de timore mortis id dictum habere intelligi Mar-
tinus aſſeuerat, quomodo in cunctis eum per totā uitā inueniet?
Aut cur in plurimis illum reperiri commemorat, niſi, à, pœna
mortis alium ſtatuiſſe uoluerit? Facile eſt uerba proferre, ſed uer-
borum rationem adducere difficillimum. Quo etiam pacto ti-
mor mortis pœnarum omnium pœna ſit, & grauior ipſa morte,
non uideo. Nam propter quod unumquodq; tale eſt, & illud
profecto magis eſt tale, ut in amore conſpicuum eſt, quo ſi te pro
pter alium diligam, maiori illum affectu, & dilectione comple
ctar operæpretium eſt. At timor mortis (ſi pœna ſit) non eſt ni-
ſi propter mortem pœna. Mors ergo ipſa longe maius erit ſuppli
cium mortis formidine. Quod ſanè maxime experientia ipſa con
firmat. Mors enim uitam e ueſtigio adimit, formido mortis pro
adimenda uita mortem expectat. Quod uero nobis uitam au-
fert maxima pœna eſt: Quod tolerat minor. Falſum ergo eſt,
quod Lutherius tanquam uerisſimum, ac euidentiſſimum pro-
tulit. Volebat dicere diutius afficit formido mortis, quàm ipſa
mors, quoniam hæc ita momento præterit, ut non aduenisſe pute
tur. Sed inde maiorem illam pœnam inferre credo certe nō liceat.
Verū aīaduertendū eſt neutrum iſtorum proprie, & principali-
ter, ſed acceſſorie pœnam exiſtere.

DE TIMORE iudicij, inferni, conſcientiæq; tremore quid-
nam uoluerit, non palam fecit. Ego autem puto exiſtimandum
ab eo, qui æquabili ratione præditus, & pius ſit, longe magis de
bere hominis affligere animum, peccandi timorem, quàm gene

ralis iudicij, quam inferni, quam mortis, & hic eſt conſcientiæ tremor, ſi ad Deum tanquam ad finem præcipuum dirigatur. Cuius quidem ea ratio eſt, qua perpetuæ mortis timor, qui ſempiternum ſupplicium pro comite habet, omnes alios timores, & pœnas ſuperat in hac uita. Nam de timore mortis id eſt facile cognitu, qui etiam timor quum non noſtri ſubeũdi commodi cauſa in primis, ſed euitandæ in Deum offenſæ pio adeſſe debeat animo, & inferni, & iudicij timorem proculdubio ſuperabit. Nam cuius amor ex debita ratione maior, & præcipuus eſſe debet, eiusdem timor omnes alios timores ſuperet opus eſt. Qua ratione ſimul effectũ eſt, ut magnus ille uates David ſapientiæ initium domini timorem eſſe. cx. Pſalmo cecinerit. Solum hunc timorem pro ſalute animæ comparanda (ſi fieri poteſt) poteſt autem proculdubio (ſi uelit homo) neceſſarium puto in hac mortali uita. Quid enim mortis formido prodeſt? quam expetere ſumma ope debemus pro alterius uitæ ſucceſſu, quam non timuere martyres, non formidarunt Apoſtoli, non horruit, ſed magno cum animo expetiuit, ac ſubijt (ut una cum Chriſto eſſet) diuiniſsimus Paulus. Poteſt in quam (ſi uelit homo) ſe à timore mortis abſoluere, Dum Dei optimi ſplendorem, magnitudinem, potentiam intelligere, ac amare ſtuduerit. Illi enim curæ propenſus totus in cœleſtem ex terreno mutabitur animus, Deo addictus, diuina luce, & charitate formatus, ut in eo raptu Pauli, tum illi maxime, & deinceps usq; ad uitæ exitum creditur contigiſſe. Inferni, & iudicij timor uanus eſt, niſi ab hoc timore dependeat, ſine quo omnino, & longe melius animæ ſalus acquiritur, ex Dei amore, cultu, pietate, confidentia proficiſcens.

NEQVE HVNC TIMOrem cum eſſe debere apud nos cenſeo per totam uitam, qui anxietatem, & immenſam triſtitiam pariat. Nam ubi charitas, confidentia uiget, ubi ciuilis, & beneficus timor, non ſeruilis, & trepidus inuenitur, mœror ingens, anxietas, terror eſſe non poteſt. Cum uehementi charitate uehemens ſpiritus elatio comparatur, cum elatione ſpiritus Dei hærentiſſima contemplatio inſurgit, cum contemplatione, amoris incendium, à quo ſumma lætitia, ſummum gaudium, ſumma fœlicitas oritur. Quæ nullam in nobis ſecum triſtitiam patitur, ſed omnem prorſus, & ad minimum quidem expellit. Modus iſte uiuendi, cur fieri ne-

queat, cur norma hæc ſeruari non poſſit? Cur hac nobis non incedere liceat? Quum ex ſola dilectione Dei, & proximi omnia præcepta legis ſint nobis iniuncta. Quæ inde tanquam ab Herculeo lapide, ex ferro annuli, uno, & eodem tenore dependeant. Facilior (dices) uia eſt, per dolentiam erratorum ad uitam, quàm ſtatim per amorem aſcendere. Si tempeſtiue amare inceperis, non erit certe facilior. Diſce, & aſſueſce Deum diligere (quod ipſe potiſſimum, & ferè ſolum præcepit) & mœrore non indigebis. Finis ſane noſter amor eſt, aut in amore conſiſtit. Si absq; ullo intermedio illum libare prius, & deniq; ad plenum attingere poſſumus, quid mendicatus aliena requirere, quæ non ad illum conducant? Summum gaudium cum uehementi triſtitia unà (niſi forte Diuinitus) manere non poteſt, etiam ſi ad diuerſa facta comparatio fuerit. Amandum ergo potius, & letandum exiſtimo, quo pronitas ad peccandum auferatur, quàm fragili noſtra conditione dolendum, & ſi dolendum eſt, longe magis ſperandum, Deusq; colendus, quum omnis noſter dolor, omnis mœſtitia in amorem illum ſummum, & gaudium dirigatur. Fortibus & uirilibus ſolus amor iniungitur, Debilibus & effœminatis mœror debetur. Qui lachrimis miſeratione, nullo egregio amoris, ſeu fidelitatis facinore diuinam ſibi pietatem Conciliant. In hunc modum quæ Deus ipſe de pœnitentia, quæ ſancti doctores, & ſacratiſſima fidei Catholicæ lumina de cruce, de afflictione, de dolore pronunciant, intelligenda cenſeo, quicquid Lutherius aſſerat.

DE POENARVM GENERIBVS, ET QVOmodo quædam pœna neceſſaria eſt pœnitenti, quam preter eam, quæ, à, ſacerdote iniungitur, ſibiipſi perſoluendam ſuſcipiat. Cap. XI.

TRanſit Lutherius noſter, à, pœnitentia ad pœnas de pœnarum generibus agens. Nam præter eas quæ inferni, & purgatorij ſunt, pœnam uoluntariam, quam renouationis appellat, & per totam uitam aſſidue patimur, & aliam, quæ homini, à, Deo infligitur, canonicam quinto loco enumerat, quæ ab Eccleſia conſtituta pleno iure in ſummi Pontificis poteſtate ſtatuitur. Sextam quoq; ſe fingere dicit, quā

diuinæ iuſtitiæ ſatisfactoriam dicunt. Et eſt illa pœna, quæ ex iniuncta, à, ſacerdote ſupereſt peccatori luenda in præſenti ſæculo, ut diuino iudicio ſatisfaciat. Non enim ſacerdos dum pœnam (quam ſatisfactionem appellant) iniungit, menſuram ſupplicij debitam cognoſcere poteſt, quod itaq; peccatori luendum ſupereſt pro peccatis in uita, per hanc pœnam, quæ uoluntaria omnino eſt, debet impleri. Non ita illam Martinus explicat, quia ſuo modo cuncta diſponit.

SED HANC rationibus, & eam, cui in ſupplementum datur euertere ſtudet in hunc modum. Quod nulla ſcripturæ, doctorum, canonum authoritate, nulla ratione probabili doceri poteſt, abſurdum eſt in Eccleſia ponere. Hæc autem pœna eiuſmodi eſt. Ergo nullatenus admittenda. Prima hæc eſt Lutherij ratio, quam ſic infirmo. Nam quotieſcunq; ſatisfactionis, à, ſacerdote iniunctæ menſura ignoratur, per pœnitentis, uoluntatem id conuenit, ut ſuppleatur, & illam ſatisfactionem interius dolendo, ac exterius per ieiunium, orationem, & elimoſinam augeat. Sed ſemper, & in quocunq; iudicio menſuram ſupplicij hac in uita pro peccatis inferendi ſacerdos ignorat. Conuenit itaq; ſemper, ut Is, qui ſua errata confeſſus eſt, iniūctum ſibi ſupplicium augeat. Quod quidem ſecundum diuinæ iuſtitiæ exigentiam, & ad abundantem (ut dici ſolet) cautellam fieri iuſtiſſime dicitur.

NON SCRIPTVR is omnia probari poſſunt, non rōnibus ab alijs ſanctis uiris inuētis, nō canonibus, & pōtificū inſtitutionibus, neq; demonſtrationibus certis oſtendi. Quas forte Lutherius etiam in re diuina non tanquam iudeus, ſed græcus perquireret, ſed probabili ratione Sat eſt, uſq; id hominum comprobetur. Hanc probabilitatem Lutheri ſi quæras, en tibi allata eſt, quam ſanè ſuppoſitis certis principijs, neſcio quo pacto queat tua temeritate confringi. Doctorem quæris, plures tibi occurrunt, quos reſpuis, & inter alios Gandauenſis doctor Henricus, qui ſolemnis nomine paſſim meruit ab omnibus appellari. At hunc quomodo admittes, ſi ſanctos non modo ſolemnes uiros reprobas, calumniaris, irrides? tibi non ſolemnitas, non ſanctitas, non probabilis ratio ſufficit, ſed aut ſignum, ut iudeus, aut ſapientiam ut Græcus, aut reuelationem, ut Apoſtolus uideris exigere. Scripturas uelles omnia explicare, noluit Deus,

tur ipſe uelis? non oportet ſapere plusquam oportet ſapere, ſed ad ſobrietatem ſapere licet. Satis tibi iam eſſe potuit plerosq; in Dei Eccleſia uiros huius ſententiæ fore, quibus certe dignus non eſſes fimbrias (ut in Eccleſiaſtico prouerbio eſt) calciamentorum ſoluere. Sat tibi eſſe poteſt probabilis ratio, quam exigere uideris, ſed improbas, improbas autem, quoniam tibi figmenta conſtituis. Dicis enim ſi canonicæ, & quæ, à, ſacerdote in confeſſionis iudicio imponuntur, non ſufficiant pœnæ, tertiam, & quartam connumeratam pœnam ſufficere.

REPETAMVS nos quæ ſit hæc tertia, & quarta pœna, quam nominas. Tertia erat, quam Euangelicam dicebas, & per totam uitam Mathei. IIII. à Deo nobis iniunctam. Sed hanc tanquam impoſſibilem deteſtati ſumus, ideo ad illius impugnationem non expedit, ut nos amplius accingamus. Adde quod de triſtitia pro peccatis habenda (ut late deductum eſt) neceſſarium præceptum, à, Domino nequaquam habemus. Sunt enim quidam, qui dolere pro erratis uellent, & nequeunt, quibus pro comparanda gratia, quam amiſerant, adhibito confeſſionis remedio ſufficit bona uoluntas, quod experientia, quam nullus negare poteſt, nos docuit, & ideo atteſtamur. Neſcio an tu illam pro tuo arbitrio reſpuas, ꝙ te ſemper dolere cognoſcis, uide alios, & crede, intellige, & ueritatem fatere. Quarta uero pœna, quam Deus ſua uoluntate ſolet infligere, ſi non infligatur, non ne conuenit, ut peccator illam ſibi ipſi perſoluendam ſuſcipiat? quid uelit Deus neſcimus, Occultum eſt enim iudicium eius (ut inquit Paulus ad Romanos) & inueſtigabilis uia illius. Cur ergo illam nobis expectandam inſinuas, immo apertiſſime conſulis? ſi quæ nos pro utilitate noſtra, pro ſalute animæ comparanda exhibere ualemus.

TRIA IVDICIA, TRIA FORA, TRIA tãtum pœnarum genera, quæ ſint pro erratis hominibus infligenda. Cap. XII.

Tq; ideo longe rectius quo ad propoſitum ſpectat, ſtatuamus nos tria iudicia, tria fora, tria pœnarum genera. Hæc enim inuicem ſe quàm optime concomitantur, Eſt forum Chriſti, forum pœnitentis, & forum Dei, Forum

Chriſti in quo iudicium eſt ſacerdotis, qui eſt Chriſti miniſter. Forum pœnitentis, in quo ipſe peccator ultra pœnam impoſitam, à, ſacerdote iuxta conſcientiam ſuam ſe debet affligere, aut eleemoſinis redimere. Forum Dei, in quo ipſe Deus iudex eſt, qui ſecundum merita peccatorum in purgatorio pœnas indicit. Tribus iſtis foris tres pœnæ reſpondent, prima quæ, à, ſacerdote iniũgitur, & ſub hac pœna canonica continetur. Secunda unicuiq; arbitraria eſt, quam ultra id, quod à ſacerdote, ſeu, à, canonibus ſibi impoſitum eſt, luendam aſſumit. Tertia eſt purgatorij pœna quæ quando illæ duæ pro ſatisfactione culpæ, nequaquam ſufficiunt, ſupplet ipſa, donec tota dilutio conſumatur. Atq; eo rectiſſime ordine conſtituuntur, quo ſi prima non ſufficit, ſecunda adhibenda eſt, ſi ſecunda non ſufficit, tertia occurrit, quæ ſatisfactionis negocium complet.

EX HIS aperte conſtat non eſſe neceſſarias, quo ad propoſitum ſpectat, tot pœnarum diſtinctiones. Quum enim tria tantum poſſint eſſe de peccatis iudicia, ſacerdotis, pœnitentis, & Dei, tres ſimiliter peccatorum dilutiones, neq; plures, neq; pauciores eſſe uidentur. Nam ſi de pœnis agẽdum ſit, quæ pro peccatis actu, ex uoluntateq; commiſſis, ac ſpiritaliter infliguntur, ſuperuacaneum eſt, pœnam mortis, quæ ex originali labe unicuiq; iniuncta eſt, & ciuilem pœnam, quæ non ſpiritali iuriſdictione indicitur, & flagellatoriam, quæ ex latenti, abditoq; Dei iudicio prouenit, enumerare. Et ſi flagellatoria enumeranda eſt, quæ Dei forum reſpicit, purgatoriæ æquiualentem eſſe neceſſe eſt. Non enim credendum eſt Deum, qui iuſtus eſt iudex, pro peccatis alicui hac in uita indixiſſe flagellum, niſi pro eiſdem illi, aut minuendam, aut auferendam purgatoriam pœnam uoluerit, ut de Dauid Libro primo Paralipomenon cap. XXI. Legitur: Qui quòd ſuum iactanter enumerauerit populum peſtilentiã à Deo ex pluribus pœnis oblatam delegit, quæ magnam eiuſdem populi partem, ſeptuaginta ſcilicet millia uirorum afflixit. Timorem illum, & inteſtinum dolorem non ne credi debet ad peccati in purgatorio luendi ſatiſfactionem Dauid fuiſſe à Domino deputatum? & ſimiliter, immo multo magis illis, qui ex eo peſtilentiæ flagello deceſſerant? Alioqui non eſſet iuſtus Deus, qui eſt ſumma, ac infinita iuſtitia. Alia enim pœnarum genera, quæ in diſcurſu operis Lutherius meminit,

ut iudicij inferniq; tremor, Dei timor, & conſcientiæ dolor ad pœnitentis forum pertinere dicuntur. Quoniam illas omnes poteſt, ſi uult, & alia, quæ mundi huius infortunia, ſeu calamitates ſolitæ ſint appellari, pro erratorum dilutione ſuſcipere. Sed complures abijciendæ ſunt, ut iudicij, inferniq; tremor (ut dictum eſt) ſolo ſeruato Domini timore, qui diuinæ ſapientiæ initium dicebatur.

SATISFACTIONEM, QVAE TERTIA POEnitentiæ pars eſt, & ſacramentalis uocatur, neceſſariam eſſe pro perpetrata in Deum offenſa. Cap. XIII.

Ed ad Lutherium ueniamus, qui ad uomitum rediẽs
s dum de pœnis agit, ex ſcripturis ſatisfactionem, quam ſacramentalem appellant, prorſus euertere ſtatuit. Quam prius diuino iure adimere conabatur. Sed unum dicit in primis eam non ſimpliciter pro Dei offenſa facere ſatis, ſed ſolum pro culpa ſecundum ſtatuta Eccleſiæ quam ſatisfacit. Nam (inquit ipſe) per uitæ innouationem Deo maxime ſatisfactum putamus. At quænam dicis Lutheri? Collige, te, aduerte, conſidera. Non ne quod ſacerdos pœnitenti pœnarum iniungit, tanquam Dei miniſter illud munus exequitur? quicunq; uero per alium (ut iuris habet axioma) aliquid facit, per ſeipſum facere exiſtimatur: Ea igitur ſatisfactio pro dilutione peccati ſimpliciter, & quo ad Deum accipiatur oportet, quotiescunq; neceſſaria fuerit. Nam ſi per interiorem animi motum, & dolentiam, quam contritionem appellant, diluta eſt culpa, non eſt neceſſaria ſatisfactio, niſi ad gratiæ & meriti augumentum (ut diximus) uerum quotiescunq; motus ille mentis, & uoluntatis intrinſecus pœnitenti non ſufficit, illa quidem pro culpa poteſt ſimpliciter, & abſolute facere ſatis. Quod uero de innouatione uitæ adducitur, ſatisfactionis efficaciam auferre non debet, quia ea innouatio nobis incerta eſt, complicet ſibi erratorum dolentiam, ſiue non complicet. Gradus enim contritionis quotus pro peccatis eſſe debeat, ignorat, quodq; tutius eſt, illud tanq̃, à Deo potius inſtitutũ obſeruandũ pro rõne uidetur. Igit̃ ſatisfactioẽ, quæ ſacramentalẽ pœnitentiã ſequitur, ꝑ inouatione uitæ nullatenus dimittendã eſſe dicemus

Si uerò per uitæ innouationem ſolam præceptorum obſeruatio-nem Lutherius noſter intelligat (nam interdum ſic eam defi-nit) Tum magis pro culpa ſatisfactionem à ſacerdote iniunctam neceſſariam eſſe dicemus. Nam quantumuis ad cor, ac uitæ integritatem homo redierit, nunq̃ ſine impoſitæ ſatisfactionis exe-cutione diluit culpam, ſi diuinæ iuſtitiæ lex obſeruari debuerit. Indoleat enim peccator operæpretium eſt. Si non indoleat, con-fiteatur, erubeſcat, ſacerdotis iudicium ſubeat, damnetur, faciat ſatis, ut Deo reſtituatur, ut pœnam luat, quæ diuino illi iudi-cio infligitur. Confeſſionis enim iudicium diuinum etiam appellandum eſt, quoniam diuino iure (ut ſupra diximus) eſt inſtitu-tum. Multifariam enim, multisq; modis diuina pietas erranti-bus nobis ſuffragari conſtituit. Hinc illud Danielis uatis deci-mo capi. in auribus reboat, peccata tua elemoſinis redime. Et patientiſſimus Iob. xx. cap. luet quæcunq; fecerit.

IDEM cap. xiij. ſi fuero iudicatus, ſcio quia iuſtus inueniar, & infra. ſcribis contra me amaritudines & conſumere me uis pec-catis adoleſcentiæ meæ.

QVID de Adam dicemus, cui ob pomi eſum dictum eſt à do-mino, in ſudore uultus tui ueſceris pane tuo.

QVID de Moſe, & Aaron, quibus idem Dominus (ut habe-tur numeri. xx.) ait, quia non crediḋiſtis mihi, ut ſanctificaretis me coram filijs Iſrael, non introducetis populos in terram, quã dabo eis. Quæ afflictio per totam eorum uitam durauit. Quũ tamen diu ante Moyſi id peccati remiſſum ſit, quoniam ante obitum aſcendens montem Sinai cum Deo locutus inde legem tabularum accepit.

NON ne inſuper Gene. xlij. cap. ſcriptum eſt de patriarchis? (q in Ioſeph fratrem peccauerant, & pœnituerat) merito hæc pati-mur, quia in fratrem noſtrum peccauimus.

REX Ozias. iiij. Regum cap. xv. legitur, quæ placuiſſent Do-mino iuxta omnia, quæ egerat pater eius Ananias, cuncta fe-ciſſe. Quem tamen. ij. paralipo. quoniam thus obtulit domino lepram incurriſſe, notatur.

IONAS propheta non ne peccatum diluit, dum proiectus in mare uentrem piſcis ingreſſus eſt? qui quũ oraſſet, eiectus eſt, atq; ideo pœnitentiam egiſſe, & ſatisfeciſſe comprehenditur.

ZACHARIAS Ioannis baptiſtæ pater, non ne ob peccati

infidelitatis pœnitentiam decem menſes ſermone priuatus ſatisfa ctionem ſeruauit, ut Lucæ primo. cap. accipitur.

AEGRO demū, qui poſt triginta & octo annos, ſanatus eſt (ut habetur Ioan. v.) nō ne à domino dictum eſt, noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Ex quibus uerbis apparet ob delicti pœnam, quæ ſatisfactio eſt, eum tanto tempore ea ægritu dine laboraſſe.

ET DAVID in pſalmo. L. ait, cor contritū, & humiliatum Deus non deſpicies. Benigne fac in bona uoluntate tua ſyon, ut ædificentur muri hieruſalem. Tunc acceptabis ſacrificium iuſti tiæ, oblationes, & holocauſta, Tunc imponent ſuper altare tuū uitulos. Non ne in his concinnis ampliſſimi prophetæ uerbis cō tritionem, gratiæ infuſionē, quæ ſine Dei benigna uoluntate cō pleri nō pōt, inſpicimus? Non ne muri hieruſalem pro fortitudi ne, & reſiſtentia, quæ peccatis, & tentationibus dæmonis fieri ſo let accipiuntur? Non ne ſacrificium iuſtitiæ, quod iuſtificationis ſatisfactionem (quā oblationes, & holocauſta, & uituli ſignifi cabant) uno & eodem tenore tanq̄ neceſſaria pro peccatis com memorata conſpicimus?

QVID eſt inſuper, ꝙ poſtq̄ Ioannes, pœnitentiā agite, dixerit, quoniam uicinū eſt regnum Dei, dignos pœnitentiæ fructus agi te ſubdidit? niſi ꝑ ea uerba ſatisfactionem peccatoꝝ uoluerit indi xiſſe? Mille ſunt in ſcripturis authoritates, quæ id apertiſſime ſo nant. Quas (ut compendioſius agam, & quoniam notiſſimæ ſunt) præterire conſtitui.

QVOD LVCAS DE IOANNE TVRBIS RE ſpondente circa ſatisfactionis p̄ceptum ediſſerit, cum Mathei, Marci, & prophetaꝝ ſententijs conciliatur. Cap. XIIII.

ET Lutherius ex aduerſo inſurgit, & eammet Ioannis a ſententiā in ſui fauorē affert, quam iam iam nos ꝑ par te noſtra in mediū adducebamus. Fructus pœnitentiæ dignos agite. Qui nō ſatisfactionem aliquam pro peccatis ſigni ficarent, ut ex Lucæ. iij. cap. contextu ordiri uidetur. Interroga tus. n. Ioannes, poſt ea uerba à turbis primum quidnam eſſent acturæ, R̄ndit, qui habet duas tunicas det non habenti, & qui

habet eſcas ſimiliter faciat, militibus uero, ne concuterent, ne ca/lumniam facerent, & contenti ſuis eſſent ſtipendijs. Publicanis uero nihil amplius dixit, niſi ut quod illis conſtitutum eſſet, agerent. Quæ omnia non ſatisfactiones, ſed præcepta legis ſunt, & uitæ innouatio, ut ipſe pertinaciſſimus dicere conſueuit.

AT ADVERTAT iſte uir, quid Matheus, et Mar. euan/geliſtæ hoc in loco meminerint. Dum .n. uenirent (inquiunt) hierosolima, & omnis iudea ad Iordanẽ, ut baptizarentur ab eo, confitebantur peccata ſua. Et ſubdit Matheus, uidens aũt Ioannes multos phariſeoꝝ, & ſaduceoꝝ uenientes ad baptiſmum, dixit eis. Progenies uiperarũ &c. Hi quoniã uenerant non confitẽtes peccata ſua, Idcirco eos expellit, arguit, & monet, ut fructus pœnitentiæ dignos efficiant, confitentes. ſ. peccata ſua, & ſatisfactionẽ, quæ confeſſioni coniungitur, exequantur. Et ita glo/ſa interlinearis interpretatur, ubi nõ ſolum Ioannes pœnitentiæ agendos fructus, ſed dignos quidem dixiſſe conſpicitur, ut pœnitentiæ modũ illis indicaret. Quẽ in Apocalipſi. cap. xyiij. Ioan/nes expreſſit, inquiens, quantũ ſe glorificauit, & in delitijs fuit, tantum illi tormentum, & luctum impendite.

AMPLIVS credis ne Lutheri diuinæ iuſtitiæ, aut forte non credis. Si credis, & nullũ malũ impunitum eſſe ad diuinam iuſtitiam pertinet, ipſaq; ſatisfactio pro pœna pœnitenti iniungit, Non ſat erit poſt errata innouatio uitæ ſine pœne ſolutione. Dices cordis afflictio ſufficit. Quãdo erit, ut illud agnoſcas in Dei pectore illud aſſeruatũ eſt. Idcirco ſatisfactionem neceſſa/riam poſt peccatum lugendo, aut ieiunando, orando, aut ele/moſinam dando neceſſariam fateamur oportet.

RVRSVS non ne ex illis Lucæ uerbis ſatisfactionem pro erra/tis ex profeſſo licet accipere? Quid enim eſt turbis dixiſſe Ioan/nem. Si quis habet duplicem tunicam det non habenti, & qui habet eſcas, ſimiliter faciat, niſi ut elemoſinam pro peccatis egenis impendant? Quod publicanis, niſi, ut quod ſuperflui acceperant, reddant, dum quicquid eis conſtitutum eſt, age/rent, annũciauit? An forte non ſuperflui quicquam eos accepiſ/ſe fateberis? Cur ergo eiſdem pœnitentiæ fructus, ut agerent à Ioanne fuit impoſitum? Si uero ſuperacceperint, non ne iniuſte ablatum reddere cogebantur? Hæc ſatisfactio nuncupatur, ſi neſcis o Martine,

QVID ſimiliter ut militibus pro pœnitentiæ dignis fructibus agerent, credis Ioãnem iuſſiſſe? dum dixerit, ne concuterent, ne calumniã facerent, ſed ſuis eſſent contenti ſtipendijs, niſi ut pro cõcuſſionibus pœnam aſſumerent, pro calumnijs dolerent, & ſe ſe humillimos præſtarent, & rapinis, & populationibus non tantum parcerent, ſed ſuper accepta redderent. Hæc ſunt ſatisfactionis opera, ſi recte conſideras, quæ ſine maxima iniuſtitia profecto omitti non poſſunt.

PRAECEPTA ſunt hæc communia dicis, præcepta eſſe cõmunia non negamus, ſed quum errantibus dicta ſint, quũ confitentibus errores impoſita, ſatisfactionem etiam obſeruandam uno, & eodem tenore concipiunt.

QVOD deinde Ezechielem. xviij. capi. affert Lutherius, pro me facit. Nam iudicium, & iuſtitiam facere debere impium, ſi uitam uiuere, & nõ mori uoluerit, Quid aliud eſt, q̃ ut poſt ſuã ab impietate auerſionem iudicium faciat. i. confiteatur coram iudice à diuina lege nobis indicto, & iuſtitiam. i. iudicij pœnam agat, & ſatisfaciat ſi uitam uiuere, & non mori uoluerit? Tria ſunt, quæ in his Ezechielis uerbis conſideranda ſe nobis etiam cæcutientibus, offerunt. Ab impietate, & peccatis diſceſſus. Qui niſi per contrarias operationes fieri non poſſe conſpicitur. Iudicium, quod per alterum de erratis fiat operæpreciũ eſt. Non. n. ſine hoc pia opera ſufficere uidebantur. Quod ſanè, niſi confeſſionis eſſe non poteſt. Et ultimo loco iuſtitia, quæ iudicij, & ſententiæ latæ executionem, quæ ipſa eſt ſatisfactio, aperte ſignificat. Non enim ſola bona opera iuſtitia præfert. Quia per auerſionem iã declarata fuere. Quũ ergo ultra illa cõfeſſiõis iudiciũ exigatur, ꝑ iuſtitiam nõ niſi ſatisfactionẽ intelligamus oportet.

QVID uero Micheas. vi. capi. uoluerit uideamus, dum dixit indicabo tibi homo quid ſit horum, & quid Dominus requirat à te, utiq; facere iudicium, & diligere miſericordiam, & ambulare ſollicitum cum Deo tuo. Ecce ĩquit Lutherius de ſatisfactione nulla fit mentio, immo illam prorſus Micheas auferre uidetur. Quum quid dignum aſſerit, ego offeram domino? Nunqd holocauſta, aut anniculos uitulos? Nunquid mille arietes? mille hircos? & deniq; Primogenitum meum pro ſcelere meo, fructũ uentris mei ꝑ peccato animæ meæ? ac ſi dixerit, minime. Noſtra hæc ſunt, Quæ tua facis Lutheri. Iudiciũ. n. facere eſt confiteri,

peccata, diligere miſericordiam, ſatisfacere miſerēdo ſui & aliorum, ſui, orando, affligendo ſe, aliorum, elemoſinam faciendo. Sollicitum eſſe cum deo perſeuerantiam nobis exponit. Oblationes uero holocauſtorum, & alia ſatisfactionis munera non prohibenda Micheas inſtituit. Sed ea quidem indigna pro Dei offenſa & infructuoſa eſſe declarat, etiam ſi primogenitum inter ea connumeremus, niſi prius iudicium quiſq; ſui fecerit, niſi miſericordiam dilexerit, niſi ſeſe Deo ſollicitum fore firmo propoſuerit animo.

QVOD uero de adultera ſine ſatisfactione abſoluta à Domino dicitur, non eſt noſtræ opinioni contrarium. Nam nouerat Deus tantum doloris intrinſecus illam paſſam fuiſſe, quantum pro pœnarum ſatisfactione ſufficeret. Sed id nō omnibus datum eſt, aut habere, aut noſcere. Idcirco pro tutiori parte ſatisfactionis exequenda ſunt opera.

QVOD etiam de leproſis Lucæ. xvij. cap. affertur. iuſſis, ut oſtenderent ſe ſacerdotibus, qui dum proficiſcerentur mundati ſunt, pro nobis accipiendum eſt. Nam ea oſtenſio, confeſſio, & ſatisfactio quædam eſt, quoniam (ut diximus, authore Auguſtino) cōfeſſionem erubeſcentia comitatur, quæ quidem magna ē pœna, & in erratorum ſolutionem ſuſcipitur.

QVOD enim apud Matheum ultra oſtenſionem oblationes ſacerdotibus faciendas iniungitur, ut præceperat Moſes uni ex leproſis, ſatisfactionem confirmat, & aliorum oſtenſionem forte cū oblationibus factam, & uiſam interpretatur. Ne extorqueas precor quæ recta ſunt, quæ à ſanctis patribus non ſolum uerbis, ſed factis diutiſſimis temporibus obſeruata fuere. Nam ſi in ſua rectitudine manſerint, quæ in nos coniicis iacula, in te malum, aut inſanum eorum authorem facile retorquebuntur.

DE SATISFACTIONE, an morituris, & qualis imponenda ſit, numq; per mortem uoluntariam, & quomodo euolet anima. Cap. XV.

NOn ceſſat ulterius homo iſte de canonicis (ut inquit) pœnis. i. ſatisfactione ſacramentali, quæ tanquam pœna à ſacerdote, aut ab eccleſia iniūgitur, facere mentionem. Primumq; morituris illam minime debere imponi cōmemorat.

derit morienti ea dilutio? Hæc ſanè tanta eſſe poteſt, ut animam faciat euolare. Non omnes pœnas canonicas Pontificum, aut eccleſiæ conſtitutiones queunt exprimere. Omnes Lutherij ratiões hac in parte uſq; ad nonam excluſiue uno, & eodem morbo laborant. Ideo.n. ſatisfactiones canonicas non imponendas morituris oſtendunt, ꝙ iam mortuis non debent iniungi, à quibus etiam teneri non poſſunt.

AT NONA ratio ſuis, non alienis conatur pedibus ambulare. Sed uideamus an queat ita recto inceſſu procedere, ne claudicet, aut potius corruat. Quicunq; maiorem pœnam ſubit (inqt Lutherius) q̃ ſibi eſt à ſacerdote impoſita, huic merito, & naturali iure remittuntur minora. Sed moriturus dũ mortem ſubit, pœnaꝝ oĩum ſummã, mortem.ſ. obit, Ergo omnes aliæ maiores illi nõ debent imponi. Ratio hæc certitudinem mortis ſupponit, quæ tñ qñ uentura ſit, penitus ignoratur. Sed ꝙ pro axiomate ulterius accipit, ſi ſimpliciter intelligatur, ut ſonat, eſt falſum. Nã ſi pœnam maiorem quis pro eo, quo cõdemnari debeat, ſubit, minor illi debet optimo iure remitti, ſed ſi pro alio maiorẽ ſubeat, & pro alio eum maneat minor, in aduentu maioris pœnæ, minor (ſi fieri poteſt) remitti non debet. Et quoniam finge (inquit Martinus) legiſlatori ſeſe ad mortem aliquem offerentem, nõ ne ille ipſe ſtatim pœnas alias retractabit? Fingamus ut illi, cõplaceamus. Tum q; delictũ ſi nequaq̃ ad exitiũ fuerit, ſed ob aliud crimen quis ad mortem ſe offerat, minor pœna, ut pecuniæ ſolutio pro delicto nõ remittetur illi ꝑ mortem. Et ſi ante ſolutionem intereat, ex fortunis illius debitum ꝑſoluetur. Si q; perſpicacius ciuiles uſus, & iuſtitiæ exitum aduertamus, pro uno, et eodem delicto ultra mortem fortunarũ etiam omnium amiſſio in pœnã imponitur. Neq; illi tantũ qui deliquerit, ſed etiam liberis in deteſtationẽ criminis, qñ fuerit læſa maieſtas. ut. C. ad legẽ Iuliã. libro nono. qſqs cũ militibus. & .yi.q.i. ſiqs cũ militibus. & extra. de hæreticis. libro. y.ĩ caſu hæreſis. cap. uergẽtis. clariſſime legit.

QVVM itaq; mors unicuiq; uiuenti conueniat ſecundum naturam, etiam ſi iuſtiſſimus fuerit, ut Ioannes baptiſta, immo ut beata uirgo, immo ut Chriſtus humani generis ſeruator Ieſus, pro peccatis, quæ ipſi commiſerint nequaquam inflicta eſt, & ideo fortaſſe pœna dici non debet. Nam ea uere pœnæ nomen aſſequitur, quæ à Deo à lege, ab homine

pro erratis infligitur. At ſi omnino mortem pœnam eē uelimus, nō eſt niſi in ſe, aut in alio originalis defectus pœna, ueluti alia quæ mortalitatis noſtræ euidens teſtimonium perhibent, ut fames, ſitis, ſenium, & aliæ corporis debilitates, quas una cum ipſa morte ex primorum parentum delicto contraximus. Si dixeris, ergo ſola morte originalis labes dilueretur, ſi eius eſt pœna, dicemus non eſſe præcipuam illius defectus pœnam corporalem interitum, ſed acceſſoriam ſolum. Quoniam ſpiritale exitium, quod in perpetuum permanet, præcipua quidē eſt pœna, à qua baptiſmi beneficio liberamur. A morte uero corporali nunquam abſoluimur. Quamobrem pro actualibus (ut aiunt) peccatis, quæ ſcilicet à noſtra uoluntate proueniunt, mors nequaquam eſt nobis inflicta, atq; ideo ſatisfactio, quæ eiuſmodi erratis ē debita, etiam morituro debet iniungi. Adde ꝙ ſi abſolute uera eēt noſtri Lutherij ratio, non ſolum proxime morituro ſatisfactio ꝑ erratis iniungenda non eſſet, ſed nunquam in tota uita, quoniam per mortem omnia pœnarum debita diluerentur, quæ maxima eſt pœna. Quod ſi conceſſerit, nunquam profecto per totam uitam ieiunare, nunquam orare, nunquam pœnam aliam ſubire deberemus. Quoniam per mortem omnia ſoluerentur. Si dixeris per uoluntariam mortem peccatorum ſupplicia optime dilui, tum habebis nobis inferre, quando non uoluntaria mors eſt, illa minime dilui. Ergo morituris de proximo ſatisfactio quàm ſæpiſſime debet iniungi, quoniam rari ſunt, qui uoluntariā mortem excipiunt.

AMPLIVS recte nobis à Lutherio ſupereſt inquirendum an neceſſarium ſit cuilibet chriſtiano pro ſalute animæ uoluntariā, nec ne, mortem ſubire. Si neceſſarium, ergo nemo ſaluus fieri poſſet, niſi cuius anima ſoluta à corpore protinus euolaret. Nam in ſequenti ratione per uoluntariam mortem dicitur anima protinus euolare. Itaq; quicunq; ſalui fient, non dabunt purgatorij pœnas, neq; dare cogentur. At non niſi pro animabus ſalutem aſſecuturis purgatoriæ inſtitutæ ſunt pœnæ. Vna igitur ea pœnarum inſtitutio eſt, quod ſi Lutherius aſſerit, purgatorium tollit, & in errorem græcorum damnatiſſimum incidit. Si uero non neceſſarium eſt cuilibet Chriſtiano uoluntariam ſubire mortem, quando non uoluntaria mors eſt, mors ſatisfactoria pœna eſſe nō poteſt. Nanq; ſicuti peccatum ideo peccatum eſt (authore

Auguſtino)

Auguſtino (quoniam uoluntarium, ita peccati pœna, quæ ſit ad ſalutem intenta, niſi ſponte excipiatur, pro dilutione peccati non ſufficit.

MORS INSVPER non poteſt eſſe uſq; adeo uoluntaria, ut ſecundum portionem inferiorem contrarium non appetatur. Nanq; Dominus moriturus rogabat, ut à ſe tranſiret calix ille, ergo ſemper de inuoluntario aliquid habet admixtum. Itaq; p mortem uoluntariam, nemo poterit euolare. Si uero per uoluntariam mortem intelligas quando ſimpliciter uoluntas in illam fertur, & ſecundum quid in eius oppoſitum, tunc omnis qui in gratia moritur, eo modo mortem uoluntariam ſubit, nam ſi ſimpliciter uellet oppoſitum peccaret, & tamen non omnis, qui in gratiam moritur euolat. Non ergo ſufficit dicere uoluntariam mortem propter Deum cauſam eſſe cur ſtatim euolat anima. Sed quando cum tormentis ſubitur, & toleratur, item quando ante tempus exquiritur, & deſideratur, quando magno cum feruore illam homo aggreditur propter Deum. Et tunc euolatio illa eſt, non tantum uoluntariæ morti, ſed etiam feruori præcedenti tanquam cauſæ tribuenda.

ET PER HOC decima infringitur ratio. Nam et ſi per mortem ſtatim poteſt anima euolare, quum tamen neſciatur, an feruor ille tantus ſit, ut ſufficiat pro euolatione, debent pœnæ aliæ in uita pro peccatis iniungi. Quas ſi poſſunt homines exequi, bene eſt. Sin autem, purgatoria manent.

VNDECIMA Lutherij ratio mihi riſum commouit. Inquit enim. Si non eſt ſatis pœnarum, niſi mortuus etiam canones ferat, ergo pœna canonũ maior erit mortis pœna, quæ ultra mortem durat, & fiet iniuria morti chriſtianorum, de qua dictum eſt, precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. Mors nõ eſt ſatis pœnarum, ergo ultra mortem canonum pœna manebit, pulcherrima ratio, & tanto uiro digniſſima. Quis tam ignarus ſuipſius eſt, qui per canones poſt mortem pœnam uelit īfringere? Sed ideo imponendi ſunt canones, quia non habetur certitudo futuræ mortis. Bene ualebit ratio tua lutheri, ſi dicas, mors ſatis pœnarum non eſt, ergo alia pœna manet, quam uideris facile tua ſententia tollere, quæ in purgatorio ſoluitur, quum hæc de morte toties feras, & referas. De martyribus pronunciatur, is ſermo, quem meminiſti, precioſa in conſpectu Domini mors ſan

ſtorum eius, aut ijs, qui magno cum feruore, & fortitudine mortem excipiunt.

IAM NON potuit abſtinere à manifeſtatione ſuæ ſententiæ peſſimus iſte uir de purgatorij ablatiõe, ſed mihi non credas lector, crede hominis uerbis. Ait enim in duodecima ratione, finge peccatorem rapi, & in ipſa confeſſione Chriſti ſtatim ſubire martyrium, antequam canonibus ſatisfecerit (ut de ſancto Bonifacio legitur) Hunc ergo remorabitur purgatorium, ne ſit cum Chriſto, & fiet, ut Eccleſia oret pro martyre. Hucusq; nihil eſt, quod uelit. Sed quod ſubdit lector aduerte. Ait enim. At omnis uoluntarie moriens (de hoc enim loquimur, ideſt de chriſtiano) pro uoluntate Dei moritur, & nihil aliud dicit, ſed præmiſſas poſuit, ut nos concluſionem eliciamus, quæ neceſſario ſequitur, purgatorium non eſſe neceſſarium Chriſtiano. Lege, tu aduerte, conſidera quænam ſint ea uerborum ſemina, ex quibus fructus eiusmodi hæreticus colligatur. Nam primo poſuit Bonifacium martyrem purgatorij pœnam nequaquam manere, quod uoluntarie mortuus eſt pro Chriſto, & poſtea ſubdit. At omnis chriſtianus uolntarie pro Chriſto moritur. Quid ſequitur, niſi omnem Chriſtianum per mortem à purgatorijs pœnis abſolui? Nõ dabitur igitur purgatorium, quod certe confirmat id, quod toties rettulit pœnarum omnium maximam eſſe homini mortem.

NEQVE ualebit ſi ſub umbra digiti latere uoluerit differens de canonum pœnis tantum ſuam debere intelligi rationem. Nã uoluntariam Bonifacij mortem, quæ illum à purgatorio liberauit, adduxit. Poſtmodum uoluntariam cuiusq; chriſtiani mortẽ eſſe ſubiungit. Ergo ſicuti Bonifacius à purgatorio eſt liberatus, ita quemlibet chriſtianum liberari concludit. Aliter quid oportebat Bonifacij exemplum adducere, ac inter ipſum, & alios chriſtianos facere comparationem. Nam per martyrium alijs comparari non poteſt, quia non omnes ſunt martyres, qui uoluntarie moriuntur pro Chriſto. Ergo per uoluntariam mortem eum alijs comparauit, ſed per illum uult à purgatorio liberatum fuiſſe. Ergo per eandem quilibet chriſtianus à purgatorio liberabitur. Poterit per cauillum, non per rationes, & uerborum uim Lutherius ſubterfugere.

TERTIADECIMA, quartadecima, & ultima ratio ex his quæ dicta ſunt ſuprà, facillime corruunt. Nam ciuiles leges,

aut canones mortuis pœnas infligere nullus eſt, qui unq̃ aſſeruit, ita ut poſt obitum ligẽt, uerumtamen ſi imponantur, purgatorias pœnas diminuunt, non impoſitæ uero maiores relinquunt. Atq; ideo ſi Cyprianus uir ſanctiſſimus in mortis periculo conſtitutis pacem dandam à ſacerdotibus iuſſerit, ideſt abſolutionem, laudandus eſt. Sed non propterea omnium pœnarum remiſſionem, omnem ſatisfactionem, & minimã quidem, quam illi agere poſſent, ſtatuit amoueri. Nam (ut dictum eſt) oratiuncula, dei inuocatio, ſuſpirium erogationis aſſenſus, immo ſolus nutus pro ſatisfactiõe (niſi queat aliud) imponendus eſt, ut purgatorij pœna diminuatur. Et confeſſionũ iudices, qui hoc ipſum obſeruãt, rectiſſime faciũt, & diuino iure tenent, ſi confeſſio diuinitus ſit inſtituta. Nã à iudicij iure ſententia remoueri nõ poteſt, ſed pari fundamento, et neceſſitate currit utrũq;, quicquid Lutherius aſſerat.

LICET IN DANDIS POENITENTIIS Pontificum decreta non ligent, non tollitur tamen eas iniungendi authoritas pro ſacerdotis arbitrio. Deq; pœnitentiæ reſeruatione & commutatione. Cap. XVI.

QVod uero operoſus nimis in ſuis ſtruendis machinationibus Lutherius aſſerit, ideo recte ſummum Pontificem in ſuis decretis caſus neceſſitatis, & mortis excipere, quoniam, à ſpiritu ſancto directus non uult, ut quum non eſt modus obſeruandi, ligent, non tollit, quin ſacerdotes ſuo arbitrio ea quidem imponere debeant, quæ facillimum ſit obſeruare.

NEQVE peccatum in ſpiritum ſanctum exiſtimo eos ſacerdotes committere, qui canonicas pœnas ad purgatorium morituris reſeruãt. Nam poſſint illud legitime agere, aut nõ poſſint, ſi in p̃ſenti uita non debite datæ ſint, in alia luant animæ operæ precium eſt. Siq; illi ipſi ita forte illas reſeruent, ut reſeruatas à Deo potius declarare uelint, non indocte, ſed ſapienter utiq; faciunt. Idq; non eſt canonũ maiorem habere curam ut obſeruentur, q̃ ut Deo obediẽtia, et debitũ ipendat̃ obſequiũ. Nã dũ ſacerdos canonẽ pœnitẽtiæ iponit, noĩe dei id facit, dũ reſeruat pœnitẽtiã, aut reſeruatã declarat, noĩe Dei declarat, qm̃ res ita ſe hẽt, & dũ qs ueritatẽ fatet̃, Deo placet, Dei mãdata exeqt̃: Dices, reſeruationis declaratio qũo uana ẽ, ſi poſt mortẽ ſtati iterdũ euolat aĩa?

RESPONDEO declarationem illam debere fieri, quando uerisimiliter comprehendi poteſt ex confeſſionis iudicio meritas peccatorum pœnas hominem nequaquam dediſſe. Falli poteſt, non infitior, poteſt, ſed ſub conditione proferri debet, ut non interueniat ulla deceptio. Dices, quænam utilitas ex pœnitentiæ iniunctione? Ea quidem utilitas facile ſequitur, qua moriturus per impoſitam pœnitentiæ pœnam maiores purgatorij pœnas non ſubeat, ſeverioresq; homines concitet ad præſtantius ſe habendũ uel in feruore charitatis erga Deum, uel in dolentia erratorum ſuorum, uel in toleranda morte. Quam ſeſe obiturum ex coniectura cognouerit.

QVOD IN ſuper tanquam admirabile inſtitutum Lutherius ediuerſo opponit, quod mirifice laudat, non improbamus, dum ſcilicet in horis canonicis, aut alijs diuinis operibus inſiſtit homo, ſi rapiatur, ſi afflatu quodam, aut diuina illuſtratione tactum ſe ſenſerit, ea opera dimittenda eſſe, & afflatui, aut extaſi eſſe uacandum. Quid prohibet? non ergo ſacerdos morituro canones debet imponi? unde ratio? unde ſequella? Nam ſi debet homo, dum rapitur, ceſſare ab horis canonicis, hoc ideo eſt, quia meliori negocio uacare debet, & eo modo proficere, ſed dum moriturus eſt, dimittendo pœnitentiam per ſacerdotem iniunctam non proficit, immo deterius quidem ſe habet. Igitur illam quantum fieri poterit, non dimittere, ſed obſeruare debebit. Et certe non Lutherium miror, ſed illos inſignes authores, quos nominat. Qui extaſim (quæ in Deum eſt raptus) morti comparare uoluerint. Nam illa cum uita manet, hæc uitam interimit, illa profectus eſt, & ad nullas deſtinata pœnas, hanc purgatorium manet, niſi ſtatim euolet anima. Illa contemplatiõis eſt, hæc plerunq; ſupplicij. Verum certe illis aſſentiendum putarem, ſi euolationis eſſet morituro homini certitudo. Sed quum res illa incertiſſima quidem ſit, ad pœnas optimum remedium eſt animum præparare, ut facilius ſalus appareat.

NON RETINET in ſuo foro ſacerdos aliquem, ſi ſatisfactionem iniungat, quando ille moriturus eſt, ſed quod ſuum eſt, agit, & obſeruandum inſtituit, donec ad aliud trãſeat forum. Et quoniam de tranſitu incertus eſt, ideo quod in ſuo expedit foro debet agere, ne ignauiæ, aut negligentiæ crimine ueniat imputandus. Hæc ſunt fermè uiginti rationes (inquit Lutherius)

quæ me mouerunt non temere dubitare de canonicarum pœnarum impoſitione. Et ego dico (*ut conſpicuum feci*) *eas nihil probare, & ideo uanas fuiſſe.*

QVOD VERO *nonnulli canonicas aiunt pœnas in purgatorias ſacerdotem mutare, ſano modo, & non maligno eſt utiq; interpretandum.* Bene *ſemper, ut ſentiendum eſt, ita bene* (*ſi fieri poteſt*) *interpretandum, preſertim quando uerba non male ſonant, neq; hæreſim ſapiunt.* Commutari *igitur pœnam unam in aliã, ſecundum horum ſententiam, nil aliud eſt, quàm pro una, aliam dare.* Non *eſt commutator ſacerdos, ſed* Deus *ex ignauia pœnitentis commotus, immo lex ipſa diuina, quæ inconcuſſa unicuiq; ſic manet, ut niſi dum uixerit, debitam erratorum dederit pœnam, poſt obitum in purgatorio ſit illam daturus, ut ſuum habeat locum iuſtitia.*

QVOD VERO *hac in re* Gerſonis *cancellarij pariſienſis tanquam animarum* Eſculapij *ſententiam ſæpius attulit, nihil eſt, cur me, à meo inſtituto auocet.* Nam *malo cum pluribus ſanctis uiris, & cum æquo rationis dictamine errare, q̃ cum* Gerſone *in hoc bene ſentire.* Suadenda *mors conſtanti animo pro* Chriſto *ſuſcipienda, ſuadenda, ſed non ideo quæ fori iudicialis, & ſacramentalis iudicij ſunt, omittenda.* Immo *ſi unum alteri impedimento non ſit, cur non utrunq; muneris exercendum?* Dum *.n. pœnã ſacramentalem ferendam morituro ſacerdos imponit, nonne ad mortis tolerantiam hortari hominem poteſt? qd alterum alteri oppugnat?* Immo *iuuabit.* Quum *enim pœnitentia charitati coniuncta ſit, ad tolerantiam mortis propter* Deum *morituri animum inflammabit.*

QVONIAM IGNOTVM EST QVANTA *contritio, uel à ſacerdote iniuncta ſatisfactio pro erratis ſufficiat, quẽlibet pœnitentem ſibi ipſe debere quicquam pœnarum aſſumere, multaq; diluuntur oppoſitæ quæſtiones.* Cap. XVII.

NOn *deſinit ſuam hanc* Lutherius *in nouis machinationibus confirmare ſententiam, quum ſibi ſatis nunq̃ feciſſe uideatur, ac ebriorum more ſitim innouandarum rerũ explere non poſſit.* Inquit *enim hinc uidendum commentum illud, et futile cauillũ, quo uelut puellos laruis terrere cupiũt &c.*

Dicebam ego, ut alij, qui recte ſentiunt, quoniam tam contritio-nis gradus, q̃ ſatisfactio à ſacerdote iniūcta ſufficiat, nec, ne ignoratur, neceſſe eſſe pœnitentem proprio opere quicq̃ addere, ut tutius pro ſufficientia negociaretur.

CAVILLVM hoc dicit eſſe Martinus. Primo quia non per ſcripturas, nō per reuelationem innotuit. Quum tamen propheta dicat. Non faciet Deus uerbum niſi reuelauerit ſecretum ſuū ad ſeruos ſuos prophetas.

DEINDE quia non licet Deum uſurarium facere, uel mercatorem, ut nihil nobis gratis condonet.

TERTIO cur Papa plenariæ ſoluit? quum & ipſe contritiōis menſuram ignoret, nec habet alterius generis poteſtatem, q̃ ſimplex ſacerdos. Nam aliter monſtrum eſſet eccleſia, ſi ex diuerſi generis poteſtate conſtitueretur.

QVARTO Eccleſia primitiua ignorabat contritionis menſuram, & tamen peracta pœnitentia peccata plenarie remittebat. Quæ inde pœnitentia an ſatis fuiſſet ſcire non poterat.

QVINTO quoniam peccatorum remiſſio ſuper uerbum miſerentis Chriſti, non ſuper opus currentis hominis debet ædificari, ut meminit Paulus ad Romanos. Quia ſatisfactionem plenariam dari non poſſe fingunt, niſi perfecte contritis, quorum nullus eſt in hac uita.

SEXTO SI iuſtitia Dei requirit aliquid, iam extra manum eſt Eccleſiæ, quæ nihil habet mutare quod Deus uult, aut imponit. Stat enim firma ſententia, conſilium meum ſtabit, & uoluntas mea fiet. Hæc Lutherius.

CAVILLVM hoc non editionibus ſacris oſtenditur, nanq; toties dictum eſt, non omnia ſcripta, editaq; fuiſſe, quæ tamen à nobis ſumma, cū reuerētia ſunt obſeruāda (ut meminit Ioānes Eua.et doctiſſimus Damaſcenus) Ex reuelatiōe fortaſſe illud illuxit, quum doctorum pars maxima idipſum pro conſtanti ſuſcaeperit. Poteſt enim reuelatio incerto authore, & tempore fieri. At nā ſi fuerit id reuelatione probatum, ueriſimili, ac probabili, quæ infringi nōn poteſt, rōne ſuaſum eſt. Quæ unicuiq; recti iudicij ſatis eſſe deberet. Q͂d uero ex ꝑpheta Lutherius accipit, niſi ſano explicet mō, tam illi cōtrariū eſt, q̃ q oppoſitū ſenſerit. Quis .n. reuelauit ei non eſſe pœnitētias iniungendas? quis ꝑ mortē pœnitētē ſoluere oia? qs nō dari habitus aiæ? Rōne hæc oia conuincun

tur, & nos ratione pro diuina ſeruanda iuſtitia dicimus ultra ſatiſfactionem à ſacerdote impoſitam, debere quemlibet ſibi ppriã, opere, aut dolentia ſatiſfactionem iniungere. Non ne ratio ualida eſt hæc? certe ualidior, q̃ Lutherij ingeniũ mereatur illã diſſoluere. Non faciet ergo Deus uerbum, niſi reuelauerit ſecretum, uerum eſt clara, aut miſterioſa reuelatione. Vel id de ſecreti reuelatione intelligendum, quod per rationem animus nequit humanus attingere.

O PVLCHRA ratio, qua Deum ex iuſtitia uſurariũ Lutherius facit. Nõ ne tutior uia eſt, qua homo ſe p iuſtitiã præparat, q̃ per miſericordiã? tutior. Nõ ne ſi ultra iniunctam pœnitentiã affligatur homo, tutius agit, q̃ ſi gratis ex miſericordia condonationẽ à Deo ſuorũ peccatorum expectet? Tutius. Quid ergo inde illum uſurariũ facimus? Nõ uſurariũ, ſed iuſtum facimus. Qui & ſi miſericors eſt, ſaniori tamen, tutiori, & maiori mercede cum eo agẽdum eſſe omnis ſuadet ratio, ꝙ ſi nõ uſurariũ (nam ſonat impudentiam uerbum illud) ſed mercatorem Deũ appellare uoluerimus (quum & plato illum eo nomine nuncupauerit in Euſiphrone) quid mali, quid abſoni, quid abſurdi inde conijcies? Nõ ne illi preces noſtras effundimus? Non ne munera offerimus? ut inde uitã, ſalutẽ, fœlicitatẽ recipiamus? Nõ eſt mercator egenus Deus, ſed īgenus, ſed liberalis, et q̃ nobis ultra id, qđ ex ſua benignitate nobis ſufficeret, ex iuſta noſtri arbitrij recõpenſatiõe, aut erogatione medio rationis iniungit, nõ ut ipſe ditior fiat, ſed ut nos lucrũ in eo iudicio faciamus. Neq; tam īſani capitis ullus eſt maligne Lutheri, qui eã ex opere noſtro iuſtificationẽ fieri dicat, quæ diuinam erga nos pietatẽ excludat. Tibi forte id uiſum eſt, quoniam ſomnians eam rationem formaſti, aut lapſu linguæ id protuliſti uerbum, ad pauca more tuo reſpiciens.

AD TERTIAM. Alia iuriſdictione per indulgentias, pœnas aufert Papa, q̃ quiſq; ſibiÿpſi ſupererogatoriam (ut ita dixerim) ſatiſfactionem iniungat. Neq; ideo monſtrum eſt in Dei Eccleſia conſtitutum, immo ornatus, ſpecies, & pulchritudo, qua præſtantior dari nõ poſſit, ut illud cantica Salomonis Regis ſuã habeat ueritatem. Tota pulchra es amica mea, formoſa mea, neq; ulla quidem macula inuenta eſt in te.

AD QVART ã primitiua Eccleſiã pacta pnia ſine ſatiſfactione dimittebat peccata, qa pniæ erãt acerrimæ, q̃ facilius p debi

to contritionis gradu, q̃ modo quæ iniunguntur, ſatisfacere uidebantur, ſi id uerum ſit, quid abſurdi eſt poſteriorem melius hac in re nobis noſtram Eccleſiam conſuluiſſe?

AD QVINTAM, miror ego toties unum, & idem repetere hunc hominem, neq; unquam ſuum explere animum in hac uoluntate, Non ſuper operis iuſtitiam ſimpliciter hæc ſententia noſtra fundatur, Nã nulla ſunt opera noſtra condigna beneficijs à Deo ſuſceptis (ut Paulus ait) ſed ſuper maiorem pro uiribus, quæ fieri poſſit, iuſtitiæ executionẽ, ut amplius de congruo mereanť.

AD SEXTAM, iuſtitiæ diuinæ interdum Deus in terris uoluit habere miniſtrum, quẽ ſpiritualium bonorum hæredem ſua liberalitate conſtituit, ultra non refero, q̃ milies ante calcem operis tui cauſa hoc ipſum explicare, & replicare cogemur.

CVR PRIMIS ECCLESIAE TEMPORIBVS ſolebant pœnitentiæ ante abſolutionem infligi. Quo etiam pacto in utraq; conſuetudine ſemper neceſſaria fuerit ſatisfactio.

Cap. XVIII.

In ſuo adhuc inſtituto perſiſtens Lutherius quattuor ſatis debiles attulit rationes. Nam priſcus erat Eccleſiæ mos, pro peccatis pœnitentiam prius iniungere, qua peracta abſolutio ſequebatur, quoniam pœnitentiæ finis abſolutio eſſe uidetur, quum itaq; modo oppoſitum fiat uanus iſte mos eſſe dicetur, quia finem præponit ijs, quæ ad illum ſunt ſuo iure directa. Eum autem fuiſſe priſcum Eccleſiæ morem docet, quæ obſeruatur homicidij pœnitentia.

SECVNDO id authoritate Hieronymi probat, qui ſuam fabiolam, in hunc modum ſcribit abſolutam fuiſſe, & Diui Ambroſii, qui eodẽ pacto Theodoſium Impatorem abſoluit. Ita Cyprianus. III. Epiſtolarũ lib. fieri docuit, ita tripartita, et eccleſiaſtica hyſtoria ita Dionyſius Ariopagita factum eſſe cõmemorat.

TERTIO neq; Chriſtus Ieſus niſi poſt lachrymas, & humilimam afflictionem Magdalenam abſoluit.

QVARTO Ioſeph legitur multis afflictionibus fratres ſuos tẽtaſſe, ut exploraret an ſibi afficerentur, & deniq; in gratiam illos ſuſcepit.

AD PRIMAM. Nihil abſurdi eſt pœnitentiam gratiam præcedere, aut ſequi, Et ſi .n. gratia finis eſt, quum tamen pœnitẽtiæ

actes magna cum difficultate ferantur, atq; ideo ſæpius omitte/bantur, hinc rectius factum eſt, ut per ſatisfactionem conſumatio nem accipiant. Neq; finis, ijs quæ in ipſum directa ſunt, ea ratio ne præponitur, quod neceſſe ſit, ut aliqua interior pœnitentia gra/tiæ conſecutionem præcedat. Satisfactio autem quæ ſubit pæni/tentiæ nomen, gratiam pro fine non habet, ſed pœnarum dimi/nutionem in purgatorio, aut præcedentis gratiæ augumentum, ut dictum eſt.

AD SECVNDAM. Inſtitutionis illius obſeruationem ne/gare non poſſumus, quæ una ex parte (ut conſtat) melior uide/batur, ſed durior. Ex alia, noſtra hæc mitior, tutior, Atq; ideo ſimpliciter melior iudicanda. Quæ tamen parum (ut ſcias) imi/mo nullatenus differunt. Nam confeſſionis iudicium in utraq; ſatisfactionis ſententia ſequitur, & pœnitentia ante abſolutionē erat ſatisfactio, ueluti modo poſt abſolutionem. Si quidem ante pœnæ dilutionem confeſſionis iudicium præceſſiſſe operæpreciū eſt, in quo iudicio pro ſatisfactione à canone, aut ab homine pœ na erat inflicta, quæ (ut uériſimile eſt) gratiam ſequebatur, & abſolutio poſtmodum facta non erat, niſi præcedentis gratiæ ſi/gnum, quam peccator ſibi ex acri pœnitentia comparauerat.

AD TERTIAM. Similiter dici poteſt per contritionem Ma riam magdalenam fuiſſe gratiā conſecutam, deinde lachrimas effudiſſe, & denique dominum illi ſolutionis ſignum dediſſe. Quoniam contritionis menſuram ipſe cognouerat. Quod qui/dem ſignum illius gratiam auxit.

AD QVARTAM. Si Ioſeph fratres ſuos ut de eorum be/neuolentia tentaret, afflixit, memineris ſe eos ob peccata, quæ in illum cōmiſerant, tot & tāta mala pati dixiſſe, ut.xlij. gene. capi. commemoratur. Atq; ideo agentes pœnitentiam à Deo ſunt gratiam conſecuti, anteq̄ Ioſeph illos ipſos in propriam ac/ceptaret.

COMPLVRIBVS SACRARVM EDITIO/num ſententijs, & rationibus haberi purgatorij pœnas, non in horrore, & timore, ſed in triſtitia, & mœrore conſiſtere. Cap. XIX.

Vum de pœnitētia, & pœnis iuſta Lutherij rep̄henſiōe
q nobis ſit ſermo, Quid iſte homo de purgatorijs afflictio
nibus aſſerit, magno ſtudio debemus inueſtigare, ut
aliqd noui ex eius ſentētia, uelut ex Africa reportemus. Statuit
ergo Martinus purgatorij, & inferni pœnas in timore, pauore,
horrore, & fuga. De igne non meminit, quia non curat. De tri
ſtitia luctu, & gemitu, nihil. Quum tamen & ſcripturæ, & do
ctores, & ratio ipſa impiorum eiuſmodi pœnas inſtituat. Scri-
bitur enim in euangelio apud Matheum, & Lucam pluribus
in locis, ubi erit fletus, & ſtridor dētium (ubi gloſa duplicem pœ
nam, et dolorem, corporis. ſ. & animæ Chriſtum ſignificaſſe cō-
memorat.) Et pſal. vij. quod eccleſia in officio defunctorum ob-
ſeruat, de damnatis aſſeritur. Ecce parturit iniuſtitiam, concepit
dolorem, & peperit iniquitatem, Conuertetur dolor eius in ca-
put eius, & in uerticem ipſius iniquitas eius deſcendet. Item
pſal. vi. Eadem eccleſia in orationibus mortuorum decantat, &
de anima in purgatorio exiſtēte habet intelligi, Laboraui in ge-
mitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum. Et poſtea
ſubditur. Diſcedite à me, qui operamini iniquitatem, quoniam
exaudiuit dominus uocem fletus mei. Et in. xxxvij. pſal. Miſer
factus ſum (legitur) & curuatus ſum uſq; in finem, tota die con
triſtatus ingrediebar, Item ibidem afflictus ſum, & humiliatus
ſum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei. Domine ante te deſi-
derium meum, & gemitus meus non eſt abſconditus. Item eodē
pſal. Quoniam in flagella paratus ſum, & dolor meus in con-
ſpectu meo ſemper. Ecce triſtitiam dolorem, gemitum cordis pro
pœnis, & afflictionibus pſalmus enumerat. Inſuper ſcriptum
eſt, in. xl. pſal. Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris, &
hic eſt beatus, de quo loquens incipit pſalmus, qui intelligit ſup
egenum, & pauperem in die mala liberabit eum dominus, ubi
omnes expoſi. Diem malum diem iudicij interpretantur, & in
defunctorum officio celebratur. Et in. xli. pſalmo. fuerunt mihi
lachrimæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie
ubi eſt Deus tuus? Quod de animabus in purgatorio exiſtenti-
bus interpretatur, Et p̄ defunctis canit eccleſia. Et paulo infra.
Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Idipſum
xlij, notatur pſalmo qui incipit, Iudica me deus, & diſcerne

cauſam &c.& ſubditur, quare triſtis incedo dum affligit me inimicus, & ideo afflicta anima, ut lux, & ueritas ſibi emittatur, implorat, qua adducant, & deducant illam in montem ſanctum Domini, & in tabernaculum eius. Quod diuinitatis eſt locus. Scriptum eſt etiam apud Eſayam capi. xxxviij. in Ezechiæ Regis cantico. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Et paulo poſt, ecce in pace amaritudo mea amariſſima, hæc amaritudo, niſi dolentia animæ dum affligitur, eſſe non poteſt. Velut enim amaritudo nimia guſtum diſturbat, & dolentem reddit, ita animæ amaritudo, & preſertim amariſſima, quã dum à corpore ſeiuncta eſt, in purgatorio patitur, triſtitiam, & mœrorem induit, quæ tamen in pace ſuſcipi dicitur. Quoniam in ſpe pacis, & gloriæ eſt conſtituta. Et ideo ſubditur. Tu autem eruiſti animam meam, ut non periret, ne ad inferni pœnas deſcenderet. Quod uerbum ſequens apertiſſime indicat. Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te. Quid clarius? & pro defunctis quotidie ab eccleſia eadem ratione concinitur. Ad id quoq; facit, quod pro iis, qui ex hoc ſæculo tranſiuerunt. cxliij. legitur pſalmo. Circundederunt me dolores mortis, tribulationem, & dolorem inueni, & nomen domini inuocaui. Vbi dolor, & tribulatio tanquam earum animarum pœnæ connumerantur, quæ nomen Domini inuocant, & poſt earum dilutionem denique liberantur. Et ideo paulo poſt ſubditur, quia eripuit animam meam de morte, placebo domino in regione uiuorum. Et pro eiſdemmet animabus id pſalmi canit eccleſia. Apud Eſayam deinde. liij. capi. legitur. Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Vbi langores, & dolores pro æternis apud inferos pœnis, quibus damnati eramus, accipiuntur, quos per mortem Dominus tuliſſe dicitur, & nos ab eis ſua miſericordia liberauit. Plura ſunt ſacrarum editionum loca, quibus tam inferni, quàm purgatorij pœna in mœrore, dolore, gemitu conſiſtere declarantur.

SED RATIONE idipſum aſtruendum eſt. In eo enim potiſſimum impiorum afflictio debet, & pœna conſiſtere, in cuius oppoſito fœlicium remuneratio eſt poſita. Nã ſicut miſeria fœlicitati opponitur, ita actus unius, actui alterius, & quod

ex utroq; ſequitur, alteri opponatur oportet. At fœlicitas animæ in diuinæ maieſtatis contemplatione, amore, & quod inde ſequitur, gaudio, & iucunditate conſiſtit. Ergo impiorum afflictio, quæ miſeria eſt, in auerſione Dei potiſſimum, in odio, in dolore, & mœrore eſt poſita. Non igitur in horrore, pauore, & timore, ut ab aduerſario dicebatur.

INSVPER ubi eſt certitudo perpetuarum pœnarum, ibi horror, timor, & pauor eſſe non poteſt. Nanq; ſi definiamus horrorem, pauorem, & timorem, quiſq; horum non aliud eſt, quàm affectio quædam animi, quæ ab obiecto terribili infligitur, anteq̃ in illud inciderit. Vnde mors horribilis eſt, & quum illi propinqui ſumus, aut eſſe uidemur, illam q̃ maxime perhorremus. Ita etiam ignis pœnam timere, horrereque dicimur, anteq̃ illam perpetiamur, et quæ nondum paſſi ſumus, ne patiamur, timemus. In inferno autem eiuſmodi eſt certitudo, quoniam exitum inde ſperare non licet, & ad maiorem damnatorum pœnam adiecta eſt deſperatio. Igitur apud eos non timor, ſed triſtitia, mœror, & perpetuus luctus inhabitat. Ex hoc capite de purgatorij pœnis dicemus illas ſimiliter neque in horrore, neque in timore conſiſtere. Nam hoc ſolum differt purgatorij afflictio, ab inferorum ſupplicio, ꝙ his deſperatio, & perpetuitas, illi autem ſpes, & finis iniunctus eſt. Ergo ſicut ibi horror, aut timor eſſe non poteſt, ita neq; in purgatorio ſtatuetur.

AMPLIVS ubi ſpes exitus eſt, & certitudo, horror, & timor eſſe non poteſt. Si enim conditionem ſuam, & ſtatum cognoſcunt animæ, quæ in purgatorio degunt, quandoq; ſe exituras intelligunt. Cognoſcunt autem omnino, ob id, ꝙ quæ iam ad beatitudinem euolauerint, de fœlicitate ſecuræ, Et ad ima detruſæ de ſua miſeria certiſſimæ ſunt. Qua ratione quæ in medio conſiſtunt, ſui ita neſciæ uidebuntur, ut de exitu uereantur, ut titubent, ut æternas pœnas horreant, & pericula inferni formident. Quæ omnia nobis in hac terrena plaga degentibus ſolent accidere. Quia in uia merendi, & demerendi ſumus, non in termino conſtituti. An peioris conditionis erunt purgatorij animæ, quàm quæ ad infima ſunt deſtinatæ, an ſe in inferno iam conſtitutas intelligent? Non ne cum charitate migrarunt? Quæ licet admodum imperfecta eſt, ad æternam lucem ſuo eſt priuilegio deſtinata.

QVID eſt inſuper, ꝙ in canone miſſæ dum oratur quotidie ꝑ animabus, quæ ad pœnas purgatorias transmiſſæ ſunt, hæc ad unguem pacis, & quietis proferuntur uerba? memento dominæ &c. omnium &c. qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis, ipſis domine, & omnibus in Chriſto quieſcentibus locum refrigerij, lucis, & pacis indulgere digneris &c. niſi ꝙ ibi neq; horror, neq; timor, neq; iſta tua prope deſperatio, quam fingis, inueniatur. Cum pace horror, & cum quiete timor eſſe non poteſt. Neq; pro his, qui iam euolauerint orat eccleſia. Nam (ut inquit Auguſtinus) iniuriā facit martyri, qui orat pro martyre.

QVID eſt etiam ꝙ. xiiij. Apocalips. cap. legitur apud Ioannem. Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Ceſſant. n. poſt hac à laboribus ſuis. Si de laboribus terrenis loquitur, iam omnes qui moriuntur eſſent beati. Ergo de alterius uitæ laboribus, quos etiam in purgatorio dari nolebat, ſermo illius debet intelligi. Et ſi. n. mœrorem, & triſtitiam ex dilatione conſecutionis uoti animæ patiuntur ingentem, Quum tamen in certa ſpe quandoq; exeundi ſint poſitæ, non amplius laborare dicuntur. Et ſenſus eſt. Beatæ ſunt eiuſmodi animæ, quæ in Dei gratia receſſerunt, ꝙ & à laboribus terrenis cum incertitudine merendi, aut demerendi coniunctis, & à perpetuis inferni laboribus, qui pro peccatis earū eo nomine poterant appellari, ſolutæ ſunt. Si purgatorij pœnam nequaq̄ laborem uocat Euangeliſta, quid eam nos horrorem, timorem, & quaſi deſperationem uocabimus?

NONNE inſuper defunctorum animæ, quæ æternis ſupplicijs nequaq̄ damnatæ ſunt, quotidie ſuffragia petunt, ut teſtis eſt nobis eccleſia? quæ loco earum miſerabiles uoces effundit, inquiēs, miſeremini mei, miſeremini mei ſaltem uos amici mei. Non eſt itaq; arbitrandum hac in re fallacem eſſe ritum eccleſiæ uetuſtiſſimum, quæ in omnibus, & preſertim diuinis miſterijs à ſpiritu ſancto dirigitur. Si petunt ergo ſuffragia, ſe noſcunt poſſe per ſuffragia liberari. Non ergo tanta pœnarum multitudine obruuntur, ut de ſuo exitu incertæ quaſi deſperent, horreant, & pertimeſcant.

IDIPSVM Beatiſſimus pater Gregorius. lvij. cap. quarti libri, in dialogo meminit, dum defuncti animam pro ſui liberatione eucharistiæ ſacrificium imploraſſe commemorat.

I D I P S V M *ex eo maxime conſtare poteſt, ꝙ* Dominus *in euangelio narrat, diuitem in inferno ſepultum* Lazarum *in ſinu* Abrahæ *conſtitutum conſpicere, à quo etiam guttæ aquæ frigidæ ſubſidium peteret. Quod fieri non poſſe puto, niſi & ſtatũ* Lazari, *& ſuum pariter agnouiſſet. Quare & illas, quæ in purgatorio patiuntur, ſimiliter ſe habere iam perſuaſum eſt.*

E S T I Nſuper *authoritas* Ioannis *apoſtoli,* Apocalipſis.xyiij. *Qua peccanti quantum delitijs abundauerit, tantum tormenti, & luctus dandum eſſe iubetur.* Tormenti, *luctus commemoratio fit, non horroris, non pertimeſcentiæ, non quaſi deſperationis.* Tot *ſunt ſententiæ huius in ſacris editionibus loca, ut difficilius ea numerare ſit ferè, ꝗ proponere in medium.*

R ATIONES ET SENTENTIAE OPPOSITæ *diluũtur, & in authorẽ cõplures facile retorquenť.* Ca.XX.

ſEd *(ut ad eius rationem præcipuam deueniamus) inquit.* Ex *quo morituro imperfecta quidem eſt charitas, inde ſequitur, ſecum magnum affere timorem.* Valet *ratio ſi ad mortem, & alterius uitæ tranſitum comparatio fiat, non ualet, ſi poſtꝗ ad ſuum iam locum deuenerit anima, ita ut ſi in purgatorio, aut in inferno fuerit, pertimeſcat.* Moriturus *enim incertus de futuræ uitæ ſtatu, timet, pauet, tartareas pœnas tremiſcit, poſtꝗ uero egerit animam, non amplius timere, aut horrere poteſt.* Quum *tamẽ doleat, & ex retardatione adipiſcendæ fœlicitatis triſtitia afficiatur.* Ergo *tum charitas pulſo timore perfecta eſt.* Vbi *hanc dialecticam didiciſti* Lutheri. *Oppoſitum enim charitatis non eſt timor, niſi per accidens, per ſe uero eſt odium, quod inuidia ſequitur.* A *qua dolor immenſus, & triſtitia exoritur,* Atq; *ideo ubi nulla charitas, ibi dolor maximus, qui eſt inferno condebitus.* Timor *autem non eſt, niſi incertæ rei, & horror, qui eius augumentum eſt.*

Q V I D *inde* Ioannis *dictum in epiſtola. cap.iiij. pro ſtabili, & inconcuſſo partium tuarum fundamento tantopere iactas? quid* Paulum *apoſtolum? quid euangelium? quid diffidentiam timoris cauſam aſſeris? quid imperfectam eſſe morientibus charitatem commemoras? quid inde illis poſt obitum continuum timorem imponis?* Falleris *enim, & quæ noſtra hac in uita no-*

bis conueniunt, tribuis alienæ. Ruunt omnia, quæcunq; pro tuo hoc præcipuo munimine accipis, unius uerbi impugnatione. Non enim ſi decedens cum imperfecta charitate in deceſſu timet, pauet, horreſcit, poſtq̃ deceſſerit, timorem ſecum, aut horrorem affert, Quum de ſuo ipſius ſtatu non amplius dubitet. Neq; pulſu timoris charitas augetur, niſi forte diuino miraculo, quod in præſentia adducere non opus eſt, ſine quo uno, & eodem gradu perſeuerat charitas usq; ad introitum regni cœlorum.

SED AD *commentitias tuas deueniamus authoritates, quibus falſo, & doloſe inniteris. Et primum quod pſalmus ait, non ſic impij, non ſic ſed tanq̃ puluis, quem proijcit uentus, & in Iob, & Eſaya impij ſtipulæ comparantur. Quod horum in pœnis fugam, & horrorem ſignificat? Non eſt illa pulueris fuga, et horror, Sed impulſus, ſed à terræ facie receſſus. Sic enim à Dei facie recedunt impij, & ob eorum peccata contra uoluntatem ad pœnas perpetuas impellũtur. Quod .ij. pſalmo dicitur. idipſum confirmat. Nam ſi Deus impios ſuo iuſto furore conturbat, quũ iam confliguntur, à pœnis horrorem minime patiuntur. Sed dolorem. Quod .xxviij. cap. meminit Eſayas, ad propoſitum etiam ſi extorqueas trahi non poteſt. Qui confidit in eo non confundetur. i. non horrebit. Pulchrum commentum, quo pulchrius inueniri non poteſt, confundetur, quod damnari ſignificat, non horrebit, exponitur. Quod prouerbiorum primo legitur, qui me audierit, absque terrore requieſcet, de terrore qui hac in uità nobis contingere ſolet, habet intelligi. Nam hic ſine terrore mortis, aut pœnarum inferni (uult dicere textus ille) in patriam euolabit, ab auditione mala non timebit, ideſt qui in die iudicij fiet proclamante domino. Ite maledicti in ignem æternum, non timebit inquam in uita, quia poſt obitum de ſuo ſtatu quælibet anima eſt conſcia. Quod ait beatus Iacobus. Demones credunt, & contremiſcunt ad inuoluntariam Dei obedientiam referendum eſt. Quod Deuteron. xxxij. dicitur. dabit tibi dominus cor pauidum, ad præſentem uitam relatum accipimus. Neque uerum eſt, ſine pauore mortem, aut infernum non eſſe moleſtum. Nanque moleſtia non timorem ſemper, ſed dolorem inſequitur. Quod in canticis dictum eſt, fortis ut mors, dilectio dura ſicut infernus, emulatio ſignificat mortis dilectionem, non niſi uiro forti contingere, ubi nullus ui-*

geat timor, & inuoluntariam eſſe impijs afflictionem, ubi de horrore nullus eſt ſermo. Quod .xiij. pſal. legitur. illic trepidauerunt, ubi non erat timor, non de damnatis ſed de his, qui ſunt zizaniæ ſeminatores, debet intelligi. Quia diſcordias promouent ex trepidatione, quæ ſine cauſa orta eſt. Fugit impius nemine perſequente. Verum eſt in hac uita, & ideo qui iuſtus eſt, ut Leo confidit.

QVOD uero Paulus ad Teſſal. epiſtola .ij. cap. primo commemorat, non horrorem, aut fugam, ſed dolorem, & mœrorem ſignificat. Ait enim qui non credunt euangelio, dabunt pœnas in interitu æternas .i. mortem ſubibunt perpetuam, à facie Domini, & gloria uirtutis eius .i. cognoſcent pœnas illas ſibi à Domino peccatorũ cauſa fuiſſe inflictas. Quid inde horrorem affers? Quid fugam? Deberes potius dolorem, & mœrorem auſpicari. Quod ſapient. ſcribitur, apparebit uobis horrende, de his qui hac in uita ſunt, iudicandis ueritatem habet. Nam ipſi ijdem diem iudicij tanq̃ horribilem expectant. Quod in pſal. xx. legitur. pones eos, ut clibanum ignis in tempore uultus tui, non horrorem, ſed ignem ſonat in conſpectu Domini iudicantis. Idipſum ea uox montes cadite ſuper nos, & colles operite nos, præfert, dum impietate affectus animus timet, ne montibus opprimatur, anteq̃ ipſam patiatur oppreſſionem. Nam tunc de illa non amplius dubitat. Idipſum Eſayas ſecundo cap. Ingredere pœnam, & abſconde te à facie furoris Domini, quid aliud oſtẽdit q̃ impios, dum ſunt in hac mortali uita conſtituti, furorem Domini .i. iuſtum eius iudicium debeãt formidare, ut uias ſuas obliquas ad rectas conuertant. Idipſum Iob. quis in inferno me à furore tuo donec tranſeat, proteget, exprofeſſo declarat. Non enim ex illis uerbis in inferno animas domini furorem pertimeſcere uoluit, ſed dum uiuit, homo timet inferni iudicium per Domini furorem illatum, qui nullo eſt tempore tranſiturus. Sonãt hæc omnia oppoſitum illius, quod Lutherius quærit. Aut ad nullum eius propoſitum faciunt, etiam ſi per capillos (ut aiũt) pertrahantur.

SI IN perſona deinde animarum ferè quotidie clamet eccleſia, & dicat conturbata ſunt oſſa mea, & anima mea turbata eſt ualde. Quid ſe horrere commemorat? Vnde tibi hæc interpretatio in mentem uenit? ut conturbationem horrorem exponas.

Si tibi

Si tibi terror conturbatio ſit, nihi dolorem potius ſignificabit. Quo nihil profecto eſt, quod hominem, aut eius animam queat conturbare magis, aut affligere. Et ut ueritas, quã meminimus ea ſit, intelligas, paulo infra percurre Lutheri, quæ nam prophe ta in ſua deprecatione ſubiungit. Laboraui in gemitu meo, la/ uabo per ſingulas noctes lectum meum. Hic luctus hic gemitus eſt ea conturbatio hoſtium, ideſt corporis, & animæ, quam ca/ nit Eccleſia qui dolentiæ, non horroris titulo rectius deſcribun/ tur, quod etiam. CXIIII. Pſalmo legitur. Circumdederunt me dolores mortis, et pericula inferni inuenerunt me. Ad noſtras po tius partes, quàm ad tuas uidetur accedere. Nam dolor mortis, non horror dicitur, & periculum inferni ſi pro purgatorio acci/ piatur, periculo, ideſt experientia pœnarum habebit, quæ in iſer no non inferiori, ſed ſuperiori ſunt animabus inflictæ. Nanq; du/ plex infernus in Pſalmis à Dauide celebratur, & dolor mortis, ideſt dolori quem mortui patiũtur, ſimilis me circumdedit. Quæ ſi pro afflictionibus, quæ in hac mortali uita nobis contingunt, accipiantur, dolorem mortis, & periculum inferni affligere, nõ eſt in purgatorio animam inferni pœnas formidare, aut earum ferendarum ſubire periculum, ut quiſq; noſcit. Et laborare in hoc, eſt ſuperuacaneum ualde. AEternam uero requiem anima/ bus optamus, non ꝙ horreant, fugiant, inſaniant, titubent, for/ mident, ſed ꝙ ex retardatione conſecutionis finis doleant, mœre antur, triſtentur, ingemiſcant, ac eiuſmodi inquietudine afficiã tur. Inde quicquid iuſto acciderit (quod ſapiens ait) illum non conturbabit. Quid tum? Ergo horror, & formido impijs conue/ nit, non ualet iſipiens. Nam cum impietate ſtat potius dolor, q̃ timor, ut toties dictum eſt. Idipſum quod Leuiti. XVI. cap. ha/ betur. Sonitum uolantis folijs impios deterrere, de his qui nondũ terrena exuerint ſpolia, audiendum monemus. Et ſimiliter Eſay/ as uates ſi impios mare feruens, inquietum appellet, cuius flu/ ctus in conculcationem, & luctum redundent, habemus qđ uole bamus, & tibi gratias agimus, ꝙ dum credis tua erigere, no/ ſtra confirmas. Non ne feruorem illum, & inquietudinem in lu/ ctum, & dolorem redundare pronuncias? Apud impios igitur omnia non terrore, aut formidine, ſed dolore gemitu, mœrore complentur.

OMNIA deinde quæ quarto loco de pœnis inferni, quæ hac in

uita hominibus infliguntur, adducis, non eas eſſe pœnas inferni cõcludunt. Quo enim pacto uiuentes nos iſernum guſtare poſſe uelis, uel audes? Quum in inferno nulla quidem redemptio ſit, pœnas inferni extra infernum guſtari dices. At cur ita mihi non liceat infernum extra ſeipſum dicere, ꝙ nihil aliud infernus ipſe ſit, quàm pœna inferni? Vult ergo Dauid dicere, dum ait, niſi cum Dominus adiuuiſſet parum abfuiſſe, quin anima ſua in inferno habitauiſſet, ſe hac in uita ſine Dei adiutorio à peccatis, quibus inferni pœnas luiſſet liberari non potuiſſe, & in hunc modum animam repletam malis, & inferno appropinquare, & diſſipata ſua eſſe ſecus infernum, & de abyſſis terræ ſe erutum fuiſſe, ideſt à peccatis, quibus infernum merebatur ereptum, quibus propinquus fuerat, quibus anima eius repleta erat. Quid enim per Deum immortalem eſt uadere in hac uita ad pœnas inferi? quid Leonem omnia illius oſſa conterrere? niſi errata, quæ ad mortem ducunt, committere? quibus inferni pœnas, iam ſubire uidemur, niſi alio diuertamus? Tam uana ſunt hæc omnia, quæ pro ſui defenſione attulit iſte homo, ut uanius ſit ipſa ſingilatim (non dicam infringere) ſed enumerare.

QVID MIHI ſi Ioannem taulerium, neſcio quem uirum forſitan in ſuis imaginationibus complicem ſibi in authorem adducat? quum ſi Angelus de cœlo (ut more Pauli loquar) aliter q̃ Dominus enunciaret pro blaſphemia reputarem. Gaudeat ipſe cum ſuo Taulerio, nos cum Euangelio gaudebimus. In quo æternum ignem impijs deputatum legitur. Quem hac in uita homo pati, ne paululum quidem poteſt, aut debet, etiam ſi acerrimis doloribus, et cruciatibus afficiatur. Non poteſt inquam, quoniam longe maiora ſunt inferorum ſupplicia (ubi nulla ſpes nullum gaudium, nullum Solamen) q̃ ferre ualeat homo, dum uiuit. Quando non omni penitus ſpoliatum ſpe, aut animi refrigerio uacuum, neq; diuina pietate, et gratia certiſſime priuatũ, neq; perpetuam miſeriam paſſurum ſe noſcat. Hæc omnia inferni pœnas maximas, incredibiles, & cuiq; intolerabiles faciunt. Quo ergo pacto uis tu Lutheri illas hac ĩ uita, poſſe hominem pati? quum nullus tam inſanus ſit, qui ſe certo ſciat eiuſmodi ſupplicijs affici pro peccatis, à quibus redimi poſſe deſperet. Certitudo pœnarum, & ſuppliciorum cognitio pro peccatis auget fere miſeriam in infinitum.

NON DEBERET (etiam ſi poſſet) homo pati, dum uiuit inferorum ſupplicia, quum ſit adhuc in proficiendi itinere conſtitutus, quando diuinam gratiam operibus recuperare ualeat, & lenitate potius animi, quàm aſperitate, & deſperatione proficere. Non enim apud recte ſentientem uериſimile eſſe poteſt, Deum homini etiam peccatis obruto tantam pœnam, & cruciatum infligere in hac uita, ut de ſalute deſperet. Nanq; ad uindictam, & iuſtitiæ executionem id nequaquam efficeret, quum adhuc ei ſtatutum pœnitentiæ tempus ſit, quo ad gratiam redire ualeat. Neq; ad profectum uſq; adeo illum uexaret, quòd deſperatio ſit nimia infirmitas, quæ multum eſt animæ ſanitati contraria. Nunquam autem eo caſtigandi modo ad profectum uſus eſt Deus, ut quempiam immenſis cruciatibus uellet deperdere, ut poſtea ſubleuaret, & propria illius uirtute ad profectum redigeret. Solet enim Deus ſtimulis peccatorem adigere, mundanarum rerum perturbationibus, ac calamitatibus illum afficere. Nanq; ſcriptum eſt, quos Deus diligit, corrigit, & caſtigat, ſed illi deſperationem imponere nunq̃. Conſtas ne tibi Martine, uel non conſtas, dum ea ipſa commemoras?

NON NE INFERNALes pœnas hominem pati fateris æternas, & non æternas? non ne tua ſunt hæc uerba, ſi ſphera tranſeat ſuper lineam rectam quilibet punctus lineæ tactus totam fert ſpheram, non tamen comprehendit totam ſpheram, ita anima in ſuo puncto dum tangitur, à, tranſeunte inundatione æterna nihil ſentit, aut bibit, niſi æternam pœnam, ſed non manet. Iterum enim tranſit, æternam igitur, & non æternam. Quam item dum anima ſuſtinet æternam illam, uel non æternam agnoſcit, aut dubitat. Si æternam cognoſcit, decipitur & infernalem pœnam non ſentit, nanq; illa ſine deceptione ſentitur. Si non æternam, adhuc infernali ſupplicio inæqualem cognoſcit, atq; ideo tantam, quanta eſt apud inferos, minime ſuſtinet. Si dubitat, pari modo dicendum eſt illas quæ inferni ſunt eam ſuſtinere non poſſe. Et deniq; quum ſe meras nugas aſſerere Lutherius uideat, inquit: Si quis hæc non credat, non contendimus, ſed id tantum efficimus, ideſt ita locuti ſumus, ut ueniarum precones reſi

piſcant, & eorum audacia reprimatur. profit, nugaris er-
go & mendax es, ut ueritatem ſuadeas, immo nullam veri-
tatem, ſed mendacium, profit. Inſanire libet, hoc pacto tecum,
ut ueniarum precones admoneas, quid ni totā etiam fidem euer-
tere, ut uirtutis cuiuſpiam utpote Lutherianæ modeſtiæ umbram
edoceamus? Tempera te ab hac tua procaci, & petulantiſſima de
te ipſo præſumptione, & modeſtia tua nota ſit cunctis homini-
bus, ſi Paulum quem dicis, imitari uolueris.

SED AD AVTHoritatem Eccleſiæ ueniamus, quæ fere quo-
tidie canit, & orat, ut liberet Deus animas de ore Leonis, ne ab-
ſorbeat illas tartarus, & à porta inferi propria authoritate di-
uellat. Hæc omnia Martine inſipiens purgatorium, & retarda-
tionem conſpectus diuini ſonant, à qua animæ cupiunt liberari,
& nos, & Eccleſia pro earum libertate ad Dominum preces ef-
fundit. Non eis timor eſt, ut tartarea loca ſint ſubituræ, neq; no-
bis ſi ſint in purgatorio conſtitutæ. Sed quoniam ibi Leo eſt,
ibi etiam tartarus, ibi infernus, quia demones, quia ignis, quia
triſtitia. Sed minores pœnæ, ſed minor afflictio, ſed breuior. Su-
perior enim infernus datur apud ſacras editiones, ſi datur infe-
rior. Ab hoc tartaro, ab hoc inferno, ab his demonibus orat Ec-
cleſia, ut animæ liberentur, & ab hac ſuperioris inferni porta,
qua claudūtur ad certum tempus, eis exitum imploramus. Pue-
rilia profecto ſunt hæc, et longe minus digna, q̄ à Theologo pro-
ferantur, aut à patientiſſimo debeant impugnari.

SECVRITATI, QVAE COELESTEM BEA-
titudinem comitatur non timorem, ſed dolorem inferni eſſe con-
trarium, animasq; in purgatorio ſperare exitum abſq; ullo non
dicam deſperationis, ſed ambiguitatis ueſtigio. Cap. XXI.

N On poſſum me abſtinere à deteſtanda uiri huius iſania:
qui quum in cœlo ſecuritatem ad beatitudinem facere
aſtruit, timorē, qui eſt illi contrarius, inferno concedit.
Nam illi ſecuritati nō timor, ſed dolor eſt oī ex parte contrarius.
Siquidē ſecuritas conditio quædam actus eſt, quæ non ſemper
in oppoſito actu oppoſitam conditionem requirit. Sat enim eſt
actum actui fore contrarium. Sed mihi minus abſtinendum eſt,

commemoratione eruditionis tanti Thelogi, qui non erubeſcat eaſdem animas ad purgatorium deſtinatas fateri primo, ſolam deſperationem ſentire, ſed non deſperare. Item ſperare, ſed ſeſe nõ ſentire ſperare, quod etiam hac in uita tentatis ſolet accidere, ut neſciant an ſperent, uel deſperent. Sed nos potius eos ſperare aliquatenus dyudicamus. Hæc Martini uerba. Quibus Anaxagore Chaos, aut Aedipi enigma, aut manifeſta eius declaratur dementia. Nam ſi ſperant animæ, cur ſe ſperare non ſentiunt? Quod enim ſentiunt quomodo ſentiunt? an quia eſt in earum libertate ſentire, uel non ſentire? an quia illud ſentiunt, quod uere patiuntur? Non primum, quoniam diuina ſententia ad eam purgationem ſunt deſtinatæ, à qua etiam ſi uellent, dimoueri non poſſent. Si ſecundum, quum deſperationem ſentiunt, uere deſperationem patiuntur, ſi uere deſperationem patiuntur uere deſperant, & ex alia parte eas non deſperare fateris, deſperant igitur, & non deſperant.

ITEM SPERARE aſſeris animas, ſed ſpem, in qua ſitæ ſunt, nequaquam ſentire. Ergo ſperare non eſt in ſpei ſenſione conſtitui. Igitur quis poteſt ſentire ſe ſperare, & non ſperare. Et ſic in propria paſſione ſe ipſum decipere, immo ſperare ſimul, & non ſperare. Nam ſi ſentit ſe ſperare, quando nõ ſperat, certe non ſperat. Et ſi ſperat, ſpem patiatur oportet. Spem uero pati eſt ſentire ipſam ſpem. Ergo dum quis ſperat, ſimul quoq; non ſperat.

INSVPER Quomodo propriam experientiam negat iſte bonus, immo omnium optimus hominum præcantator? Nam ſi amo, me amare percipio, ſi uideo, me uidere percipio, ſi uiuo me uiuere apprehendo, ſi comedo, me comedere ſentio. Cur ergo ſi ſpero, me ſperare non percipere uelis? Immo ſi ſperat aliquis, quo pacto illum nos melius ſperare intelligemus, quàm ipſemet ſeipſum intelligat? Non ne ipſe ſibi de ſuis affectionibus, quas patitur, conſcius eſt? de quibus alius, qui extrinſecus eſt iudicium ferre non poteſt. An neſcis ſigna extrinſecus affectionum noſtrarum interdum eſſe fictitia, fallatia, & quibus ueritas dignoſci non poteſt? An neſcis cognitionem in homine ita appetitui eſſe coniunctam, ut pro re una putentur ambo? quo pacto igitur appetitus erit affectus, & uis cognoſcens eius affectionem, quæ præſens eſt, à qua pulſatur, quæ celari non poteſt,

nequaquam intelliget? ò Martine hic exclamare liceat niſi aliud in toto tuo de poteſtate Papæ, & de indulgentijs opere egiſſes, quàm iſtam inſaniam, profecto non ſolum igne dignus eſſes, qui iam factus es rebellis Eccleſiæ, ſed helleboro. Quod prius tuum expurganiſſet caput, & ad meliora tranſires.

IN PVRGATORIO PER DIMINVTIOnem horroris charitatem nequaquam proficere, ubi merendi, aut demerendi locus eſſe non poteſt. Cap. XXI.

Non erit ſatis Lutherio tot monſtra in Theologica academia de pœnis purgatorijs peperiſſe, niſi aliud nõ minus ſordidum dictis adijceret. Ad diminutionem enim horroris, quem in purgatorio patitur anima, augeri charitatem aſſerit, atq; ideo ibidem eas mereri, et neceſſario, immo ingenue profitetur. Aduerſus quem paucis agendum exiſtimo, quòd res tam prophana hæc eſt, tam à rectis mentibus aliena, ut ſi quis eam pugnare ſtuduerit, de erronea probabilem, de ridicula ſeriam, efficere uideatur. Si charitate itaq; in purgatorio proficiant animæ, an id eis natura, uel libertate, actiõe uel aliqua, uel nulla, contingit, inquirimus. Si per naturam in charitate proficiunt, quum omnes æque perfectæ ſunt ſecundum naturam, æque omnes charitate proficient. Igitur æque cito omnes à purgatorio liberabuntur, quod dicere nefas eſt. Si libertate ſua maiorem charitatem ſubeant animæ, quum omnes (ut uidere par eſt) æque ſint liberæ, & æquis beandi deſiderijs detineantur, æque cito ſimiliter à purgatorio uindicabuntur. Si uero illis actionem aliquam ſtatuamus, qua magis una, quàm alia in charitate proficiat, quæſo quænam illa actio eſt? quod opus? quæ pietas? Nulla utiq; poterit aſſignari. Quid ergo dices Martine, conſidera. Si dices ex uarietate maioris, & minoris hororis uariari charitatis profectum in animabus, maior horror, & minor quomodo abijciantur, inquirimus. Aut enim per animæ libertatem, aut per aliam à uoluntate extrinſecam actionem id fiet. Si libertas horrorem pellat, quum omnes ſint æquæ liebræ, & æquali libertatis innixu liberationem pœnarum concupiant, æque cito liberabuntur omnes. Actionem uero aliam animæ, quam uoluntatis aſſignare non poſſumus, quo pacto igitur horror ille propellitur?

Si uero ad Dei authoritatem recurras, qui formidinem pellat ab anima, tunc id animæ merito aſcribi non poterit. Nam propterea animam mereri aliquid dicitur, quod aliquem actum habet per quem maiori charitatis gradu digna efficiatur. Si ſolus ergo Deus timorem, & formidinem pellit, non erit id ex merito aïæ factũ. Si ita illius merito tribuẽdũ illud ſit, potius ex maiori, & minori charitatis acqſitiõe citius, aut tardius horrorẽ ꝓpelli dicemus, q̃ ex maioris, aut minoris horroris ꝓpulſione citius, aut tardius ipſam charitatẽ cõqri. At uñ hæc charitas conquiritur, ita ut animæ merito tribuatur, conſtare non poteſt. Vana igitur, & illuſoria eſt hæc uaniſſimi hominis ſententia.

RVRSVS SI in purgatorio demereri nequeunt animæ, neq; mereri ualebunt. Nam ubicunq; eſt meriti locus, ibi etiam poteſt eſſe demeriti, quoniam ex propria operatione proba, uel improba meritum, aut demeritum comparatur. At in purgatorio actio improba dari non poteſt, neq; demeritum, ergo neq; meritum dari continget.

INSVPER fides, quæ cum formidine manet, cum gratia ſtare non poteſt. At animæ degentes in purgatorio fidem habẽt horrori coniunctam. Nanq; aſſeris quia cum imperfecta fide recedunt à corpore, ideo timent, & cum ea imperfecta fide, immo diffidentia timorem, quem ſecum detulerunt, in purgatorio patiuntur. Ergo ſunt omni gratia, & charitate priuatæ. Hæ uero omnes ſunt, quæ ad æterna inferni ſupplicia ſunt deſtinatæ. Ergo idem erit infernus, & purgatorium, Immo (purgatorio ſublato) dumtaxat remanebit infernus. Si dices fides, illa imperfecta, ſeu diffidentia, cum qua migrat anima, non eſt, cum formidine catholicæ ueritatis, ſed cum timore pœnarum inferni, & cum gratia, & charitate manebit, contra inſtandum eſt. Nã formido ſubeundi pœnas inferni, dum anima eſt in purgatorio, eſt formido catholicæ ueritatis. Ergo propterea ꝙ id dictu inueneris, nõ euadis oppoſitã rationẽ. Id ãt eſt probatu facillimũ, qđ ſumebaẽ. Nã eſſe in purgatorio, & dubitare de ipſo eſt dubitare de catholica ueritate, q̃ purgatoriũ dari conuincit. Nõ.n. alia rõne pñt ambigere ſe nõ eẽ in purgatorio cõſtitutas, niſi qa purgatoriũ dari in dubiũ reuocent. Quũ.n. abſolute p pœnitentiæ ſacramentum ex hac uita recedunt (cui per te credant ſoperæpretium eſt, ſi de purgatorio non dubitarent, dum ibidem ſunt, cer-

te ſe in purgatorio eſſe cognoſcerent. Quum autem de pœnis inferni ibidem conſtitutæ formudent, & ſe eſſe in purgatorio dubitent, purgatorium dari in dubium reuocent operæprecium eſt. At id articulus fidei eſt, dubiusq; in fide infidelis habetur. Is uero gratiam, aut charitatem habere non poteſt. Nullo igitur pacto in purgatorio horreant animæ dicamus neceſſe eſt. Neq; tam inſanus erit noſter Lutherius, ut ei pro articulo fidei probare purgatorium debeamus. Quamuis ex dictis eius ad id abſurdi facile & ſæpenumero deducatur.

D. VARVM LVTHERII RATIONVM SOLVtio, & quo pacto in charitate dum ſunt in purgatorio, medio modo ſe habeant animæ, dumq; ex hac uita migrant, abijciunt mortis, & inferni timorem. Cap. XXIII.

S Ed ad eas rationes, quas iſte homo pro ſua hac ſententia fulciendà ſtatuit, deueniamus. Animæ quæ ad tartarea loca ſunt deſtinatæ, impiæ ex hac uita, & ſine fide recedunt. Quæ in patriam euolant, piæ ſunt, & fidei plenæ quæ ergo mediæ ſunt, utpote, quæ in purgatorio degunt medio ſe habere modo neceſſe eſt, cum imperfecta charitate, & fide. Si debent itaq; ad cœleſtia reuocari, oportet, ut proficiant charitate, quæ ſit cœleſti habitatione condigna.

PVLCHRA quidem ratio eſt, ut uiri huius ſunt omnia. Nã quæ medio modo ſe habent animæ, fidem, & charitatem imperfectam habeant congruum quidem eſt, ſed non ea ſanè imperfectione, ut de oppoſito fidei dubitent, & charitatis, ut de pœnis inferni tanquam ſubituræ, formident, ut an ſint in purgatorio titubent, & nunquid ad cœleſtem patriam deſtinatæ ſint, hæſitent, ſed quia non eum fidei, & charitatis intentum habeant gradum, in receſſu uitæ, quem habere potuiſſent pro præſentanea conſecutione ſalutis. Quem quidem fidei, & charitatis gradum retinent animæ, quoad cœleſtem ſubeant regionem. Tunc n. (ut ait Paulus ad Corinthios. xiiij.) fides euacuat, et remanet charitas, quæ ſtatim, ex diuina liberalitate uſq; adeo, proficit, ut ea imperfectione fidei deſinente diuini conſpectus fulgor, ſtatim accedat cum magno charitatis profectu. Et tanto quidem quantum pro meritis deberi animæ diuina pietas æſtimauerit. Non eſt

peccatum in purgatorio inſipiens, eſt pœna, non eſt charitatis profectus, licet ſit, & poſſit eſſe nō horroris, ſed doloris remiſſio, quando ſe nouerit anima cito euolaturam, cum qua dolentiæ diminutione non negauerim quicq̃ gaudij eſſe commixtum, quod accidentale premium uocant, & cum eodem penitus charitatis gradu manet uſq; ad ingreſſum animæ in Regnum cœlorum. Hæc eſt illa inconuincibilis ratio. Quam uelut Achillem inter homines, fortiſſimam Lutherius attulit. Neq; diſſolutionem pati poſſe arbitratus eſt inquiens. ſoluat qui poteſt, ac ſi dixiſſet ſoluat Aedipus, aut magnus Apollo.

EX QVA quidem impugnatione claret, quid ad ſecundo loco poſitam rationem dicendum ſit. Quæ nihil differt à prima. Nam inquit, pœna timore aufugi non poteſt. Vbicunq; igitur pœna, & timor eſt, ibi amor eſſe nequit, in purgatorio ita ſe habent animæ. Ergo perfectum amorem habere non poſſunt. Iam dictum eſt ibi non ex timore, ſed dolentia, & retardatione fœlicis exitus animas defunctorum affligi. Cum qua dolentia ſtat charitas, & amor, qui proficere nequit. Quod uero quærit iſte homo, poſtq̃ rationem inualidam ſe protuliſſe cognouit, quomodo timor in morte, mortis, & inferni recedat, facile dictu eſt. Per pœnitentiam purgatorij, timor inferni propellitur, mortis per eam quæ remanet animæ uita. O magna inquiſitio eſt hæc, ad quam (ſi Deo placet) nullum erat dandum reſponſum. Per mortem augetur fides? minime. Recedit timor? recedit. Sed ille timor cum nulla erat infidelitate coniunctus. Nanque inferni timor, qui cum gratia morienti eſt inditus, ſi modeſtus eſt, neque gratiam, neque fidem perturbat. Si immodeſtus, minuit quidem, & tollit. Quod de mortis quoq; formidine profitendum. Modeſtus autem inferni, & mortis timor eſt ille, qui ad Deum refertur, & ſub illius timore, qui eſt initium ſapientiæ continetur. Immodeſtus uero, qui nulla Dei habita ratione ad inferni ſupplicia finitur, ſeu ad ipſum interitum.

IMPVGNATIO SEX RATIONVM DE *charitatis augumento in purgatorio, idq; cur potius punitorij nomen non ſubeat, & quomodo authore Gregorio errata uenialia in futuro ſæculo dimittantur.* Cap. XXIIII.

Ex deinde rationibus præcedentes duas confirmat Lutherius, ꝙ uiderit eas nõ poſſe ſubſiſtere. Nanq; niſi charitas in purgatorio augeatur (inquit) ad quid Deus uult puniri perfectos in ſpiritu. Non.n.ad ſatisfactionem. Nam charitatis ſatisfactio eſt maxima, quæ fieri poſſit. Adde ꝑ pœnas nihil aliud intendit, niſi ut charitas perficiatur, quoniam hæc (authore Apoſtolo) operit multitudinem peccatorum.

IAM corruit ratio hæc, ſi memoriæ teneantur ea, quæ diximus. Ad executionem iuſtitiæ Deus animam punit, quæ hac in uita pro peccatis debitis non ſatisfecit. Maxima eſt ſatisfactio charitatis, uerum eſt quando eſt ardentiſſima charitas, quæ poſſit homini in uita contingere. Tunc enim per eam poteſt anima in patriam protinus euolare. Sed hæc non omni in gratia morienti conceſſa eſt. Licet enim perfecta dici mereatur, quæ in quocunq; moriente in gratia reperitur, (quoniam ſufficit ad paradiſi conſecutionem) non tamen tanta eſt, ut pro pœnis, quas debet anima luere, ſatisfaciat. Si q; Deus per eas, quas infligit pœnas, ut charitas perficiatur, intendit, hoc nõ in purgatorio fiet, Sed ꝗ primũ exactis pœnis in paradiſo fuerit anima conſtituta. Quod ſi Lutherius diceret, maxima homini charitas totam pœnã purgatorij aufert, ergo minor aliquam, fateor. Ergo in purgatorio intenditur charitas, nego. Nam cum eo tantum charitatis gradu anima remanet us q; ad introitum regni cœlorum, quem ſecũ defert, dum à corporis ergaſtulo ſeparatur.

SECVNDA ratio. Deo maxime ſatisfit per uoluntatem, ubi non inuenitur alia ſatisfaciendi facultas ex Auguſtini ſententia. Ergo non debet anima ſi perfectam habet charitatem, aliam ſatisfactionem præſtare. Soluta ratio eſt. Atq; ita de uoluntate dicendum, quemadmodum de charitate referebamus. Sola enim uoluntas quando excellenti eſſet predita charitate, pro ſatisfactione ſufficeret. Sed quoniam non omnis beandus tantam obtinet charitatem, hinc eſt, ꝙ præter uoluntatem opus eſt, ut pœnas purgatorij ſubeat, & debitum ſoluat. Facultatem ſoluendi non habent animæ in hac uita, dum migrant, & ideo alibi ſoluant operæpretium eſt, pro executione diuinæ iuſtitiæ. Quod uero bonam uoluntatem ſufficere ab omnibus dicitur, uerum eſt ꝑ ea ſatisfactione, quæ mortali uitæ debetur, ſed abſolute pro omni ſatisfactione non ſufficit, ut paulo ante recenſebamus.

TERTIA ratio eadem impugnatione diſſoluitur. Qui ſe totos Deo dant, quæ debent omnia reddunt, quia ſcriptum eſt de Deo, prebe fili cor tuum mihi, ac ſi nihil aliud quærat, aut uelit. Dico qui ſe totos Deo dant in præſtantiſſima charitate conſiſtentes omnia reddunt, alioqui ſi ſe totos Deo dent, non omnia reddunt, etiam ſi ſalui futuri ſint, quoniam eos pœna manet, quam pro ſolutione debiti luant operæpretium eſt. Prebe cor tuũ fili, pro culpæ ſolutione id ſimpliciter intelligendum cenſeo, aut prebe cor tuum fili, ideſt maximam indue charitatem, quando non ſolum ab omni culpa, ſed etiam à ſupplicijs liberaberis.

PER EANDEM ſemitam quarta Lutherij ratio incedit, dum dicit. Finge animam in morte, quæ perfectum fidei, & charitatis contineat habitum. Cui ſeptem dies pœnitentiæ ſoluendæ ſuperſint, cogetur hæc anima ad purgatorias pœnas deſcendere? Ne labores inſipiens, iam ter dictum eſt, Si perfecta ſit homini charitas, eam pro animæ euolatione ſine purgatorijs afflictionibus facere ſatis. Si uero non ita perfecta eſt, ſed tanta, ut quandoq; poſſit diuina frui præſentia, pœnis ſatisfaciat opus eſt. Neque propterea crudelis Deus, quia iuſtus eſt iudex, neque propterea charitatem in purgatorio augeri dicendum, ratione, quã diximus. Ideoque deciperis ualde, & tamen credis te bis tuis illuſionibus cœlum ceruice contingere.

QVINTO loco ab ethimologia argumentum ſumit Lutherius. Nam purgatorium à purgando, quoniam expurget à uitijs animas, dictum eſt. Quæ quum ſine charitatis profectu pelli non poſſint, ipſa ibidem augebitur charitas. Alioqui ſi nulla ibi uetuſtatis (ut inquit) expurgatio fieret, punitorium potius, q̃ purgatorium diceretur.

GAVDENDVM eſt Theologum à grammatica probationum fundamentum accipere. Non eſt in anima uitium, quæ in purgatorio degit, nõ eſt uetuſtas, qa omnis procul labes ablata eſt. Solũ ſoluendũ pro peccatis illi eo in loco remanet debitũ. Et purgatoriũ dicitur, quoniã dũ luit pœnas anima à debito purgari uidetur, qñ etiam iuſta ratione punit᷑. Atq; iõ purgatoriũ rectius appellatur. Nam ſi ſolum punitoriũ diceretur, p nullam debiti ſolutionem poſſe uideretur ab eo anima liberari. Addit᷑ igitur ad caſtigationem finitam debiti ſolutionẽ purgatorium, quod punitorij nomine reticetur.

QVOD uero ſexto loco de uenialibus Lutherius affert, qui in purgatorio dimittantur, authore Gregorio.xxv.diſtin. cap.qualis. Mirum eſt authoritatem canonum illum accipere, quos tam acriter deteſtatus eſt. Venialia igitur dicemus in futuro ſæculo tolli per pœnam ſolam, quia manent in uita cum charitate. De mortalibus nequaq̃ id aſſerendum eſt, quoniam opus eſt, ut hac in uita per eorum diſplicentiam dimittantur, ut pœna æterna eis debita in temporaneam commutetur. Vel ſi uenialium culpam à pœnæ debito diſcernere uoluerimus, per bona opera à Deo accepta magis q̃ eſſet diſplicentia de illis ab homine habita, hac in uita ſoluuntur, dummodo uoluntatis actus in eis non aſſidue maneat. At quoniam id difficillimum quidem eſt (nam ſcriptum eſt in pſalmis. Septies ĩ die cadit iuſtus, & apud Ioã. in cano. ſi quis dixerit, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & quotidie etiam oramus, ut dimittantur nobis debita noſtra) hinc eſt, ꝙ in primo non eſſe hominis dimittuntur, quia tunc nullus eſt uoluntatis actus, quo peccet homo. Atque ita in hunc modum in futuro ſæculo dimitti uenialia dicimus, non in purgatorio, quo ad culpam. Nam in eo inſtanti per ignẽ non patitur anima, & ſi patitur de uenialibus non expurgatur per ignem, quoniam per ſolam actus uoluntatis remotionem, quæ circa uenialia uerſabatur, ueniale dimittitur. Atque ita in futuro ſæculo, & non per purgatorium uenialia dimittuntur. Neque id ſequitur charitatem in purgatorio augeri, ut Lutherius mentiebatur. Nam ille merendi locus eſſe non poteſt. Prior dicendi modus ſalubrior, quem etiam atteſtamur, & credimus pro uero Gregorium, aliosq; ſanctos patres accipere.

NOVA RATIONVM SERIES DE CHARItatis cremento in purgatorio diſſipatur, ipſarumq; in eo degentium animarum non obliquum ſed rectum erga Deum amorem exiſtere. Cap.XXV.

NOua argumentorum ſerie conatur Lutherius oſtendere in purgatorio fieri charitatis profectum. Si amant Deum ibi exiſtentes animæ, ideo amant, quia bonum ſibiipſis concupiſcunt, ut ſcilicet ab afflictionibus liberentur.

Amor autem ille obliquus eſt, & imperfectus. Quouſq; igitur propter ſeipſum Deum non ament animæ, queunt in charitate proficere. Ratio hæc nulla eſt, & quod falſum eſt, accipit. Nam in charitate (eo modo quem diximus) perfecta beandæ omnes abeunt animæ. Atq; ideo, dum pœnis purgatorijs affliguntur, Deum uere ament, & colant neceſſe eſt, non tantum ut eas ab afflictionibus liberet.

AIT deinde Paulus, diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Si ergo quæ purgantur animæ diligunt Deum, propter quem etiam pœnas ſuſtinent, illæ ipſæ pœnæ illis proſint operæpretium eſt. Et ſic in eis iam poſſeſſum augebitur bonum, quod charitas appellatur. Hæc quoq; ratio nulla eſt. Nam ad bonum eſt tolerantia pœnarum, quod in purgatorio attingi non poteſt. Et ideo ò Lutheri aerem uerberas.

TERTIO credit ſe iocari Lutherius, aut cum pueris loqui, dum ex eodem Paulo aſſerit uirtutem infirmitate proficere, atq; ideo in infirmitate pœnarum in purgatorio perfici charitatem. Proſit. Quid eſt uirtus, inſipiẽs, de qua loquitur Paulus, Secundum quam homo bene operatur in uita, & quæ aduerſus uitiũ nititur, non ne? Nam ſi tibi Ariſtotelis finitionem forſitan attuliſſem, eam protinus reieciſſes. Quoniam uel eius nomen abhorres, qui tuo iudicio uanus eſt. Virtus uero eiuſmodi in purgatorio eſſe non poteſt. Igitur de charitate, quæ infirmitate ibidem perficiatur, ſermonem Pauli interpretari non potes.

QVARTO impoſſibile eſt eſſe ſtatum in uia, impoſſibile. in purgatorio tanq̃ in uia ſunt animæ, in uia purgandi, ſed in merendi termino conſtitutæ. Et ideo ibidem gradum charitatis maiorem nequeunt adipiſci.

QVINTO perſeuerantia creaturæ eſſe nõ poteſt, niſi aſſidue magis, ac magis proficiat. Ita enim in eſſe per continuam creationem res creatæ ſeruantur, ita ſolaris radius ſuum eſſe continuat: Itaq; eodem modo in anima charitas quũ imperfecta ſit. & ad Deum tendat aſſidue, opus eſt, ut magis, ac magis proficiat. O admirabilis ratio, quæ ſemetipſam interimit. Primo.n. falſum eſt, quod pro ſuo axiomate aſſumit. Nam ſi in ſuo eſſe res creata ſeruetur, non neceſſe eſt, ut aſſidue magis, ac magis proficiat. Sat enim eſt in eodem ſtatu ab eadem cauſa, unde ſuum accepit exordium, conſeruari. Ea quoq; (ut reor) ſententia uana ẽ,

& inſulſa, qua per continuam creationem res permanere depo-nitur. Nam ſola pendentia ſufficit, quæ absq; nouitate creatio-nis rem ſeruatam oſtendit. Atq; ideo ſi pro uero adhuc illud ac-cipiendum eſt, rem creatam. ſ. per nouitatem creationis aſſi-duam in ſua natura ſeruari, non ſequitur niſi charitatem per di-uinam influentiam in uno, & eodem gradu perſeuerare. Quo autem pacto proficere? Dormiebat Lutherius, dum eiusmodi rationem componeret.

IMPVGNATIO DEFENSIONIS LVTHE-rij, à nonnullis rationibus aduerſus propriam ſentẽtiam factis. Quibus nullũ in purgatorio eſſe meritum oſtendebat. ca. xxyi.

Qvid deinde homo iſte procuret eas rationes diſſoluere, quæ nullum meritum poſt hanc mortalem uitam ſta-tuunt iuuat aſpicere. Nam Auguſtinus ait, omne me-ritum hic comparatur, poſt mortem nullũ. Exponit Lutherius, poſt mortem. i. in inferno. Pulchra expoſitio, cui ſimilis nunq̃ eſt uiſa. Poſt mortem nullum eſt meritũ. ſ. in inferno. Ignorabat ne Auguſtinus tua ſñia purgatoriũ dari? Si ignorabat, tuus ma-ior eſt error, qui de ipſo id audes ꝓfiteri. Sin aũt non ignorabat, cur meritum poſt mortem nullum eſſe, ideſt in inferno tantum, exprimere uoluit, relicta purgatorij ratione? Tunc enim de illo ita bene, immo multo magis, q̃ de inferno, nunquid eſſet meriti locus necne, dubitare contigerat. Poſt mortem igitur exponen-dum eſt, neq; in purgatorio, neq; minus in inferno eſſe meriti locum.

ET ideo quod ad Galat. Paulus ait, dum tempus habemus, ope-remur bonum, idipſum ſonat. ſ. non eſſe alibi meriti locum, q̃ in præſenti uita. Et eccleſiaſtes, lignum ubi ceciderit, ibi erit, aut ad auſtrum, aut ad aquilonem. Vbi ceciderit. i. ubi per merita quæ in præſenti uita comparantur, eſſe deputabitur, ibi erit, qa nunq̃ amplius eſt meriti locus. Licet igitur ſtatim poſt obitũ nõ cadat ſemper, ubi perpetuo manſura eſt anima, Tamen quo ac-ceſſura eſt, ubi perpetuo maneat in morte iudicatum eſt. Volo de purgatorio id dictum nequaq̃ debere intelligi, quoad mãſionẽ, Sed de merito, ꝙ ibi nullum poſſit animabus contingere, quin intelligatur fieri nõ poſſe puto. Vt ſit ſenſus, Lignum ubi cecide-

rit, ideſt poſtq̃ migrauerit à corpore anima, quo tendere debeat iudicatum eſt, ibi manebit in cœlis.ſ. uel apud inferna. Quia poſt migrationem non habet alicubi merendi locum. Id authoritas illa ſonat, id exprimit. Quam ſi in tuas uelis trahere partes, neceſſe eſt (uelis nolis) ut de merito afferas diſtinctionẽ, quã aufugere ſtatuis, et forſitan bene facis, quia illud tuum, quod in purgatorio ponis, nullum eſt meritum. Vel ſi quod eſt, & cum eo merito, quod in hac mortali uita animæ comparatur, natura non conuenit, diſtinguas unum ab altero opus eſt, quotieſcunq; meriti nomen occurrit. Tu uero æquiuocum nomen ſine diſtinctiõe uis ſemper in unum accipi ſenſum. Hæc tua eſt logica, qua in ſacris editionibus uti noluiſti, ac ſi æquiuocationem illæ ipſæ nunq̃ admitterent. Quum certe tam obſcuræ ſint, tam interdũ paucis explicatæ (non enim licet ſanctum dare canibus, aut margaritas porcis diſpergere, teſte Matheo euangeliſta) ut magna, & uerborum, & interpretationum amplitudine indigeant. Tibi ſoli itaq; (ſi Deo placet) clariſſimæ ſunt ſcripturæ, Quæ nullo ſupplemento, nulla diſtinctione, nullo intelligentiæ ſuffragio egeant. Profit. At inſanire liberet, ſi quæq; tua ridicula perſequi ſtatueremus.

S.S.P. libri finis.

CHRISTOPHORI MARCELLI PATRItij Veneti Archiepiſcopi Corcyræ, Secundæ Sectionis Secundi libri

PRAEFATIO.

Xacta longa pœnarum commemoratione, & quid ipſum purgatorium uelit, & ualeat, Iam iam ad pontificiam clauium authoritatem deueniamus oportet, ut quæ Martyr iſte ueritatis Martinus proferat, inſpiciamus, ac eumipſum pro meritis laudemus. Totum enim eius negotium eſt ad tollendas indulgentias, quæ culpæ, et ſupplicij ſonant remiſſionem. Inquit ergo circa remiſſionem culpæ (ut paucis perſtringamus) primo declarare ſacerdotem in ſacramento pœnitentiæ offenſæ remiſſionem. Nam Chriſtus ipſe eſt, qui offenſam remittit. Deinde hoc negat, quia prius neceſſe eſt, ut ſacerdos in terris ſoluat, ꝗ Chriſtus in cœlis. Nam ſcriptū eſt, quodcunq; ſolueris ſoluam, non quodcunq; ſoluam, Tu ſolues. Tertio ponit modum, quo ſolutus per contritionem neſcit ſe eſſe ſolutum, & gratiam conſecutum fuiſſe, niſi per ſacramentū pœnitentiæ collatum à ſacerdote. Quarto niſi crediderit ſe abſoluendum à ſacerdote, & exacte uerba illa conſiderauerit. Quodcunq; ſolueris ſuper terram &c. & fidem eiſdem adhibuerit, à peccatis abſolui non poſſe.

DE REMISSIONE CVLPAE, CVIVS DEclarator ſit ipſe ſacerdos, contritionemq; non eſſe confuſionem, ipſumq; hæreticum eſſe Lutherium, qui hæreticum aſſerit credentem poſſe quempiam à peccatis abſolui ſine conſideratione, & fide coꝝ uerboꝝ. Quodcunq; ligaueris ſuper terrā &c. Ca.II.

Irca primum inſufficiens eſt, aut fallax Lutherius, ut conſueuit. Nam ſi per declarationem remiſſionis efficaciam miniſterij aufert à ſacerdote, decipitur. Sacramēta enim nouæ legis ſuam uim habent, & (ut uno explicem uerbo) ſunt ueluti inſtrumenta, quibus ſeruator noſter Ieſus eorum optimus inſtitutor gratiam ſuſcipientibus paſſim diſtribuit. Si

uero per

uero per declarationem non efficaciam tollat à ſacramento, tum idem dictu eſt, ſacerdotem declarare remiſſionem, & Chriſtum culpam remittere, ac ſi diceretur, & ſacerdotem, & Chriſtum remittere. Sed illum tanquam miniſtrum, hunc uero tanquam præcipuum authorem. Neq; quod ſecundo loco tanquam præcedentis ſententiæ reuocatorium ponit Martinus, eſt à ſuſpicione remotum. Nam prius ſemper, & efficacius, cauſa, quæ princeps eſt, agit, q̃ quæ illi deſeruit, & inferior eſt, præſertim ſi inſtrumentaria fuerit, quum igitur Chriſtus præcipuus ſit gratiæ author, & offenſæ remiſſor, prius etiam, q̃ ſacerdos illam eandam remittet. Et quod addit, ſaltem in uoto, ad propoſitum eſſe non poteſt. Nam remiſſio in uoto, non eſt ſacerdotis remiſſio. Quia antequam remittat actu, licet remiſſio deſideretur, non dicitur ſacerdotis remiſſio. Quum igitur inter ſacerdotis, & Chriſti remiſſionem (quænam prior ſit) comparatio ſit, quando uno, & eodem temporis momento ambo ad gratiæ confeſſionem concurrunt, eam intelligamus oportet. Nam quum interdum per contritionem offenſa ſine ſacerdotis miniſterio remittitur, non eſt quærere quisnam prius tollat offenſam, quum id ſanè ſit euidẽtiſſimum omnibus. Quæſtio uero ſemper id habuit, ut de eo, qđ ignotum eſt formari uelit & debeat. Nam ſi quod quæritur, conſtaret, iam ipſa locum habere non poſſet.

NEQVE RAtio Martini ex ſententia Euangelij quodcunq; ſolueris in terris, erit ſolutum in cœlis ullius efficaciæ habenda eſt. Nam id dictum à Domino eſt, ut nos certiores faceret, quando ſumus à peccatis ſoluti, nõ ꝙ prius à ſacerdote, q̃ ab ipſo ſolutionis beneficium capiamus. Præ exigitur enim confitendi uoluntas, præexigitur ipſa confeſſio. Sed quum ad pœnitentiæ ſacramentum deuenimus, tunc uno, & eodem temporis momento, & ſacerdos tanquam miniſter per abſolutoria uerba, & Chriſtus ipſe peccatorum uincula ſoluunt, ſed prius natura Chriſtus huius ſolutionis eſt author, quia cauſa præcipua eſt, & ferè tota cauſa huius effectus.

QVOD uero tertio loco de contritione, quæ confuſio quædam ſit, & ueluti deſperatio quædam conſequendæ ſalutis, quam Deus homini infligat, ut ſanet, occidat, ut uiuificet, eſt uſq; adeo fatuum, & inſulſum, ut mens humana cogitare illud abhorreat, nedum lingua proferre. Quid enim in primis pro conquirenda

gratia neceſſariam (ut uideris) contritionem homini ponis? Sunt enim quidam (ut quotidiana docet experientia) qui erratis dolere non poſſunt, qui tamen dolorem exoptant. Cuius cauſam, dum de pœnitentia ageremus, expreſſimus. Qui tamen ſacerdotis beneficio ab offenſæ debito redimuntur. Non ergo prius eos affligit Deus, & cruciat, ut ſanet, ſeu perficiat. Quid item dictu eſt. Deum afflictionem peccatori prius imponere, & crucem, ut ſibi eum deuinciat? Non ne contritio uoluntaria eſt? quæ uero, à, uoluntate noſtra ſumunt originem, cur Deo tribuenda ſunt? qui proxime illa ipſa efficiat, ſi uero de Deo tanquam de communi, & permittente cauſa loquatur emulus noſter, cur non expreſſerit? cur tam enixe plures ſacrarum editionum ſentẽtias ad id probandum adduxerit? cur ſe clarum lectoribus nõ reddiderit? An forte qa noui aliquid dicere uideretur, ſubticuit, ſeu ita ieiune locutus eſt. Quid inſuper pro contritione, quaſi deſperationem apponis ò infelix Lutheri, quum deſperatio ineptia quædam ſit, & omni apparatui pro gratia conquirenda contraria, quaſi deſperatio. Nulla enim, ne minima quidem deſperatio eſſe debet, ſed eius oppoſita ſpes pro gratia redimenda, quemadmodum etiam ipſe uideris ſtatuere, quum accedentem credere debere dicas, ſi ſolui debeat à peccatis. Quo autem pacto quis credere poteſt, niſi ſperet? tanta fides erit, quanta ſpes. Sunt enim fidiſſime comites ad unum, & eundem finem directæ.

QVOD VERO quarto loco poſuit iſte homo accedentem ad ſacramentum credere debere ſe abſoluendum merito Euangelicæ authoritatis, quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum in cœlis. Secundo primæ ſectionis libro à nobis ſatis eſt impugnatum. Non enim neceſſarium eſt in ſpeciali credere nos ſacramenti gratiam conſecuturos, dum neq; habere ſpecialem, & actu intentionem illius cogimur. Non enim ad eiuſmodi anguſtias nos arctat Eccleſia, ſeu (rectius dixerim) diuina ratio pietatis, ſufficit, ne abſoluendus obijcem ponat, ne oppoſitum credat, habitu abſolutionem conſideret, itendat illud in eo exercendo munere, quod intendit Eccleſia, idipſum credat, idipſum ſuſcipiat. Sunt enim quidam uſq; adeo rudis ingenij, ut exacte quid debent intelligi, & credi attingere nequeant. Iis ſatis eſt, ut Eccleſiæ ritui, & obſeruationi conſentiant, dum Regnum cœlorum

penſitent ſe eo negocio poſſe quandoq; ſubire. Non poſſunt ij (ne q; certe neceſſarium eſt) id quod agunt, perpendere ſibi eſſe pro/ ficuum, ratione ſacerdotis, uel Chriſti inſtituentis, aut potius ra tione Euangelicæ ueritatis, quæ ſcribitur. Quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum in cœlis. Quis unquam confitentium fuit, qui ad confeſſionem accedens eiuſmodi uerba conſideraue/ rit? quis infantem, qui neq; intentionem, neq; fidem habere po teſt, negauerit in baptiſmate ſacramenti gratiam aſſequi? Quis eos, qui per iocum id ſacramenti ſuſceperint, dicet credidiſſe tum ſe chriſtianos fieri, & regenerationis gratiam aſſequi? Miror profecto, immo uerius ſtupeo exempla eiuſmodi ab iſto homine in ſui fauorem adduci, quum illi maxime officiant. Quando Athanaſius iuxta littus Alexandriæ per iocum pueros baptiza uit, licet ſeruatus fuerit Eccleſiæ ritus, credis tu, aut ſi credis, quo iure tua habet locum credulitas, eos tum credidiſſe ſe fieri chri/ ſtianos, ſe gratiam conſecuturos. Non habebant alios, & ſacer/ dotes, & uiros huius tam celebris officij miniſtros, ad quos recur rerent, ut illud acciperent? quum, à, puero, & ſacris minime conſtituto non ſerio, ſed ioco, non in Eccleſia, non in domo, non in loco ad eum finem ſtatuto, ſed in littore id beneficij acceperint Non eſt ergo neceſſaria ea fides ſpecialis, quam aſſeris. Et ſi hæ/ reticum hominem id ſentire aſſeueras (prout impudentiſſime aſ/ ſeris) Nos te hæreticum, immo hæreſiarcham, & inſipientiſſimũ appellabimus. Cui omne temeritatis, ambitus, iniquitatis, & perfidiæ ſcelus, frontem perfricuit.

COMPLVRIBVS RATIONIBVS OSTENDItur contra Martinum Papam poſſe non tantum canonicas ue/ rumetiam purgatorias pœnas dimittere. Cap. III.

Qvum de culpa, quomodo per ſacramentum pœniten/ tiæ auferatur, tam ſacerdotem, quàm per Pontificem ſummum hactenus actum ſit? (pari enim modo ſe ha/ bent utriq;, etiam ſi nonnulli caſus ſint reſeruati Pontifici) quas modo pœnas ſua authoritate Pontifex ſummus à peccatoribus tollere poteſt, congruũ eſt, ut cum peruerſo Lutherio diſſeramus. Qui nullam prorſus Papam auferre poſſe pœnam à peccatore

aſſeuerat, niſi quam illi pro peccatis iniunxerit, quam etiam ca-nonicam uocitarunt. Et, *ut rationes noſtras primum in medium afferamus, ꝗ ſemper* Lutherius *ſcripturas, aut ratiões exquirat,* In *hunc modum ordiri licebit.* Quicunq;, *quod ſine ulla com-paratione altero maius eſt, agere poteſt, poteſt etiam minus.* Si *id negaueris* Martine, *nullum erit nobis indicium, quo potentia maior, à minori potentia diſcernatur.* Nam *ablato termino illi-us quantum ualeat ignorabimus.* Qui *quidem ſi certus ſtatu-tus ſit quem præterire non poſſit, eam facile cognoſcemus, tumq; ad illum poſſe pertingere, & ad quemlibet inferiorem dicetur.* At *ſacerdos ſimplex culpam aufert, &* Pontifex *ipſe ſummus, & hoc quidem maius absq; omni comparatione eſt, quam ablatio pœnæ (ut aſſeris)* Ergo Pontifex *pœnam omnem culpæ debitam poterit auferre.* Tuum *eſt rationis huius aſſumptum, tecum lo-quor, & tuis te iaculis ferio, ut non tam mihi, ꝙ̃ tibi, & tuæ in-ſaniæ refrageris.* Culpam *tollere (inquis) maxima efficacia eſt, quæ ſacerdoti conuenit, ſiue declaret ablatam, ſiue ipſe ſit, ut ap-tiſſime ſentis, qui hominem ſoluat.* Cur *ergo pœnam tollere eidē ſacerdoti, non omni quidem, ſed ſummo non competit?* At *culpa & offenſa diuinitus cuiq;, non humanitus iniuncta eſt, ꝙ ex di-uinorum præceptorum omiſſione perноſcitur.* Itaq; *pœna quam* Pontifex *aufert, non modo poteſt eſſe, quæ ab eo iniungitur, ſed etiam quæ diuino iudicio eſt pro peccatis, & in purgatorio luen-dis inflicta.*

R VRSVS *ea eſt authoritate præditus merus ſacerdos, qua æter-nam pœnam in temporalem ualeat commutare.* Id *negare nō potes.* Quum *enim ex peccato, quod ad mortem eſt, pœna infer-ni, & perpetua quidem homini ſtatuta ſit, per pœnitentiæ ſacra-mentum ad finitam hoc, uel alio ſæculo illa ipſa redigitur.* Cur *ergo* Pontifex *non perpetuam, ſed temporalem tollere, aut in temporeneam aliam commutare non poterit?* Aut *enim ambo ſunt poteſtate pares, aut unus ſuperior altero.* Si *pa-res, & maius quidem ſit perpetuam pœnam in tempora-lem, ꝙ̃ temporaneam in aliam temporaneam cōmutare, ſi id poterit ille, huic iſtud merito concedetur.* Si *uero diſpares eſſe di-cuntur (ut ueritas habet) &* Pontifex *ſit mero ſacerdote ſuperior, longe melius authoritate ſua pœnam purgatorij, quæ finita eſt*

in ſatisfactionem aliam finitam, poterit commutare, Atq; ita illam per indulgentiam tollere. Dices, & culpam auferri à ſacerdote, & pœnam perpetuam in temporaneam commutari diuinitus. Ita dicam Pontificem diuinitus à pœnis oībus pro peccatis debitis poſſe abſoluere. Non enim ſum uſq; adeo mei neſcius, ut uelim authoritate ſua, & non diuinitus illi conceſſa, id Pontificem agere. Dices eorum pœnas, qui ſuper terram ſunt, dum uiuunt, poteſt auferre Papa. Non eorum, qui ex hoc ſæculo tranſierunt. Tum inquirenti mihi ulterius quoq; reſpondeas, cur eſt, ꝙ non poteſt quæ in purgatorio feruntur pœnas auferre. Quia Deus ſibi reſeruauit, id beneficium conferendum. At nonne id etiam, quod à Pontifice impenditur, eſt ipſi eidem Domino reſeruatum? Quando enim Pontifex ſoluit non ne eſt Deus ille, qui ſoluit, & prius ſoluit, quàm Pontifex ſecundum naturam? quia præcipuus author, quia perfectus magis, quia communior? Sicut ergo hoc per Pontificem tanquam per inſtrumentum effici uoluit, cur non illud? Non enim magis unum, q̃ aliud illi reſeruatum eſſe dicetur.

INSVPER ſi per orationes poſſunt purgatorij pœnæ diminui, quomodo ſunt ita Domino reſeruatæ, ut omne aliud interceſſionis pro earum ſolutione remedium amoueatur? Dices orationis modus non eſt iuriſdictionis, aut imperij. Quid inde? Non ne dum uult tollere pœnas Pontifex, Dei authoritate, iuriſdictione, & imperio tollit? cuius ipſe uicem gerit in terris. Quid ergo iuriſdictio Pontificis prohibet, ut pœnæ in Dei uirtute pro iuſtiſſima cauſa ab eo auferri non poſſint? Nam nulla propria illi iuriſdictio eſt de peccatis, niſi ueluti inſtrumento, cuidam, quemadmodum eodem utitur Deus, dum preces effundit, & pro delendis erratorum ſuppliciis orat. Dices, alio modo eſt inſtrumentum Dei, dum orat Pontifex, & alio modo dum clauibus utitur, quid tum? Nam uarietas inſtrumenti ſtāte uno, & eodem artifice operationem uarietate impedire non poteſt. Vtroq; igitur modo, & dum orat, & dum ueniam tribuit, poteſt pœnas auferre. Dices, uerum eſſe ſi conſtiterit de artificis uoluntate, ſed non conſtat. At dum oratur, quomodo de Dei uoluntate conſpicuum eſt? ut ipſe Deus orationes exaudiat. Dices, ſi iuſtæ ſint, præſumuntur tamen ualere, ita dicam, ſi ex iuſta cauſa propter pœnarum remiſſionem ueniæ tribuantur, præſu-

mi eas ualere. Nam ſine cauſa, quæ quidem iuſta, & pia fuerit, ualere non poſſunt.

AMPLIVS DE his, quæ fieri queunt à Domino procul dubio credendum eſt ſemper quod melius, quodq; utilius eſt, illum ipſum inſtituiſſe, quòd optimo, quòd ſapientiſſimo in eius operibus nihil bonitatis, nihil perfectionis addi unquam potuerit. At longe melius, & conducibilius eſt pluribus modis, quàm uno tantum animas defunctorum iuuari. Ergo ita credendum eſt Dominum inſtituiſſe, ut tam per orationem, quàm per indulgentias opem, & leuamen accipiant. Pluribus uero modis poſſe iuuari animas, quis unquam tam temerarius, aut impudici animi eſſe poteſt, qui melius & præſtantius eſſe non dicat?

ACCEDIT AD hoc, quòd in pœnis diuina pietas ſuo iure ſemper mitius quoad fieri poteſt agere conſueuit. Nanq; cum iuſtitiæ ſeueritate uoluit Deus miſericordiæ linimenta miſceri.

ADDE, Quantum potuit ſuam, quam conſtituit, & amplificauit, debuit ornare Deus Eccleſiam. At ſi Pontificiæ dignitati id quidem ſubtractum eſſet, ut minime purgatorias pœnas poſſet remittere, fuiſſet minus perfecta Dei Eccleſia. Dicendum ergo eſt, quum Deutero. XXXII. cap. Dei perfecta ſint opera, ea authoritate illam donatam fuiſſe.

QVOD DENIq; præcipuum attingere poteſt, cur eſt quòd acceſſorium, & principale minus nequit attingere? At corpus Chriſti uerum datum eſt poſſe confici, & authoritate propria diſpenſari, cuius quidem acceſſorium eſt meritum paſſionis Chriſti, quòd ab innocentia illius, & peccati originalis immunitate proceſſit. Ergo ſicut datum eſt illud, ita etiam iſtud poſſe deſtribui, quum itaq; per indulgentias pœnarum abſolutorias illud diſtribui ſignificatur, uere diſtribuitur, & purgatoriæ pœnæ tolluntur. Dices, meritum Chriſti pro applicatione facienda ſimpliciter non ſubeſſe mortalibus, licet Euchariſtiæ confectio illis conceſſa ſit, neq; omne acceſſorium, niſi eo mõ, quo acceſſorium eſt, ſuum principale ſequi debere. Atq; ideo meritum Chriſti concedi dicetur, quatenus illam ſacramenti confectionem inſequitur, Non ſimpliciter extra ſacramentum, ut per indulgentias dari ſignificatur. At id ſtare non poteſt. Quia

idem eſt meritum Chriſti ſimpliciter, & ut acceſſorium ſacramenti. Nam meritum Chriſti ſimpliciter eſt acceſſorium corporis eius quomodocunq;, ſiue ſub ſacramento, ſiue extra ſacramentum ſe habeat. Semper enim eſt unum, & idem corpus. Ergo ſi ut acceſſorium ſacramenti, à nobis concedi poteſt, poterit etiam ſimpliciter absq; ſacramento diſtribui. Quod enim eſt acceſſorium alicuius; quomodocunq; ſe habeat illud, eſt ſimpliciter acceſſorium eius. Hæc in Martinum, quæ quidem mouere chriſtianum animum potuerunt ad credendum pontificiam authoritatem, talem eſſe, qualem ſtatuimus, & iam tot annos admiſit Eccleſia. Cui ſanè tanta eſt habenda fides, ut niſi illi crederetur, Euangelio non eſſe credendum meminerit Auguſtinus.

COMPLVRES LVTHERII RATIONES, quibus conatus eſt oſtendere per indulgentias Papam non poſſe à pœnis purgatorijs animas reuocare. Cap. IIII.

AT Lutherius impius, ꝙ neq; ſacris editionibus, neq; ulla ratione probari queat, primo aſſerit præpoſitam ſententiam eſſe fallacem, quã quum pluribus de cauſis oſtẽderimus ueram, prima hæc eius ratio concidit.

SECVNDO ſi Pontifex ea authoritate ſit præditus ſuper ligandi & ſoluendi uerbis fundata eſt. At ligandi, & ſoluendi duæ ſunt poteſtates æquales. Ergo ubi Papa ligare non poteſt, nequit etiam ſoluere. Non poteſt autem ligare, ideſt pænas purgatorij infligere, quia ad Deum id mere pertinere conſpicitur. Igitur neq; illas poterit auferre, ſuper terram enim (ſcriptum eſt) quodcumq; ligaueris, ligatum, & quodcunq; ſolueris, ſolutum erit in cœlis, & nõ dicitur, quodcunq; ligauero, tu ſolues.

TERTIO IN ſuper extra de pœnit. et remiſſione Lib. V. cap. quod aũt, habetur remiſſiones nequaquam illis ualere, quæ non fuerint ab eorum iudice factæ, quum nullus ligari, aut ſolui poſſit ab eo, qui iudex eius non fuerit. At certum eſt (inquit Martinus) hominem ꝓ pœnis alijs, ꝙ canonicis accipiendis non eſſe ſubiectum iuriſdictioni Pontificis. Ergo Pontifex ab eis non poterit illum abſoluere.

QVARTO Pontificis ſtilus eſt, de iniunctis pœnitentijs miſeri

corditer relaxamus. Ergo, quæ ab eo iniunctæ non ſunt, ipſe nequaquam relaxat.

QVINTO, neq; Thomam, neq; Bonauenturam aſſeueranter illius ſententiæ fuiſſe commemorat. Atq; ideo probabili ratione illi adhæret, à quibus diſſentire non incongruum putat, & de alijs Theologis minime curat.

SEXTO cap. cum ex eo, Lib. V. de pœnit. & remiſſione dicitur pœnitentialis ſatisfactio per idulgentias eneruatur. Et licet alias pœnas non uideatur excludere, tamen excludit, dum in eo cap. ex eo legitur Elemoſinarum quæſtoribus præter id, quod in litteris continetur, nihil permittatur proponere populo. Sed in litteris nil aliud continetur, quàm pœnitentialem ſatisfactionem eneruari. Itaq; per indulgetias mala potius, quàm bona nobis data erit occaſio.

SEPTIMO, canonicæ pœnæ non obligant græcos & alios, qui non ſunt ſubiecti Romano Pontifici. Itaq; non neceſſaria eſt eis indulgentia, quia ubi non eſt ligare, non eſt etiam ſoluere. Ex quibus apparet ſi non omnes, qui in hac mortali uita conſtituti ſunt, ſoluere poteſt Pontifex, longe minus illum poſſe defunctorum animas à purgatorio uindicare.

OCTAVO non tollit affectus indulgentia, non mortē, nō horrorē iferni, nō afflictiones à deo homini impoſitas, non ergo plenariæ ſunt, ut à quæſtoribus prædicantur. Siq; forſan de his pœnis illas non debere intelligi (inquit) reſpondeas. Cur eſt q̄ populus non moneatur (Quum omnes, etiam ſi eſſent innumeræ, tolli per indulgentias putet) ne in deceptione permaneat.

NONO, Papa non poteſtate clauis, ſed per modum ſuffragij indulgentias, quas dat promulgare conſueuit, etiam ſi plenarias dixerit. Sed per modum ſuffragij omnes alij tam epiſcopi, q̄ ſacerdotes, & laici in hunc modum per orationes, per elemoſinas queunt à pœnis purgatorij animas uindicare. Itaq; ad indulgetias id ſolum pertinere non noſcitur. Et ſi dicatur, uerbum ſuffragij non excludit indulgentiæ authoritatem, ſed tantummodo iudiciariam poteſtatem, quid id uelit (inquit) nequaquam intelligo. Nam ſi poteſtas Papæ iuriſdictionalis per ea uerba excluditur, qua poteſtate id agat, quæ illi propria ſit legitime inquiritur. Nam modus applicandi ſuffragia communis eſt, quū igitur indulgentiæ per modum ſuffragij conferuntur, non eſt,

quod peculiari poteſtate Pontificis à pœnis purgatorijs animas ualeant liberare. Nam ſi Pontificum ueterum intentio fuiſſet ꝓpria poteſtate pœnarum indulgentias dari, utiq; per modum poteſtatis dixiſſent potius, q̃ per modum ſuffragij illas ſuam efficaciam habuiſſe.

DECIMO in clemen. de pœni. & remiſſi. capi. abuſionibus, damnatur opinio de redimendis animabus à purgatorio per indulgentias. Dicitur enim animas de purgatorio (ut aſſerunt) mendaciter extrahunt. Vbi gloſa, in uerbo mendaciter (inquit) quia ſunt Dei iudicio reſeruatæ, & allegat diſtin. xxv. cap. qualis. Et id confirmat Lutherius. Nam ſi per ſuffragium redimuntur, non ſequitur propterea illas protinus euolare.

VNDECIMO ſi Pontifex poſſet animas à purgatorio per indulgentias authoritate propria liberare, totum ab eo (ſi uellet) purgatorium uacuum redderetur. At id uelle deberet, quũ opus pientiſſimum quidem ſit. Quod ſi non ſtatueret exequi, crudelis nimium, & impius diceretur. Et ſi reſpondeatur (inquit) Poteſt Pontifex omnes animas à purgatorio liberare, ſed non debet, niſi ex legitima cauſa moueatur. Quænam hæc cauſa eſſe poteſt, ut charitatis meritum ualeat ſuperare? Si enim iuſtitia nõ offenditur (nam per miſericordiam liberantur, quæ iuſtitiæ diuinæ opponi non ſolet) Si per pia opera, ut bellum contra infideles, ut fabricam ſancti Petri, aut neceſſarium aliud id fiat, quanto magis ex uehementi erga eas animi charitate idipſum fieri poterit, & debebit?

HAEC ſunt, quæ ex pluribus uiri huius in hac parte obloquijs excerpta perſtrinximus, ne innumeras eius minutim perſequamur inſanias, quæ unicuiq; ſtomachum facerent.

QVOMODO AEQVAE SECVNDVM PROportionem ligandi, & ſoluendi ſunt in ſummo Pontifice poteſtates. Quo etiam pacto uis eius ſuper terrã eſſe intelligat. Ca. V.

AD ſecundam itaque dicendum eſt (quoniam per rationes noſtras prima iam concidit) poteſtatem ligandi, &

ſoluendi æque Petro, ac ſucceſſoribus fuiſſe conceſſam, non ut ubicunque ſoluere poteſt, queat ibidem obligationis uinculo uti. Sed ut non minus ſoluendi, ꝙ ligandi (ubicunq; alterum uel utrunq; contingeret) exerceret officium. Vnde ſi duæ ſint eiusmodi poteſtates, Geometricæ, ideſt ſecundum proportionem erunt æquales. Non autem Arithmeticæ, & hoc quidem nihil inconuenit. Sed una tantum poteſtas eſt, quæ & ad ſolutionem, & ad ligamentum dirigitur, uelut unus aſpectus eſt, qui ad candorem, & nigrorem, quæ contraria ſunt, à natura inſtitutus eſt. Sed uolo ſit gemina ſoluendi, & ligandi poteſtas. Cur hæc minor ſit, & ad pauciores extendatur, quàm illa, habet dubitatio locum. Nanque in purgatorio per ea exiſtentes ſoluuntur animæ, quæ tamen à Pontifice ligari non poſſunt. Id quoque ſuum habet myſterium, quod noſter Lutherius ignorauit. Quum enim Pontifex ſit Chriſti uicarius, ipſe idem Chriſtus ſuipſius illum imitatorem inſtituit. Qui licet iuſtus, & miſericors ſit, in eo tamen ex operibus, quæ quotidie conſpiciuntur, plus benignitatis, & clementiæ, quàm iuſtitiæ coniectamus, immo certe cognoſcimus. Per ſolutionem uero clementiæ munus oſtenditur, per obligationem iuſtitiæ. Hinc fit, ut ſoluendi poteſtas, quàm ligandi maior ſit in Dei eccleſia conſtituta. Atque ideo Petro, & ſucceſſoribus eius in hunc modum conceſſa eſt. Licet enim diuini fori eſſe uideatur, animas, quæ ex hoc ſæculo migrarunt, à pœnis abſoluere. Quum tamen Chriſti uicarius, qui hanc Remp. regeret, ſit ab eo inſtitutus, meliori modo, quo potuit, non ſolum huius, ſed etiam alterius ſæculi animabus illum prodeſſe uoluit. Quemadmodum per orationum, & elemoſinarum, aliarumq; piarum operationum ſuffragia illas adiuuari proculdubio tenet eccleſia. Et (ut poteſtatem, qua id Pontifex ualeat exercere intelligamus) animaduertendum eſt per ea ligandi, & ſoluendi uerba in eo duplicem authoritatem ſignificari poſſe. Vno enim modo Pontifex ligare poteſt, & ſoluere, tanquam ſacerdos merus, dum errata hominum audit, iudicat, punit, abſoluit. Et hæc poteſtas iudiciaria nuncupatur. Alio modo non ut iudex eſt, & in hunc modum indulgentias melioris cuiuſdam gratia plenarias, aut qualeſcunque concedit.

Ad præclarum aliud facinus in Dei eccleſia exequendum, ad pietatis opera exercenda, ad animarum etiam refrigerium impertiendum. Dices, Hoc pacto ſine iudicio Pontifex quomodo ligat? Hoc pacto proprie non ligat, ut paulo ante referebatur, Nam Deus eſt, qui ligauit, ideſt pœnas purgatorij tanquam iudex inflixit, hic non tanquam iudex, ſed ueluti gubernator, & diſpenſator relicti theſauri animas ſua liberalitate ſoluit, & liberat, uel ſi ligat, id referri poteſt ad uiuos, qui ſatisfactione aliqua pietatis obligantur, ſi indulgentias uoluerint adipiſci.

QVOD uero (ſuper terram) additur, tam ad uiuos, quàm ad defunctos optime referri poteſt, & debet. Nam etſi ſoluit animas Pontifex, quæ in purgatorio ſint, quo tamen ad meritum ſuper terram eſſe dicuntur. Quia meruerunt in terris, & ratione meritorum ſuorum fuerunt ad purgatorium demandatæ. Quum itaq; Dominus Petro dixerit, quodcunq; ligaueris, aut ſolueris in terris, erit ligatum, aut ſolutum in cœlis, & iudiciariam, & eam, quæ non iudiciaria eſt, poteſtatem dediſſe conuincitur. Quæ ſi ad purgatorium extendatur (ut diximus) ſoluendi, non ligandi ſtatuitur, Cuius cauſa iam palam facta eſt, quam Lutherius ignorauit. Neque propterea id dictu eſt, quæcunque ligauero, tu ſolues. Sed quodcunq; per modum iudicij ligabis, & ſolues in terris, & extra modum iudicij ſolues, Licet à te ligatum minime fuerit, ligatum & ſolutum erit in cœlis. Eſt ne tam abſona, tam abſurda, tam tuis auribus noxia interpretatio hæc, ut illi aſſentiri non poſſis?

DICAS MIHI non ne probatum eſt ſupra efficaciſſima ratione, quum ſacerdos, aut Pontifex ſoluit per pœnitentiæ ſacramentum, prius Chriſtum abſoluere, quia præcipuus ſolutionis eſt author? Quum etiam ligat, ideſt pœnas iniungit, non ne idipſum agit prius eadem prorſus ratione, cuius ui ſacerdos quod ſuum eſt operatur? Et tamen non ita ea exponenda ſunt uerba, quæcunque ligauero ligabis, aut ſoluero ſolues. Quia ligamentum, & ſolutionem à Chriſto factam declarare intelliguntur, neq; tamen ita declarare, quin proprio quodam miniſterio, & ipſe liget, & ſoluat. Id etiam dictu eſt. Quodcunq; ligaueris, & ſolueris, intelliges ligatum & ſolu-

tum in cœlis, non ꝙ tuum ligamentum, aut ſolutio prior ſit ſecundum naturam ligamento, aut ſolutione cœleſti. Sed potius contra. Dices, ſi prius ligat & ſoluit Chriſtus, ergo nõ pendet ea actio ab hominis uoluntate. Non pendet, ſed ꝙ ad nos prior ſacerdotis actio eſſe uidetur, quum tamen non ſit. Vnde prius tempore pœnitens attritus, uel contritus eſt, q̃ ſoluatur, poſtea Chriſtus ſoluit, & ſacerdos ſimul, ſed prius natura ille, q̃ iſte, licet ex ſolutione iſtius appareat illius ſolutio. Vtrq; tamen ita ſtatuto ordine ad abſolutionẽ cõcurrit, ut ſolus ſacerdos ſatis eſſe non poſſit. Diſce loqui Lutheri, diſce diſtinguere, diſce, ne erubeſcas in tui præiudicium, in tui perditionem, quæ callere deberes, admitte.

PAPAE AVTHORITAS ETIAM VBI Nullũ poteſt ferre iudicium, operatur. Quumq; plenarias indulgentias tribuit, ad purgatorias pœnas, illas extendere dicit. Et de modo confeſſionis digreſſio contra Martinũ. Cap. VI.

TErtia Martini ratio erat, quæ à ſententia cap. quod autem. de pœni. & remiſſi. ſumebatur, quæ uera eſt. Sed Papa uniuerſalis eſt iudex, ideo ſub illius conſtitutiõis terminis non continetur. Dices animarum defunctorum non eſt amplius iudex, ergo illis uenias impartiri non poteſt. Valet ratio in epiſcopis, non ualet in Papa. Illi enim etſi tanq̃ iudices indulgentias dare nequaq̃ intelliguntur, tamen ea authoritas ita cum iuriſdictione concurrit, ut ad alios q̃ ad ſubditos, nequaquam ſe extendere ualeat. Pontificis uero authoritas tanta eſt, ut etiam ubi nullum poteſt ferre iudicium, in dandis uenijs legitime exerceatur. Pro te quum faciunt adducis canones, quos combuſiſti perfide in tui ignominiam, & perditionem. Quos non intelligis, & minus alios, quos pro te non facere indicaſti.

QVARTA ratio de iniunctis pœnitentijs remiſſiones fieri ſtilus eſt. Accipio, admitto. Sed quum uerbum, plenarie, adijcitur, Ad pœnas purgatorij extenduntur, & tunc ſub iniunctarum pœnitentiarum nomine, illæ etiam comprehenduntur, quæ à Deo ſunt in purgatorio pro peccatis inflictæ.

QVID deinde modum confeſſionis, qui iam tot annos ſeruari ſolitus eſt, ò impœnitens Lutheri uituperas? qua ea diligentia in commemorandis peccatis adhibetur, ut ſi fieri queat, omnia ſingilatim in conſpectu Domini à nobis propoſita deplorentur. Non ne dum offenſas in memoriam reuocamus, maior luctus, & deploratio inſurgit? Non ne cuiusq; errati certa inſtituta eſt pœna? Non ne quanta fuerit in peccatore uoluptas, tanta (ſi fieri poteſt) debet in animo aggenerari triſtitia? Non ne ſcriptũ eſt in Apocalipſi à Ioanne.xviij.cap. quantum glorificauit ſe, & in delitijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum? Inſuper apud Eſayam in Ezechiæ cantico legitur. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Quid eſt omnes annos recogitare, niſi pro uiribus omnia peccata diſcutere, diſcutiendo deplorare, & deplorando ſeipſum affligere? Quid de erratorum conditionibus dicam? quas circumſtantias uocant? Non ne hæ delictum aggrauant? Nõ ne ex paruo magnum, & immenſum conſtituunt? Non eſt deſperatio commemorare peccata, nõ enim de impoſſibilibus præceptum eſt, neq; conſilium, ut tu ſtatuere uiſus es, qui in unaquaq; ferè ſententia dũ garris, latras, & mordes, es tibi ipſi contrarius. Non eſt deſperatio inquam illa, ſed ſaluberrimus emendandi modus, quem obſeruauit iam plures annos eccleſia, Quem magnus ille propheta Dauid facto legitur approbaſſe, Quem Auguſtinus in libro de pœnitentia, tanq̃ optimum miſerorum refugium præfert. Nam in frequenti erratorum commemoratione maior eorum deteſtatio exoritur, in exacta commemoratione habitus charitatis induitur. Non enim peccatis dolendum eſt, niſi quia Deum offendimus, & illius offenſam odimus. Odimus uero offenſam, quia illum diligimus, ſuſpicimus, & ueneramur. Quæ ſunt opera charitatis. Bona itaq;, & laudabilis eſt hæc, quam tuo alto ſupercilio, & auſu ſtatuis, deſperatio. Quæ charitatem accẽdit, quæ delinquentium animos inflammat, & (ut ita dicam) impellit ad Dei cultum, obſequium, & uitæ innouationem.

QVINTO quid q̃ ex Bonauentura, & Thoma, quos probabili ratione indulgentias aſtruere meminit, uult iſte homo ſuam arrogantiam tegere? Non ne proteſtatus eſt à principio ſe neque Thomæ, neq; Bonauenturæ, neque aliorum uelle ſe authoritatibus cogi, Sed hærere ſolum ſcripturis, & rationibus? Quid eſt

modo, ꝙ hac uti uelle uidet᷑ modeſtia, niſi ut homines alliciat, trahat, ſeducat, decipiat, & authoritatem pontificiam ſuis uenenis inficiat. Huius ſententiæ proculdubio eſt Thomas in ſcripto lib.iiij.ubi per plures quæſtiones materiam iſtam examinat. Tenet idipſum Seraphicus Bonauentura, qui nõ ſolum per modum ſuffragij tenendum eſt (inquit) Pontificem remiſſiones animabus in purgatorio poſſe remiſſiones addicere, ſed etiam per clauium poteſtatem. Quoniam præſtantiori modo, quo potuit congruum eſſet, immo rationi ſummopere conſentaneum, ut iuxta hominis capacitatem ſuam ornauerit Deus eccleſiam ꝑ nobiliſſimam & ampliſſimam ſuo uicario poteſtatem conceſſam.

IDIPSVM Albertus magnus, idipſum Armacanus, idipſm ſolemnis doctor Henricus, cui hac in re, & alijs tanta eſt habenda fides, quanta alicui ex theologis, ſanctisq; uiris, qui in chriſtiana familia floruerunt. Neq; aſpernanda eſt Durandi uiri magnæ literaturæ, & ingenij authoritas. Qui idipſum proculdubio in quarto ſententiarum libro definit. Quid Maronem, aliosq; recentiores enumerando derides, & paruifacis Lutheri? ꝙ doctiſſimorum aliorum hominum, quos recenſuimus ueſtigia ſunt inſecuti. Quibus non eſſes profecto dignus (ut in prouerbio receptum eſt, & ab omnibus dicitur) calciamentorum fimbrias ſoluere. Sed miſſa faciamus hæc, et ad magis neceſſaria deueniamus.

QVOMODO INDVLGENTIAE SATISfactionem pro peccatis eneruant, cur etiam à certo tempore infra ampliſſimo ueniarum beneficio utatur eccleſia. Cap. VII.

SExto loco ad cap. cum ex eo. Libro. V. de pen. & remiſſio. facillime reſpõdetur. Superfluis enim indulgentijs pœnitentialis ſatisfactio eneruatur, immo tollitur, ſeu uerius in ſatisfactionem aliam commutatur. Quæ quum ſuperuacaneæ nimium indulgentiæ fuerint, nam de illis loquitur textus ille, minus conducibiles eſſe uidẽtur, q̃ ſi pro peccatis datũ eſſet debitas luere pœnas. Quia timore ſaltem illarum crimina magis euitarentur. Et ideo (ut diximus) ita ſtatuendæ ſunt indulgentiæ, ut pietas, pro qua exiguntur, tanta ſit, ut maior ex illo opere utilitas, q̃ ex ſatisfactione propria fidelibus compare tur. Ex his pœnas purgatorij non tolli, quomodo ſequitur ò perſi

de, & inique Lutheri. Dices, quia de his nulla fit mentio, quæ tamen neceſſaria eſt ex eodem cap. quoniam preter id, quod in literis continetur, nihil quæſtores debeāt polliceri. Vera ſunt hæc omnia. Quid ad me? An neſcis fallaciſſime hominum ab authoritate per negationem non eſſe probandi locum? An neſcis formã illa, quæ traditur in eo capi. non eſſe, quæ ad mortuos extendatur? Quum enim de pœnis purgatorij per indulgentias minuendis agitur, exprimitur, prout ſine canone uti conſueuit eccleſia. Cui quidem uſui ſtandum eſt, preſertim, ꝙ iam tot annos à patribus, doctoribus, ſanctisq; uiris (ut recenſuimus) fauſtiſſime receptus eſt. Neq; profecto ulli admiratiõi id eſſe debet. Quoniam Deus optimus maximus ſua prouidentia, ac ineffabili probitate, tempore, quo ſibi placuit, id beneficij fidelibus inſpirauit, quod antea erat incognitum. Licebat prius orare pro mortuis, & maximus Auguſtinus de cura pro mortuis agenda libellum compoſuit. Licebat de minunctis à ſacerdotibus pœnitentijs ueniās dare, licuit poſtmodum, & innotuit, et obſeruatum eſt etiā pro defunctis illas concedere, ut à ſupplicijs liberentur. Quemadmodum compluribus rationibus in diſceptationis huius principio deducebamus. Cur non prius erat iſte uſus eccleſiæ? quia nondum ſanctus ſpiritus illum detexerat. Cur non? & quibusdam anteactis temporibus ſolum? quia Deo ſic placuit. Atq; ita de rei huius principio inquirendum eſt, ac ſi de mundi exordio, cur non prius ipſe mundus inceperit, inquiratur. Vanum enim eſt diuinæ uoluntatis, quæ optima, quæ pientiſſima, quæ omnium bonarum actionum exemplar eſt, expetere rationem. Quam tamen Lutherius dum non ſcripturas habet uelut Græcus rationes exquirit, non credens eccleſiæ, non credens tot annorum receptæ conſuetudini, ſancto ſpiritui officiens. Sanctos enim uiros, de quorum numero ipſe eſt (ſi Deo placet) immo omnium caput, & Valdenſium more eccleſiam uocat.

QVOD ſeptimo loco pro tollendis uenijs iſte homo appoſuit, mirum eſt, ut ualeam commemorare. Inquit non cogit græcos, & alios, qui ſibi nequaquam ſubiecti ſunt, Papa, neque à pœnis abſoluit. Ergo multominus animas per indulgentias à purgatorio liberabit. Falſum eſt quod aſſumis, & millies improbatum. Sile, ne ſtomachum facias his, qui tuas ineptias legunt.

QVID deinde octauo loco inſanis male uir? dum indulgẽtias dicis non tollere omnes pœnas, ut mortem, eius timorem, inferni formidinem, ac omnes animi paſſiones, quæ pro pœnis ſunt homini inflictæ. Quid inſanis inquam, quid audes, quid oblateras, quid ſtruis ignauiſſime hominum? De peccatorũ quæ actu committuntur, pœnis noſter eſt ſermo. Quæ à Deo, & eius miniſtro per ſacramentum pœnitentiæ iniunctæ ſunt. Cur de his ueniarum precones non faciunt mentionem expreſſam, qui plenarias illas paſſim inuulgant? Scis quare illas, quas affers, nequaq̃ excludere uideantur? Quia etiam à pueris intelliguntur excluſæ. Experientia enim & ſenſu concipiunt, quod tu uelles iureiurando tanq̃ diuinum quoddam, & latens miſterium comprobari. Abi in malam crucem, erubeſcere iam debuiſſes, & tum maxime, quando tam fatuas in uulgus quæſtiones dediſti.

INDVLGERE PER MODVM SVFFRAgij purgantibus animabus ſummo tantum Pontifici conuenire, neque id ſatisfactionis, aut donationis, ſed diſpenſationis potius nomen ſubire, quæ uirtute meritorum Chriſti, neque ſecus fieri poteſt. Cap. VIII.

Ono loco adducta ratio uerbis per modũ ſuffragij quæ in ueniarum paginis inſcribuntur, innititur. Quæ qd uelint, à quæſtionis huius exordio explicauimus, & denuo repetemus. Venias dare per modum ſuffragij eſt iudiciariã poteſtatem excludere. Quæ nam poteſtas eſt hæc? poteſtas ſoli Pontifici Romano conceſſa. Quæ ſoluendi eſt, & merito uocitatur, qua meritorum Chriſti Theſaurus diſpenſatur, & animabus purgatorij iniungitur, Et clauis poteſtas etiam appellatur. Modus iſte ſuffragandi defunctis non eſt communis, ſed Pontifici proprius. Non enim epiſcopus aut ex ſacerdotibus alius (ut reor, & ita teneo donec ab alio erudiar) poteſt per indulgentiã ad purgatorij locum ſuas manus extendere. Alio modo per orationes, & alia pietatis opera Pontifex animabus, & alio modo per indulgẽtias ſuffragatur. Nam illa facultas ei communis eſt, & alijs qui in chriſtiana familia reperiuntur. Hæc autem propria. Nam illa eadem Theſauros prædictos applicat, diſtribuit, diſpenſat pro inſtanti eccleſiæ beneficio. Cui Deus legitime præ-

ſto eſt, & pientiſſime aſpirat.

NEQVE ea remiſſio ex indulgentia (quod inquit perfidus) ſatisfactio eſt, quemadmodum quisq; alius pro defunctis ſatisfacere dicitur. Quoniam etſi Pontifex poteſtate ſibi conceſſa per opera pietatis animabus purgatorij pœnarum indulgentias, & remiſſiones impendit, tamen longe plus ueniarum uigore illis eiſdem remittit, quàm poſſent piorum opera ſuffragari, Et ideo non eſt ſatisfactio, non eſt commune ſuffragium indulgentia, ſed ſpeciale donum, ſingulare beneficium, remiſſio ſingularis, quam per indulgentiam tribuit Pontifex animabus, quæ ex hoc ſæculo tranſiuerunt.

NEQVE (quod inutiliter repetit pica noſtra) quod per clauem iſtam fit, ab Eccleſia quotidie factum accipitur. Quæ ex charitate mortuis ſuffragatur per orationem, ieiunium, elemoſinam. Nam id non per modum ueniæ, quæ libera eſt, & pœnarum remiſſio, agitur, quæ ex liberalitate, uigore meritorum Chriſti procedit. Supererogatio huius Theſauri in manu Papæ exiſtentis eſt, quæ indulgentiæ beneficium ſingulare conſtituit. Dicit perfidus, uera remiſſio eſt, ut nullus pro alio, ne minimũ quidem ſatisfaciat. Maior utiq; remiſſio eſt, ſed hæc eſt ſoli Deo conceſſa. In cuius manu ſunt rerum omnium poteſtates, & omnium iura Regnorum, Pontifici autem ſine aliquibus operibus pietatis, & quidem maxime neceſſarijs à purgatorijs pœnis liberatorias uenias impertire non licet. Nam nimium eneruaret opera pietatis, immo quandoq; tollere uideretur. Natus enim eſt ad conſtruendum, non ad deſtruendum principatus eius in terris. Excitandi ſunt chriſti fideles, ut ſibi, & alijs proſint, dum per uenias à ſupplicijs redimuntur. Diuinus cultus augetur, & quisq; melius in hunc modum Theſaurizat (ut ita dicam) & accumulat ſibi Theſauros ſuos in cœlis. Non eſt donatio (inquit ſolemnis Doctor Henricus) ueniarum remiſſio, ſed diſpenſatio quædam.

SINE MERITO Chriſti, quod theſaurum dicimus, poteſtas hæc Papæ non ſufficit. Nam ex quo Deus pro nobis Chriſtum pati uoluerit, ſi pœnæ peccatorum remitti debeant, huius meriti uirtute, quod Deo maxime acceptum eſt, remittantur oportet. Ea igitur Papæ poteſtas eſt, quæ hunc Theſaurum uoluntate ſua pro operibus pijs animabus applicat, & diſpenſat. Poſſet

meritum ſuffragari ſine poteſtate? poſſet, inımo per orationes, & alia eiuſmodi opa ſuffragaſ. Poſſet aïa à pœnis purgatorijs liberari? poſſet, ſed Papæ poteſtas ſine merito minime ſuffragatur. Congruum enim eſt, & inſtitutioni chriſtianæ conueniens, ut eo ordine, quo in genere omnes à perpetuo exitio liberati ſumus, à pœnis etiam quotidie redimamur. Atq; ideo licet abſolute potuiſſet Deus dediſſe Pontifici hanc poteſtatem, ut quandocunq; uoluiſſet, & ſine ullo Chriſti merito ab inferis animas redemiſſet, non tamen rationi conſonum uidebatur ea de cauſa, quam paulo ante referebamus.

QVID ETIAM leuiſſimus hominum garriat, neſcio, dum cap. Qualis diſtin. XXV. de uenialibus peccatis, quæ dumtaxat in purgatorio puniantur, authoritatem adducit, ut indulgentias ad pœnas purgatorias nō extendi confirmet. Nam dum de peccatis, quæ in purgatorio puniuntur, agitur, perſide, de pœnis audiendum eſt. Quas pro peccatis animæ ſuſtinent. cap. qualis de uenialibus peccatis (quæ in hac uita remiſſa nō ſunt) quia cum charitate manent q̄ in purgatorio deferantur, à quibus anima liberatur, mentionem facit. De quibus ſupra iam diximus. Et ideo indulgentiæ ad mortaliũ ſupplicia diriguntur, et à pœnis purgatorijs animas liberant. Intelligis nugator omnium nugaciſſime.

NON PLVS DEBERE VENIARVM PRECONES de earum ualitudine prædicare q̄ in litteris contineatur, Neq; omnes animas debere Pontificem, aut uoluiſſe Chriſtum per deſcenſum ad inferos à purgatorio liberare. Cap. IX.

d EAmo, quæ ex cap. abuſionibus, clementina de pœnitē. & remiſſio. aſſerit Lutherius, illi non proſunt. Dum. n. clemens. V. Pōtifex quæſtores mendaciter aſſerētes duas, aut tres animas per illas idulgētias à purgatorio liberari, dānat, non id ab authoritate pontificia ſubtrahit. Sed quoniam in ueniarum litteris, id minime contineretur. Ipſiq; ſceleſtiſſimi iure Pontificio abuterentur, ideo damnat, & mendaces appellat. Neq; idcirco ſequitur, tam bene te, ò Martine mendacem, immo mē daciſſimum non eſſe, qui oppoſitum ſentis, quàm illos, qui non clementes poteſtatem Pontifici, ſed mendaciter inuulgantes men

daciꝗ facti ſunt rei.

V N D E C I M O, *cur deniq; totum non liberet purgatorium Papa* (Martinus inquit) *ſi propria authoritate poteſt unam, aut plures animas ab illis pœnis eripere? Quia quod Chriſtus in deſcœnſu ad inferos feciſſe non creditur, neq; Pontifex, qui eius ui cem gerit in terris, immo multo minus debet efficere. Si impius, & crudelis ideo à te Lutheri dicitur Pontifex, ꝙ non omnes animas à ſupplicijs uindicet. Impius, & crudelis Chriſtus eadē ratione dicetur, qui deſcendens ad inferos, non omnes animas à purgationibus liberauit.* Id habet Thomas *in.*III.*parte quæ/ ſtione .*LII.*Articulo octauo, in reſolutione articuli.* Q*uem ſi non admittis, quia cum eo pugnam habere ſtatueris, eius aſpice rationem, quam affero in medium. Deſcenſus Chriſti ad inferos, ui paſſionis eius pro liberatione animarum ſuam efficaciam habuit. Paſſio autem eius temporaneam nullam, ſed ſem/ piternam efficaciam ſortita eſt (Ait enim* Paulus *ad hebræos.iij. cap. Vna oblatione conſumauit ſanctificatos in ſempiternum)* I*taq; non magis uno tempore, quàm alio Chriſtus animas libe/ rauit. Quemadmodum igitur ijs temporibus ab inferis uindicā tur, ita per eius præſentiam liberatæ ſunt animæ, quum debitas ſuppliciorum pœnas exegerint, aut quæ dum agerent in huma/ nis adeo erga Chriſti mortem, & crucem pietate afficiebantur, ut eo præſente ſtatim euolare ad ſuperos mererentur. Non ſatis eſt tibi hæc ratio* Aquinatis *(quem ſi poſſes, ut uideo ex ſcripturis tu is, quum inter diuos relatus ſit, inter impios conſtitueres)* Accipe Auguſtinum, *quem niſi ex mera inſcitia nunquam (ut reor) ibis infitias. Sanctiſſimus hic Dei uir ad* Enodium *in epiſtola iquit,* Q*uoniam euidentia teſtimonia infernum commemorant, & do lores, nulla cauſa occurrit, cur ad ea loca credatur ſeruatorem ueniſſe, niſi ut ab eiſdem doloribus animas liberaret. Sed nun/ quid omnes, quas ibi inuenerit, aut quaſdam, quas ipſe tali be neficio dignas indicauerit, adhuc requiro. Fuiſſe tamen Chri/ ſtum apud inferos, & in doloribus conſtitutis, id beneficiu præ/ ſtitiſſe non dubito.* Hæc Auguſtinus, *ſi dubitat, an omnes rede/ merit animas Chriſtus, quomodo ab eo impius diceretus, ni/ ſi omnes redemiſſet, dum deſcendit ad inferos? ut ip/ ſe & de* Pontifice, *& ipſo eodem Chriſto ſceleſtiſſime coge/*

ris profiteri. Quum igitur nulla alia ex cauſa Chriſtus purgatorium creditur liberaſſe, quàm quòd iuſtitiam ſuum habere locum uoluerit, Hac etiam ratione Pontifex ſecus per indulgentias tentare non debet. Ardeat charitate quantum fieri poſſit, nunquã opera diuinæ iuſtitiæ ab eo adimenda ſunt. Veluti neq; ipſe rerum Dominus ſeruator Chriſtus, qui animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis, ex ardentiſſima charitate à ſe adimere uoluit. Vana enim eſt ea miſericordia, quæ tollit omnia iuſtitiæ opera. Deus autem uanus eſſe non poteſt, & qui eius uicem gerit in terris non debet, neq; (niſi ex legitima cauſa) poteſt animas liberare. Minor autem cauſa charitas illa, quam ꝓfers, erga animas eſt, q̃ belli apparatus in turcas, q̃ ſacelli conſecratio, aut eiuſmodi alia, quoniam illa temeraria nimis, & imperioſa omnibus uideretur, Hæc uero æquabilis, & rationi conueniens. Deſine igitur de Chriſto pariter, & de Pontifice loqui Lutheri, quòd uno, & eodem tenore utrunq;, aut impium ſtatuas opus eſt, aut non debere totum purgatorium liberare.

INEPTISSIMA LVTHERII COMPARAtio, & in eius mordacitatem, qua & Pontifices, & ſuum ſæculum deteſtatur, authoris inuectio. Cap. X.

Non poſſum deinde omittere, quod inter rationes tuas tãquam corrolarium ſtatuis, qualem poteſtatem habet Papa in purgatorio generaliter, talem habet quilibet epiſcopus, & curatus in ſua dioceſi, & parochia ſpecialiter. Si uerum eſt, quod aſſeris (ut tecum nugari ualeam) quum in purgatorio nihil agat Papa, ſequitur in ſua Diocæſi, nihil epiſcopum agere. Exponis teipſum non de iuriſdictione, ſed de ſuffragijs loqui. At hic non generaliter modo, ſed etiam more aliorum epiſcoporum animabus ſpecialiter ſuffragatur. Quid ergo, generaliter addis? Non ne poteras dicere (ut omnes te clariſſime intelligerent) talem epiſcopos, & curatos, & quoſuis alios fideles in purgatorio per ſuffagia actionem habere, qualem habet Põtifex maximus. Et id ſanè tuis eſſet principiis conſonum? Cur ergo diocæſim, & parochiam ad purgatorium comparas? quum poteſtas in diocæſi iuriſdictionem ſonet. Et nulla quidem in æquiuoco fieri

debeat comparatio.

QVID DEINDE *fingis te Lutheri eum non eſſe, qui ex arrogãtia, aut nimia confidentia eiuſmodi fatua profiteatur? quũ inter doctos Eccleſiæ enumerandum te eſſe non putes. Non ne ille idem es Martine, qui Thomæ, & Bonauenturæ uiris inter ſanctos relatis, & doctiſſimis quidem toties ſeſe oppoſuit? ac ſuper eos conſtituit? Quorum doctrinæ proteſtatus es te cedere, aut hærere nunquam. Non ne eorum Theologiam Ariſtotelicam dicis? Non ne ipſum eundem ariſtotelem cum tota peripatetica familia derides? Et ipſe idẽ es, qui modo ſeſe humilẽ adeo facit, ut iter ſanctos, doctóſq; uiros enumerari non audeat. Quid tua tempora damnas? quid concilium flagitas? quid Iulium. II. Et Alexãdrum. VI. In memoriam reuocas? quid (paucis exceptis) omnes Pontifices laceras? Es ne tu, aut debes eſſe, qui cenſuræ huius præfectus inſtituendus ſit? eſt ne tibi tam humillimo, tam uili, tam inerudito (ut te ipſum facis) curæ ad rectos uiuendi mores, reſtituendi Eccleſiam? Quis tibi id negocium commendauit? unde exclamas? Ex quo capite concilium uocas? forte ꝙ tibi, tuæq; ſententiæ ſit delaturum concilium? Chriſto te comparas perfide, qui Chriſti uexilla fugis, qui eius uicarium laceras, qui eius tribunal contemnis, qui pro humilitate ſæuitiam, pro obedientia ſuperbiam, pro ueritate mendacium, impietatem, diſcordiam, ſeditionem, palam in conſpectu omnium profiteris, Chriſto te comparas, quem, ne in minimo quidem ueſtigio imitaris. Qui percutienti maxillam alteram porrigebat, qui non principum aura, non ambitionis tumore, non procacitatis ingenio fouebatur. Sed in uia ueritatis perambulans omnia, æquo animo ferebat, patientiſſimus, & iniuriam omnium obliuioſiſſimus, pro omnibus orans, pro omnibus preces effundens. Ex cuius ore nihil ueneni unquam, nihil ſordidi, nihil uanitatis effluxit. Tua non eſt, ea uitæ profeſſio, tua non eſt apud homines, ea recepta fides, qua tibi ueluti ſancto ſpiritu afflato, ut talia proferas, indictum eſſe credatur. Contra caput tuum erigis cornua, ceruicem ſupra hominem tollis, te Angelum uideris efficere. Non eſt hic boni animi, bonæq; in Deum, in Pontificem, in Eccleſiam mentis oſtendendæ modus, & forma, cum Pontifice uerbis impudentiſſimis decertare, cum Romana Eccleſia iam tot annos ſuper alias Eccleſias conſtituta conuitijs, iniurijs,*

blaſphemijs pugnare, uerbis, ſcriptis, profeſſionibus conten-dere, nouam ſectam condere, populorum auram captare, Principum ope inter arma pro tuæ iniquitatis cuſtodia uerſari. Bene igitur, niſi fuiſſes locutus tu, lapides exclamaſſent, ſiue puer es, ſiue ebrius, ſiue inſanus. Id *agnoſcis tu, id de teip-ſo fateris, tuæ electionis à* Deo *conſcius factus es, dignus tan-to officio, dignus tanta gratia, dignus, ut per te mundus in nouetur, ut ſedes tua ab* Aquilone *poſita non* Romanæ, *quæ ad* Auſtrum *ſita eſt, uelut altiſſimæ ſimilis ſit, ſed ea ipſa magno interuallo ſuperior.* Totus *mihi non ſufficeret annus ſi uellem, quæ mihi ſuccurrunt in tui deteſtationem conſcribere, ſed ad tu-as alias ineptias ueniendum eſt, ut deniq; finiamus.*

FALLACES LVTHERII RATIONES *Qui-bus ex* Declaratione Sixti. IIII. Ponti. Maxi. *de ueniarum ple nitudine nouum fidei articulum à* Papa *fieri, aliaq; inſulſa, & er ronea commentus eſt.* Cap. XI.

Cingit ſe deinde Lutherius *ad infringendam ſixti*
a *quarti* Pontificis *finitionem, qua indulgentias declara uit, etiam defunctis per modum ſuffragij omnibus prodeſſe, dummodo mentio facta ſit, neq; modum illum ue-niarum plenitudinem tollere.* Nam (*inquit*) *ei dicendum eſt quomodo id probas pater optime? q̃* Pontificis *non ſit nouos ſtatuere articulos fidei.* Hic *eſſet articulus nouus.* Igitur *ad con-cilium ſpectare uidetur.* Nam *ſi ad* Pontificem *pertineret, ea, quæ ſunt fidei definire, quum ipſe homo ſit, ac errori ſubie-ctus, tota ſanè* Eccleſia *in maximo eſſet fidei periculo conſtituta.*

SECVNDO (*inquit*) *ſi* Papa *cum magna* Eccleſiæ *parte quicquam ſentiret, aut decideret; non eſſet hæreſis admittere oppoſitum, donec non eſſet per concilium alterum reprobatum.* Nam *cum concilio* Baſilien. *totam ferè* Eccleſiam *ſentire accæ-ptum eſt, beatam uirginem ſine peccato originali fuiſſe concæptã & tamen, quia altera pars, non eſt reprobata, non ſunt hæretici contraria ſentientes.*

TERTIO AIT *ſe non uidiſſe* Sixti Pontificis *deciſionem, & licet per modum ſuffragij ueniæ proſint defunctis, non ſequi, ut per eas euolent animæ ad ſuperos.*

QVARTO, quum nemo alieni uerbi eſſe poſſit interpres, multo minus erit Pontificis, niſi ſe ipſum exponat, quod tamen dictū ſi debeat interpretari manifeſtum eſt (inquit) ipſum non exprimere per indulgentiam ſtatim animam euolare. Non enim dicitur modus ſuffragij plene redimit animas: Sed non minuere indulgentiæ plenitudinem &c.

QVINTO, quum in abſolutionis forma dicitur remittendo tibi pœnas purgatorij quatenus claues ſanctæ matris Eccleſiæ ſe extendunt, reſpondet primo Lutherius id extra propoſitum eſſe, quia ea forma abſoluendi uiuentiū eſt, nō applicandi īdulgentias ijs, qui iam ex præſenti ſæculo deceſſerunt. Item quum obſcure poſita ſint ea uerba, explanatione indigent, & eorum oppoſitum ſine hæreſi defendi poteſt.

IN HVNC etiam modum ſequitur (ut dictum eſt) ſi Pontifex, & eius miniſtri pœnitentiarij appellati, etiam non errarent, donec concilium non ſtatuerit, quid ſentiendum ſit, & quid tanq̄ erroneum fugiendum, non eſſe opus, ut pontificiæ deciſioni fides habeatur. Hinc exclamat Martinus inſipiens maximam ueri concilij neceſſitatem, quod timet ſuum ſæculum non eſſe uiſurum, ut ob demerita noſtra in illuſionibus permaneamus.

INTERPRETANDI SCRIPTVRAS A Summo Pontif. cauſam exquirendam non eſſe. Supra Papam non eē concilium, cuius etiam quantum ualeat declaratio. Compluresq; Pontifices maximos ampliſſimas uenias conceſſiſſe. Cap. XII.

AT mi Martine multum aberras, quum a Pontifice interp̄tandi ſcripturas cām quæris. Nā ī declaratione ſummi Pontificis p̄ſumit̄ cauſa, cui ſtādū eſt, et potuit eſſe talis. Nam ſi cum plenitudine indulgentiæ modus ſuffragij componatur, ita hæ duæ partes conueniant opus eſt, ut quod p unum exprimitur, nequaquam impediat alterum. Si igitur in uenijs plenitudo abſolutionis ponatur, modus ſuffragij, qui adijcitur, illā neq; impedire, neq; minuere poteſt, aut debet. Alioqui ī prudēs ſatis, & ſuperuacanea fieret uerbo℞ additio in re tāti momenti. In qua de ſalute agit̄ aīa℞. Q̄d' dicere, aut arbitrari nō conuenit. Ratio hæc potuit mouere Sixtū. iiij. Ponti. q̄ oēm ſani iudicij hoīem mouere deberet, Quid deinde dicere audes eā īterpreta

tionē eē nouū articulū fidei? ut.n.ſi diceret Xp̄m deſcendiſſe ad
inferos diffinitiue, & non ſolū per operationem (ut habuit Tho/
mas) idq; à Pōtifice declararetur, nō eēt id articulus fidei, ita mō
hæc Sixti declaratio iter nouos fidei articulos cōnumerari nō p̄t.

FALLERIS Martine quàm maxime dum concilium maius
eſſe, quàm Papam uideris aſſeuerare. Nam à Pontifice authori
tatem ſumit, ſine quo etiam conuocari non poteſt. Et (ut pau/
cis perſtringamus, Nam ad alium locum diſputatio hæc diffe/
renda eſt) concilium ad Papam duplici modo comparatur. Aut
enim in concilio Papa includitur, & in hunc modum unum
non eſt altero maius, quia idem ſeipſo maius eſſe non poteſt.
Aut in concilio includitur Pontifex, & tunc ſine dubio Ponti/
fex eſt concilio maior, quoniam caput, quoniam ſine illius
authoritate, id conuocari non poſſit. Dices, Papa deponi po/
teſt, & non niſi à concilio. Igitur concilium etiam ab eo ſeiun
ctum maius eſſe uidebitur. At minime deponitur Papa niſi hæ/
reticus ſit? Neq; eo caſu deponitur, quia eſt ipſo facto Pntificia
authoritate priuatus, quumprimum in hæreſim lapſus eſt. Vt
primo libro docuimus. Quemadmodum intelligendū eſt cap.
Si Papa, quadrageſima diſtinctione. Ad propoſitum itaq; ue/
niamus. Si Papa repræſentat Eccleſiam, & cum eo (ut aſſeris)
magna pars Eccleſiæ etiam in cauſa fidei quicquam ita defini/
at, ut oppoſitum tenendum non explicet, ſi quis oppoſito ad/
hæſerit, hæreticus eſt. Quum uero dicitur, ex concilio Baſili/
enſi habetur beatam uirginem ſine peccato originali fuiſſe con
ceptam, & tamen ſi quis tenet oppoſitum non eſt hæreticus ap/
pellandus. Mentiris per fundum gutturis à Baſilienſi concilio
id definitum eſſe ſimpliciter, ſed pium eſſe credere illam ſine
peccato originali fuiſſe conceptam, alioqui ſi abſolute conci/
lium ſtatuiſſet originali labe immunem uirginem extitiſſe,
oppoſitum ſentire, aut fateri eſſet hæreticum. Quocirca ſi à
Pontifice, & aliqua Eccleſiæ parte abſolute aliquid decla/
retur, ſi quis oppoſitum credat, hæreticus factus eſt. Tu er/
go eris hæreticus Martine, qui modum ſuffragij indulgen/
tiæ illam plenitudinem, quam ſtatuimus diminuere aſſeueras.
Quæ quidem declaratio tantæ efficaciæ fuiſſe cenſetur, quan/
tæ ſi à concilio emanaſſet. Scriptum eſt enim Mathei. XVIII.
Vbicunq; duo, aut tres congregati fuerint in nomine meo, in

medio eorum ſum. Sed latius me nõ diffundo, quoniam hæc materia alium locum expoſtulat.

CONSIMILES quoq; uenias tradidit octauus Innocentius Pontifex Maximus pro ſuſcipiendis armis in turcas, plenarias. ſ. & per modũ ſuffragij ad redimendas in purgatorio animas exiſtentes. Nam formam illam à Pio, & à præfato Sixto Pontifice acceperat. Conſimiles Calixtus eccleſiæ Tyraſinenſi cõceſſit. Conſimiles Paſchaſius Pontifex dedit, ut apud ſanctam Praxedem Romæ legitur in quadam tabella. Conſimiles plures ſummi dedere Pontifices uiſitantibus eccleſiam ſancti Laurentij ſingulis quattuor ferijs anni, ut patris, aut alterius animam è purgatorio liberarent,

MAGNA profecto tertia ratio eſt, quã Lutherius attulit, dũ ſe declarationem eiuſmodi non uidiſſe meminerit, ac ſi uoluiſſet inferre, non uidi. Ergo non me obligat ad credendum. Pulchra quidem ratio, & tanto theologo digna.

SEQVITVR autẽ acceptis uenijs ſiue ſolutis pijs (quæ imponebantur) operibus ſtatim animam euolare, ſi in literis ea cõditio appoſita fuerit, quæ uoluntatem Pontificis indicat, à qua animarum ſolutio pendet eo modo, quem diximus, ut in eorum Pontificum paginis inſpicere eſt, quos paulo ante referebamus.

ET IDEO quod quarto loco pro ratiõe ponitur, ſolutum eſt. Licet enim non dicat Pontifex, per modum ſuffragij plene ita animas redimi, ut eueſtigio euolent. Tamen quum in literis continetur plenariam indulgentiam per modum ſuffragij, ita illis prodeſſe, ut queant ad patriam euolare, exprimitur Papæ intẽtio, qui ſic ſeipſum interpretatur, quemadmodum fecit Paſchaſius Pontifex prænominatus. Ipſe enim ſtatuit, ut ſi quis quinq; miſſarum ſuper altare ſanctæ Praxedis Romæ ſacrificia per ſe, aut per alium ſolueret, parentis animam, aut alterius è purgatorio poſſet eruere. Quod ille ipſe egit, & uoti factus eſt compos. Nam pro nepotis anima quinquies celebranti ex aduerſo in pariete beatam Virginem illum ex eo pœnarum loco extrahentem legitur apparuiſſe. Nugas has diceret perfidus Lutherianæ ſcholæ magiſter. Qui neque dictis, neq; factis, neq; multo minus ſcripturis Romanæ eccleſiæ credit, uſq; adeo illam (ſi Deo placet) diligit, amat, ueneratione proſequitur.

QVINTA huius hominis ratio, quæ reſponſi loco ſcribitur, pro noſtra ſententia facit. Nam ſi forma abſolutionis uiuentium eſt redimere animas à purgatorijs pœnis, quatenus ſanctæ matris eccleſiæ (ut dicitur) ſe claues extendunt, & ea quidem forma uera ſit, & recepta, quanto magis ea ipſa in indulgentijs ſeruari poterit, & defunctorum animabus prodeſſe? Nam ſi merus ſacerdos poteſt ad pœnas purgatorij ſuas claues extendere, quanto magis Pontifex, qui maior eſt? Dices, ſi remitteret ſacerdos purgatorij pœnas, quilibet moriens ſine ſatisfactione pœnarum abſolutus per ſacramentum pœnitentiæ euolaret ad ſuperos. Nōn id ea uerba ſonant. Nam propterea additum eſt, quatenus eccleſiæ ſe claues extendunt, ut per abſolutionem ſacerdotis non intelligatur plenam pœnarum luendarum in purgatorio factam eſſe remiſſionem. Sed dumtaxat earum, pro quibus aliquod pietatis opus, aut motus animi interior ſatisfacit. Quo circa inde licet poſtea nobis erigere rationem. Si ſacerdos per abſolutionem purgatorias pœnas diminuit, Pontifex qui maioris authoritatis eſt per modum etiam ſuffragij per indulgentias, & diminuere illas poteſt, & penitus auferre. Neque adeo obſcura ſunt ea uerba, qui eo modo legitime ualeant explicari, immo clariſſima quidem ſunt, & ſi quis earū oppoſitum ſenſerit, ſeſe eccleſiæ obſeruationi opponit, & ab hæreſi defendi non poteſt.

QVID DEinde concilium ut id finiat, & declaret, inuocat iſte homo? quod non niſi à prauis in dubium uertatur, quid præferant illa uerba, Et quod iam diu ab eccleſia receptum eſt, quod Pontifices ſummi, mediocres, & infimi, omnes ſacerdotes, totus terrarum orbis uſui habuit, non indiget concilio, & ſi indigeret, non eſſet tutus, ſi quis tantæ obſeruationis oppoſitum profiteret̃, immo (ut reor) eſſet inter hæreticos annumerandus. Quid eſt enim aliud ſentire oppoſitum eius, quod obſeruat uniuerſalis eccleſia, niſi non credere eccleſiæ. Quod tamen eſt unus de duodecim articulis fidei in ſymbolo declaratis.

INDE LIquere poteſt, unde Lutherio impudentiſſimo tanta ſit ſitis uidendi concilium, quod tamen ſe uiſurum deſperat. Et ante omnia id ei non alia ex cauſa contigit, q̃ ꝙ arbitratur ſe ab eo illuſtrari poſſe, ac ſuper ſydera tolli, qui iam iam ſe hæreſi

archam ſua authoritate conſtituit, non potens diutius tantope/re efflagitatum præſtolari concilium.

PLVRIBVS RATIONIBVS A DEFVNctis indulgentiarum ſuffragia tollere Martinum conari, Deq; earũ uanitate, Quo pacto exaudiat, et retribuat Deus, an q; omnes animas uelint (quod ambigendum non erat) à purgatorio re/dimi. Cap. XIII.

Rmat ſe nouis, ſed longe melioribus telis Lutherius aduerſus ſuffragia ueniarum, inquiens. Suffragij exauditio eſt, quæ animam liberat, non ipſum ſuffragium. Non enim orante eccleſia, ſed liberante Deo à pœnis purgato/rijs animæ redimuntur.

ITEM natura ſic agit Deus, ut cito exaudiat, & tarde retri/buat. Vt in ea oratione ab eccleſia canitur, multiplicatis inter/ceſſoribus largiaris, Diſtat itaq; ab exauditione, & executione ſuffragium.

RVRSVS magis alteri, pro quo offerretur, pdeſſet eiusmodi (ſi daretur) ſuffragium, q̃ ſi quis proprio officio redemptionis beneficium procuraret. Id uero abſonum eſſe uidetur.

AMPLIVS ſuffragiũ ideo prodeſt, quia acceptatur à Deo, ut acceptetur, non eſt in poteſtate Pontificis, Itaq; ut prodeſt, pro animarum ſolutione in illius eiusdem manu eſſe non poteſt.

QVINTO. uulgatiſſima quidem eſt diui Auguſtini ſenten/tia, illis ſolum prodeſſe ſuffragia, qui eadem ſibi ſuis actionibus meruerunt. Non eſt ergo in Pontificis authoritate poſitum ſuffragij iuuamentum.

SEXTO. idem uidetur ſuffragium, & Papæ poteſtas. Nam ſi aliud quidem ſit, unum ad purgatorium extendi poteſt, alte/rum minime, ut Lutherius cenſuit.

SEPTIMO. dubiũ eſt omnes animas uelle à purgatorio redimi. Nã inquit iſte ex ſcripturis fide digniſſimis audiuiſſe ſanctũ Seuerinũ, & Paſchalẽ potuiſſe ſuis meritis à pœnis purgatorijs liberari, ſi minus gloriæ comparatũ ſibi noluiſſent. Quo factum eſt, ut afflictionem diutius ferre uoluerint pro maiori gradu gloriæ comparando. Nullas autem inuitas animas ab inferis re/uocari conſentaneum eſt. Quo itaq; pacto p indulgẽtias quáli/

bet indifferenter datum eſt, erripi? Id quoque ex eo comprobari uidetur, ꝙ Paulus, & Moſes cupiuere fieri blasphemiã, & ſeparationẽ à Deo in æternũ ex nimia charitate, ꝙ ſi uiuis accidit, cur non defunctis?

M A G N A *profecto eſt prima (quæ ponitur) ratio, dum non ſuffragium liberare animam obiectatur, ꝙ id exauditio efficiat.* Vi*cisti* Lutheri, *in tuas partes uenio, nusq̃ ratio ſimilis uiſa eſt.* Cre*dis ne qui de indulgentijs per modum ſuffragij applicatis loquũtur, ſine diuina exauditione eas habere efficaciam opinari. ò ridiculum caput?* An *neſcis in uirtute* Dei Pontificem *per indulgentias animas liberare?* An *neſcis, quando data eſt* Petro *poteſtas, eius ſolutioni, applicationi ſuffragijs* Deum *ipſum cedere, & aſſentiri?* Concordes *ſumus.* Neq; *ideo in hoc amplius immorandum.*

Q V O D *ſecundo ponitur loco, cito* Deum *exaudire, & ſero tribuere, eſt utiq; inſipidum.* Tum *enim primum* Deus *homines exaudire dicitur, quũ primũ illis gratiam facit, niſi dum promittit ſe facturum quod petitur, ſit hominẽ exaudire.* Sed *eam exauditionem eſſe non approbo.* Vel *ſi debeat approbari, non tamen diu ſemper poſt exauditionem, ſed eueſtigio tribuit.* Quemad*modum per plenarias indulgentias efficere creditur ex authoritate* Petro, *& ſucceſſoribus eius conceſſa.* Quod *uero de ſanctorum orationibus dicitur, poſt exauditionem differre* Deum *retributionem, ut petentium perſeuerantiam probet, non ſemper habere locum eſt uiſum.* Nam *ſi miracula, quæ* Chriſtus, & Apo*ſtoli fecere, conſideremus, poſt implorationem ferè ſubito celebrata fuiſſe conſpiciemus.* Et *hæc ratio rhetorica eſt, ut more illius philoſophi, tecum iocer falſe* Lutheri.

N ON M A G I S *alteri indulgentia prodeſt, pro quo pium exercetur opus, q̃ illi qui illud exercet ſecundum proportionem.* Nam *ita unus ſicut alius ab offenſis, & ſupplicijs uindicatur.* Verum *tamen plus beneficij, quæ in purgatorio moratur, accipit anima, quoniam plus indiget, & pœnas, à quibus abſoluitur, actu iam ſuſtinet, quas nos hac in mortali uita non ferimus.* Pro *ſeipſo autem, & altero, uno tantum, aut pluribus operibus ueniarum beneficium aſſequi non eſt abſurdum.*

N O N *eſt etiam dubium, ſuffragium, ut* Deo *acceptũ eſt, animabus prodeſſe, & ut eiuſmodi, non ſimpliciter, ſed ex uoluntate*

diuina eſt in manu ſummi Pontificis, quia ſemel ſtatuit Deus, atq; ideo ſuis uerbis palam fecit, ut quotieſcunq; Petrus in terris ſolueret, eius ſolutionem, aut ſuffragium comprobaret in cœlis.

VVLGATA deinde diui Auguſtini ſententia uera eſt. Sed meritum duplex eſſe contingit, aliud quidem eſt ſpeciale, aliud ſecundum genus. De ſecundo habet ueritatem diui Auguſtini dictum. Nam ultra ſpecialia merita, animæ ſuffragiorum opem accipiunt. Et in hunc modum per indulgentias merito coadiuuantur.

DVO ſunt indulgentiam dare, & ſuffragij modus (ut late ſupra docuimus, & Lutherij amore denuo repetemus) Indulgentia poteſtatem Papæ concernit, ſuffragij modus excludit iudiciariam poteſtatem. Intelligis homo balbutiens?

QVOD deniq; non omnes animas uelle, aut cupere ab inferis reuocari q̃ citius poſſent, aſſeritur, excogitare nõ poſſum. Nanq; retardatio fœlicitatis magna quidẽ eſt pœna, à pœnis quis uindicari non cupiat? Pati amplius uoluerunt, ut maiorem gloriã compararent. At id quomodo fieri potuit? Nam ſi in purgatorio erant, non erat in ſua poteſtate diutius pati, ſi hac in uita ex purgatorijs pœnis maiorem gradum gloriæ non expectabãt. Dantur enim illæ pro peccatorum ſolutione. Peccare autem, ut fœlicior gloriæ gradus ſuccedat, neſcio ubi Martinus inuenerit. Pudet me cum tali homine loqui.

QVID Paulum, & Moſem anathema fieri, & ſeparari à Chriſto concupere ex nimia charitate iactandum? Nam oppoſitum potius ſequitur. Charitas enim eſt diſpoſitio maxima inclinans animum ad coniunctionem cum Deo, cur igitur ſeparari ex charitatis exceſſu potuit appetere Paulus. Nanq; ex alio capite quomodo ſeruaret Lutherius Paulum, dum .i. ad philippenſes aſſerit ipſe idem, cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto? Et alio quidem loco ad Romanos, quis me unq̃ ſeparabit à charitate Chriſti? non homo, non Angelus, non mors, non gladius &c. Sano igitur modo illud accipiendum eſt, quod de ſeipſo profert Apoſtolus. Nam ea uerba habet ad Romanos. cap. ix. quæ Martinus (ut ſui moris eſt) infideliſſime citat. Quum enim plurimũ ſe dolere aſſerat Paulus, doloris cauſam affert, inquiens. Optabam enim egoipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis q̃

ſunt cognati mei ſecundum carnem, qui ſunt Iſraelitæ *&c.* Non dixit ſe optare anathema à Chriſto *fieri in æternum.* Nam id *impudens ac prophanus* Martinus *adiecit.* Dolebat Paulus, ꝙ Chriſtianæ *militiæ addictos fuerat perſecutus, quo tempore ſe anathema à* Chriſto *eſſe malo deſiderio cupiebat,* pro Iſraelitarum *cultu, quos fratres appellat.* Vel *ſi bono, & laudabili deſiderio* id optaſſe Paulus *intelligatur, ita quidem exponēdus eſt, ut certo tempore ab hac uita ſe non receſſurū maluerit,* pro Iſraelitarum *conuerſiōe, q̄ citius in patriam euolatur.* Altero *duorū modorum intelligendus eſt* Paulus. Non *ut mendaciſſimus* Lutherius *aſſerebat:* Verum *illi eidem impudentiſſimo manus demus.* Dixerit Paulus *ſe anathema à* Chriſto *fieri optare in æternum.* Non eo modo *quo malignus iſte, immo perfidiſſimus hominum illum interpretatur, intelligendus eſſet, ne foret* Paulus *ſibiipſi contrarius.* Poſſemus *enim dicere ita ſe* Deo *conformem ſua uoluntate fieri optaſſe, ut ſi illi placuiſſet, ſe anathema fieri uoluiſſet.* Nam *ſub conditione illud, non abſolute audiendū exiſtimo.* Adde *ꝙ ſe indignum ea coniunctione maxime poterat iudicare.* Atq; ideo *humilitatis gratia in eum merito uideri ſermonem prorumpere, quo & anathema fieri, & ſeparari à* Chriſto *in æternum cōcuperet.* Dubitare *etenim forſitan diceretur ex ſpe nimia ſe in arrogantiæ labem incurrere, ꝙ ſi anathema, & penitus à* Domino *ſeparatus fuiſſet, dubitare non potuiſſet.* Verba *hæc ſi eo modo iacerent, ꝙ dicendi conſuetudini eſſent innixa, facile admitterētur, quum tamen abſolute prolata pro ueris illa recipere non deberemus.* Ita *etiam de* Moſe *dicendum eſt, quod de* Paulo *diximus.* Audi, *& cordi fige, quomodo tua hæc tam obſcœna à nobis recipiantur mendacia ô* Lutherianæ *ſcholæ magiſter.*

NVLLA ESSE SANCTORVM MERITA, *quæ in* Theſaurum Eccleſiæ *nobis relicta ſunt rationibus* Lutherianis *diſcutitur.* Cap. XIIII.

ET *præteream innumera, quæ ſuis quæſtionibus interſeruit homo iſte, uenio ad poſtremam huius negocij diſputationem.* Vbi *de ſanctorum, & Chriſti meritis agit.* Ait *q; in primis nulla eſſe ultra debitum ſanctorum merita, quæ*

ob id, ꝙ irremunerata non ſunt ſupererogationis opera nuncu/pantur, quæ in theſaurum eccleſiæ relicta ſunt, & indulgentijs iuncta Pontificis authoritate opitulantur.

E T P R I M O. quia Deus dat premia ultra condignum. Et Paulus inquit, non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, Sed ſancti omnes ſunt gloriam aſſecuti. Ergo ultra merita ſunt premia conſecuti. Nullum itaq; eorum extat ſupererogationis meritum nobis relictum.

S E C V N D O. Nullus ſanctorum impleuit mandata Dei, dũ uiueret. Ergo minus quod ſuperexcederet, compleuerunt. Ante/cedentis oppoſitum hæreticum Lutherius aſſerit. Nam inquit ſer/uator Ieſus quum feceritis omnia quæ ſcripta ſunt, dicite ſerui in/utiles ſumus. Seruus autem inutilis eſt, qui minus q̃ debeat, ope/ratur.

T E R T I O. Mathei. xx. cap. ſapientes. uirgines de ſuo oleo ni/hil alijs communicare uoluerunt, quia timebant, ne ſibi defutu/rum eſſet in poſterum. Per oleum autem bona quidem opera in/telliguntur.

Q V A R T O. Paulus primæ ad Corinth. iij. cap. ait, unusqs/q; mercedem ſuam accipit ſecundum ſuum laborem. Ergo pre/mium erit operi coæquatum.

Q V I N T O. ad Galatas. vi. cap. Vnusquisq; pro ſe reddet ra/tionem. Et denuo, unusquisq; recipiet, prout geſſit in corpore. Itaq; nihil ex geſtis ſine premio eſt, Quod pro theſauro ſit no/bis relictum.

S E X T O. omnis ſanctus diligendi Dei eſt debitor, Ergo nunq̃ pro debito ſatisfacit. Quanto minus itaq; ultra debitum ſatis/faciet?

S E P T I M O. orant ſancti pro debitis. Ergo ſemper debiti ſunt. Orant inquam, oratione dominica quæ omnibus à Deo, etiam ſanctiſſimis uiris iniuncta eſt.

O C T A V O. aliquid impietatis ſemper habet ſanctus, q̃a ſcri/ptum eſt. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus. Et hac authorita/te utitur Hieronymus contra Pelagium.

N O N O. omnia mandata implẽtur (ait diuus Auguſtinus pri/mo retractationũ libro) quando quicquid non impletur, ignoſci/tur. Et hoc de ſanctis affirmat. Itaq; omnia compleri dicuntur, quando compleri non poſſunt.

DECIMO. *idem aduerſus* Iulianum. *lib. ſecundo. decem ex maioribus noſtris ſanctiſſimos* Dei uiros *enumerat, qui ſine peccato eſſe neminem profitentur:* Iuxta id quod Ioannes in epiſtola meminit. *Si diximus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus.*

VNDECIMO. *ex impoſſibili (inquit Lutherius) admiſſo adhuc non ſequitur merita martyrum expendenda eſſe in tam uili negocio pro ſolutiõe pœnarum.* Debent enim *potius eſſe nobis exempla.* Oramus *ſanè quotidie quorum feſtum colimus, uirtutem, quoq; paſſionis imitemur.* Inſuper *ſancta mater eccleſia tum matris officio fungitur, quum nos corrigit, non quando relaxat pœnas.* Nam *ſi relaxat, hoc facit tanq̃ de profectu filiorũ ſuorum deſperans.* Atq; ideo Auguſtinus *in ſermonibus ait, ſolemnitates martyrum, non remiſſiones, ſed exhortationes martyriorum ſunt, ut imitari nõ pigeat, quod celebrare delectat.* Hæc Martinus.

RATIONE VNICA ET SENSATISSIMA *oſtenditur aliqua ſanctorum merita pro* Theſauro Eccleſiæ *fuiſſe relicta.* Et *diſſoluuntur oppoſitæ rationes.* Cap. XV.

AT *una tantum ratione aduerſus* Lutherium *agam inquirens, ſancti martyres, qui magno cruore crucem tulerunt, & mortem, potuerunt ne ſine tot afflictionibus, non dicam ſuis meritis condignis, ſed congruis ad cœleſtem patriam euolare?* Si *negabit, uerum negabit.* Nam *ita diuinis legibus inſtitutum eſt, ut ſi quis ſine peccato (quod quidẽ ad mortem eſt) intereat, ſuperos petat.* Hominem *uero ſine peccato decedere (quũ pœnitẽtiã egerit) cui dubiũ eſt qñq; fieri potuiſſe.* Illũ *eundẽ ſine peccato, qđ ad mortem eſt, uitã agere quid ꝓhibet?* An *forte præcepit* Deus *nobis id, quod attingere non ualemus?* Alioqui *nos in hunc modum ipſe luderet, irrideret, negligeret.* At *hæc* Deo *conuenire nõ poſſunt.* Huius *etiam conditionis uir poſt interitum ſaluus eſt?* Saluus. Quum *uero per afflictiones emoritur, per tormenta, per crucem, multo magis ſaluus efficit.* Quod *ergo pœnarum, & ſupplicij tulerit pro ſalute, id pro aliorum, etiam commodo ex parte relinquere potuit, quod ſupererogationis opus, & theſaurum eccleſiæ libuit appellare, hæc aũt*

hereditas, ſiue legatum, ſi quæratur quomodo factum ſit. Dicemus ex uoluntate diuina, quæ ſuauiter, magnaq; cum prouidentiæ menſura cuncta diſponit. Si recte mentis, ſaniq; iudicij fuerit homo iſte, rationis huius ueritatem non ualebit effugere.

A D E I V S *modo rationes ſit una diſtinctione data ſolutio, quibus ſe tantopere magnificat impudentiſſimus, omniq; perfidia plenus*. Non enim hoc quoq; loco *ueretur*, qui oppoſitum *ſenſerit, hæreticum* appellare. *Quo ſit, ut tanto authore* (*ſi* Deo placet) *Thomam*, Bonauenturam, *inter ſanctos ab Eccleſia relatos, hæreticos fuiſſe dicamus, immo* Eccleſiam *magna quidem inſcitia laboraſſe, aut ipſam quoq; in hæreſis ſordem uerius incidiſſe*. Non *curat hæc* Martinus, *&* longe deterio*ra fateri, quia nulla ſatis illi* Eccleſia *uiſa eſt*.

V N O I N Q V A M *uerbo illius omnia diluuntur obiecta*. Nanq; *ſanctorum merita abundare, dupliti quidem modo queunt intelligi, Abſolute, ſcilicet, aut reſpectu pietatis diuinæ* Abſolute *ſanctorum merita abundare non poſſunt, quod tantæ fœlicitatis, & boni quod aſſequuntur comparatione nulla eſſe uideantur, etiam ſi eſſent innumera. Sola enim ſua pietate* Deus *illos ſaluos eſſe conſtituit. Quæ tamen ſi ad eius miſericordiam compararentur* (*qua ſtatuit non ſolum, qui per tormenta, paſſiones, & crucem uita defungerentur, in patriam migraturos, ſed etiam, qui ſine peccato, quod ad mortem eſſet, decederent*) *ſuperabundare dicuntur*.

E S T H A E R E *ticum hoc, ò hæreſis & perfidiæ* author. Lutibunde Lutheri? Id eſt, *quod omnes* Theologi *clamant* Deum da*re premia hominibus ultra condignum, ſcilicet ſimpliciter, & abſolute, ſed reſpectu propriæ pietatis non ultra condignum præmia ſemper impendit*. Et *tunc merita excedere queunt, ac eſſe commodo, & uſui alijs animabus, indulgentiarum, aut quouis alterius medio*.

I N H V N C *modum* Paulus Apoſtolus *uere ait non eſſe condignas paſſiões mundi huius ad futuram gloriam abſolute*. Sed *ratione pietatis dignæ ſunt, quia ipſe* Deus *dignas eſſe conſtituit*.

I N H V N C *etiam modum ſi fecerimus* Dei *mandata, adhuc debemus dicere, nos ſumus inutiles ſerui, inutiles abſolute*. Quia *per merita noſtra nihil nobis acquirimus, ſed comparatione diuinæ pietatis, & conſtitutionis, dum mandata ſeruamus, non*

peccandum proni, qua eis quicq̃ deeſt, ut uero ſanctitatis nomine nuncupentur.

NEQVE MInus eadem interpretatione dignus eſt Auguſtinus; dum mandata dei impleri, tum meminit; quũ quod non impletur, ignoſcitur.i.abſolute impleri non poſſunt. Sed ex pietate diuina. Et quemadmodũ implentur, ita etiam ultra iplementum illud datus eſt aliquis meritorum exceſſus pro theſauro in ſinu eccleſiæ collocatus.

IDIPSVM IPSEmet Auguſtinus ſentire uidetur, dum tantorum uirorum, & Ioannis preſertim Euangeliſtæ teſtimonio ſine peccato nullum eſſe commemorat. Quod de ueniali intelligendum monemus. At id nil meriti minuit, quod nequaq̃ ad mortem ſit, etiam ſi per impoſſibile creſceret ad ifinitũ.

QVOD VLTIMO loco inſanus iſte uir ſi meritorum aliquis in ſanctis daretur exceſſus, non expendi debere aſſerit in tam uili negocio ſoluendarum pœnarum, Viliſſimum quidem eſt. Quod enim non hominis eſt, ſed rerum omnium conditoris, uilisſimum facit. Item quod iuſtitiæ debitum ex pietate diminuit, eſt ne uiliſſimum donum? ſi uiliſſima pœnarum ſolutio, uiliſſima pietas, uiliſſimus author pietatis. Horreſco referens, quæ non pudet ex ore huius uiperæ aſſiduæ promulgari. Exempla ſunt, ac eſſe debent nobis Martyrum pœnæ, ſed pro aliorum ſupplicijs minuendis quin, à, Pontifice tanq̃ dei miniſtro expendi ualeant, quomodo ſequitur? Vnde eam logicã excipis ò Martine.

EST ETIAM nobis mater, & ut mater eſt, debita relaxat Eccleſia, eius præſtantiſſimum Principem imitata, qui ea erga nos liberalitate eſt uſus, qua ſeipſum pro nobis tanquam ouem immolauerit, ac in hoſtiam ligno crucis affixum ardentiſſime dederit, quos diligit Deus, qui nobis pater & mater eſt, non relaxat, ſed corrigit, & caſtigat, dum iuſtitiæ opera exercet. At non ſolum iuſtitiæ opus Deo optimo eſt debitum, ſed etiam pietatis, ſi hæc ignorat Lutherius nihil eſt amplius, quod in hac mortali uita eum ſcire contingat.

QVOD INſuper non agere quantum debemus, peccatum eſſe aſſerit Lutherius, eſt utiq; deridendum. Nam bonum opus eſt, quod merito aſcribitur, quod peccatum eſt, non aſcribitur merito. Ergo bonum opus peccatum eſſe non poteſt. Ve-

niale eſt, ſi non eſt peccatum, ueniale dici non debet. Ex mandatis (inquit Auguſtinus) tum aliquid impletur, quando quod non impletur ignoſcitur. Quid tum? Non enim ſequitur ſi quid nobis ad mandatorum exactam obſeruationem deeſt, ut defectus ille peccatum debeat appellari. Deficere in operibus bonis ex imbecillitate naturæ non eſt peccatum. Nam alioqui Deus inculpandus eſſet, qui uacat omni culpa, quoniam peccati author uideretur, ſed immorari in hoc eſt recte ſentienti ſuperfluum, & redarguere hominem, qui Bonauenturæ ſententiam deridet, dũ ſine peccato etiam ueniali quempiam eſſe non indecere arbitratus eſt. Quod ſi Ioannis Euangeliſtæ dictum adduceretur. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus. Diceret ſanctus Dei uir Bonauentura id dixiſſe Ioannem, ꝙ difficillimum quidem ſit nequaquam in ueniale peccatum incidere, non autem quia fieri non poſſe putet, ut ab omni ueniali labe homo ſit prorſus immunis.

MERITA CHRISTI NON ESSE THESAVrum aſſeruatum Pontifici pro ueniarum diſtributione oſtenditur rationibus pluribus. Cap. XVI.

a Literam theſauri Eccleſiæ, & præcipuam partem conatur eneruare Martinus, quæ ex chriſti meritis parta eſt. Non enim abnegat merita ipſa audaculus homo, ſed per ea indulgentias hominibus tribui, & ea quidem ratione in primis, qua neq; per ſcripturas, neq; per rationem illud oſtendi poteſt. Quo fit, ut hæreticis reſiſtere nequiremus, ſi omnia in hũc modum, neq; aliter in Eccleſia ſtabilimentum acciperent.

SECVNDO, merita Chriſti ſine clauibus Pontificijs identidem operantur. Non ſunt ergo apponendæ claues, ut precioſus iſte Theſaurus hominibus diſpenſetur.

TERTIO, fieret irreuerentia meritis Chriſti ſi pro relaxandis peccatorum ſupplicijs expenderentur. Nam potius dicendum eſt in exempla uirtutum præſtantiſſima, quæ quisq; pro uiribus imitari debuiſſet, iſtituta fuiſſe. Eſt.n. uiliſſimum qd (ut iã dictũ eſt) remiſſio pœnæ, qm̃ hoiem facit inertem, & peccatis obnoxium.

QVARTO, OPEra noſtra bona ſunt indulgentijs meliora. At Chriſti merita noſtris operibus præſtant, &

per indulgentias Chriſti merita diſpenſantur. Ergo indulgentiæ noſtris operibus præſtant. Et ſic præſtant, & non præſtant. Si dicetur (inquit Lutherius) merita Chriſti ſimpliciter ſumpta ſunt noſtris operibus meliora, quemadmodum per indulgentias applicari non ſolent. Si uero ut pro pœnis eadem merita ſatisfactoria ſunt, recipiantur, in hunc modum ſunt Bonis noſtris operibus deteriora. Quomodo illud probabis? Nõ enim tibi nuda narranti credere debeo. Item ſuperius dictum eſt merita, quæ applicantur excedere pro pœnis, quia remunerata non ſunt. Itaq; ſunt adeo uilia, ut remunerari non poſſint. Et tamen quæ ſuperabundant præſtantiora ſunt alijs, Ex quibus patet ſanctos ſecundum minora fuiſſe remuneratos, quia quæ perfectiora ſunt, alijs relinquunt, ut faciant ſatis, & in hunc modum Deiuirgo catherina, & beatus Laurentius Martyres pro uirginitate, & Martyrio nihil acceperunt. Quod ſi de ſanctis dicere impium ſit, multo magis de Chriſto impium eſt profiteri. Et eſt pura blaſphemia.

QVINTO, ſi indulgentiæ ſunt pœnarum omnium laxationes, non debet homo ulterius ieiunare, aut boni, aliud facere. Nam ad plenum eſt per indulgentias peccatis omnibus ſatisfactum, neq; ualet (inquit) ſi dicatur, eſt incerta remiſſio, & ideo ieiunandum. Nam qui ita dicunt, non ſoluunt, ſed potius blaſphemant claues Eccleſiæ, ꝙ ſi incertam culpæ faciunt remiſſionem, multo magis pœnæ erit incerta remiſſio, & ſic indulgentiæ eſſent quædam impiæ fidelium deceptiones. Item ſi habita indulgentia adhuc agenda ſunt pœnitentiæ opera, quia de conſecutione ſumus incerti, ſequitur nos de meritorum Chriſti applicatione habere incertitudinem, an ſatisfactioni pro peccatis ſufficiant, Id uero nefandiſſimum dictu eſt. Si uero de conſecutione indulgentiæ non dubitamus, cur opera noſtra meliora putamus? Per indulgentias itaq; omnia redimemus.

SEXTO, PAPA mecum eſt (inquit) libro quinto de pœnitentijs & remiſſione cap. Cum ex eo, quia eneruationem pœnitentialis ſatisfactionis indulgentias uocat. Sed eneruatio non eſt impenſio meritorum Chriſti. Et ſimiliter eſt mecum Eccleſia, quia cum Papa ſapit.

SEPTIMO, Nulli datur gratia contritionis, quin ſimul ei

dentur merita Chriſti. Ergo ante indulgentias is habet theſaurum meritorum Chriſti. Non itaq; per indulgentias conceduntur. Antecedens patet, quia per contritionem homo redit in gratiam, ſicut filius prodigus cum Chriſto patre ſuo, qui dicit omnia mea tua ſunt. Et Eſayas. IX. cap. Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Et Paulus ad Roman. VIII. Quomodo non omnia cum illo nobis donauit.

OCTAVO, fœliciores eſſent in Dei Eccleſia, qui peiores ſunt. Nam indulgentiæ delinquentibus ſolum proſunt. Pueris uirginibus, innocentibus non applicabitur iſte theſaurus.

NONO, fruſtra Papæ authoritas exigitur. Vbi ex ſeipſo aliquid aliud identidem operatur. At Chriſti merita ex ſeipſis beneficium fidelibus operantur. Itaq; fruſtra ad eum finem adijcitur authoritas Papæ. Dupliciter autem Chriſti merita fidelibus opitulantur. Vno quidem modo proprie, quemadmodum gratiam, iuſtitiam, ueritatem, patientiam, humanitatem, in electi hominis ſpiritu aggenerant, & hoc pacto Chriſti merita uere theſauri poterunt appellari, Alio modo improprie, et hoc pacto crucem, laborem, pœnas uarias, mortificationem inducunt ad delendum peccatum. Et ideo ſcriptum eſt. Ego ad flagella paratus ſum, & dolor meus in conſpectu tuo ſemper. Hæc de meritis Chriſti in ſumma authore Lutherio.

DESTRVCTIONES EARVM RATIOnum, quibus Chriſti merita per indulgentias diſpenſari non poſſe uidebantur. Et quomodo ex autho. Eccleſiæ, diuinaq; inſtitutione oppoſitum deducatur. Cap. XVII.

NOn poterat à ſuo ſolito, & tam frequenti in ſuis lucubrationibus obiecto, nunc quoq; abſtinere Martinus, dum neq; ſcripturas, neq; rationem haberi meminit, qua oſtendi queat per indulgentias Chriſti merita fidelibus diſpenſari. Cui toties noſtra quoq; obijcitur ueritas, quoties eius nobis proponitur falſitas, ut cum eius ipſius impudentia, inſcitia, ruditas, pertinacia, ignominia pateat, & confundatur.

AGE O' MARTine quænam maioris apud te authoritatis ſit, ſcriptura, an ipſa, in qua ſumus, Eccleſia? Si ſcriptura, quod

modo hæc comprobetur inquirimus, Nam quædam ex ſcriptu-ris admiſſæ quidem ſunt, quædam autem minime, quo itaq; pacto fiet diſcretio bonarum à malis? Non per rationem. Quia de his ratio haberi non poteſt. Neq; per ſcripturas alias, quod de illis ipſis eadem formanda immuneat quæſtio, tumq; facile aditus ad infinita contingeret. Ad Eccleſiam igitur recurren-dum, quæ iudicet, quæ definiat, quæ comprobet, quæ diſcernat inter ueras, & commentitias editiones. Non ne legitur in Eccleſiaſticis hyſtorijs, quoddam eſſe reiectum Euangelium, quod ſecundum hebræos uocabatur? Non ne de compluribus ſimiliter epiſtolis Eccleſia aliquando dubitauit? ut de Ioannis ſecunda & tertia, Et eam quæ Barnabæ inſcribitur reſpuit? Quas uero recepit, quæ ſeptenario numero deſcribũtur, Canonicas appellauit. Non ne libellus, qui paſtoris dicitur, & reuelatio Petri, & doctrina Apoſtolorum, & actus Pauli inter eiusmodi reiectas hyſtorias enumerantur? Non ne complures hyſtoriæ inter Apocriphas habitæ ſunt? ut de beatæ Mariæ uirginis, cum corpore in cœlum aſcenſu, de Ioannis Euangeliſtæ uita usq; ad diem iudicij duratura, & eiusmodi alijs, quæ non niſi iudicio Eccleſiæ Apocriphæ nominantur? Non ne eadem ratione, & cauſa ſanctiſſimus Dei uir, & irrefragabilis. Auguſtinus ideo Euangelijs, quæ ſunt ſcripturarum omnium maximæ, & præſtantiſſimæ ſe non credere aſſerit, niſi prius Eccleſiæ crediidiſſet? Id in Epiſtola fundamenti contra manicheos (ſi neſcis) habetur, accede, lege, diſce, & teipſum corrige, ne ſemper inſanias. Et dum uelis aduerſus hæreticum ſcripturis, aut rationibus armari, arma ab Eccleſia capias, quæ ſcripturarum eſt mater, ſine qua ſcripturæ non proſunt, non uigent, non admittuntur. Si lymphas habes in fonte, non eſt tibi de riuulis procurandum. Si Rex tibi fautor eſt, cur operã quæris à ſeruis, Magnum eſt apud pios momentum Eccleſia, magnum principium, maximum fundamentum. Non ne hæc mater eſt noſtra? Nõ ne ſpiritus ſanctus eam inſtituit? Vbi nullus quidẽ error, & preſertim in rebus pijs eſſe perniciosũ. Hac cũ hæreticis diſſertare poterimus absq; alijs ſcripturis, eos cõuincere, et ad nr̃as trahere partes iuitos, niſi illi prſus oppugnẽt. Q ñ ñ erũt hæretici, ſed uñũcumq; xpianæ pietati cõtrarij. Quũ itaq; ſolã (ut cõcludamus) tibi eccleſiæ authoritatẽ nõ ſufficere aſſeras,

ab Eccleſiæ ſtabilitate recedis. Eiuſmodi autem ſententiæ uir hæreticus ne ſit, tibi ſtatuo iudicandum. Is ne Lutherius ſit, an hæreticus uel ne, ſed pius, immo pientiſſimus. Qui ſi à noſtra forte recedit Eccleſia, aliam ſuo modo conſtituit, ueluti nouam Hieruſalē de cœlo deſcendentē ueluti ſpōſam ornatam uiro ſuo.

SED VIDEAMVS, an ulla potuit eſſe Eccleſiæ ratio, ut rem gratam Lutherio faciamus. Non negat theſauros iſtos Lutherius, ſed negat poſſe per indulgentias à Pontifice diſpenſari. Id ergo nobis paucis perſtringendum eſt, & ratione probā dum. Sunt Chriſti merita, ſunt theſauri qui per ſacramenta fidelibus diſpenſantur. Nam hæc non niſi in eorum uirtute gratiam operantur. Sacramentorum miniſtri non ne huius theſauri diſpenſatores eſſe dicuntur? Quum itaq; Pontifex longe maior ſit omnibus, qui ſacramenta diſtribuunt (ut ſuppoſitum ex prima huius operis ſectione conſpicuum eſt) alio quidem modo ea ipſa Chriſti merita, eos ipſos theſauros diſpenſare ualebit: At modus ille, niſi per indulgentias, excogitari non poteſt, per illas ipſas igitur precioſiſſimos iſtos theſauros diſpenſabit. Ratio hæc uniuerſalem potuit mouere Eccleſiam, quæ Martinum non mouet, quia immobilis eſt, impius & infidelis, ꝙ non credit Eccleſiæ.

ALIA ETIAM ratio ad id facere inſpicitur. Quam à diſſertationis huius exordio ponebamus, & honoris tui gratia ò Martine repetimus. Ex his enim quæ fieri potuerunt à Domino ſemper quod præſtabilius eſſet, eſt actum, quoniam ipſe rerum omnium opifex optimus nullum ſanè in ſuis operibus defectum, uel excogitabilem patitur. Quum itaq; ſuam, quam condidit, Eccleſiam hoc priuilegio, & authoritate exornare potuiſſet, ſi non exornaſſet, non eſſet uſq; adeo perfectum eius opus, ac ſi eo beneficio illam uoluiſſet afficere. Atq; ideo in ſuo opere imperfectum Deum facile diceremus, quod profiteri eſt mera blaſphemia. Præſtare autem Eccleſiam ſibi ipſi eo munere diſtribuendi per uenias Chriſti theſauri à ſummo in terris miniſtro, quis eſt tam mentis inops, qui neſciat? Eam ipſam igitur ita ſe habere, & Pontificem ſummum fœlices iſtos, & admirabiles Theſauros diſpenſare dicendum eſt.

DICES, ſine adminiſtratione theſauri cur non propria authori-

tate Pontifex, id agere potuit. Nanq; id quoq; ad maiorem Eccleſiæ dignitatem, & laudem accedere uideretur. Id certe non decuit. Neq; ex quo Chriſtus ſeruator pro nobis occidi uoluit, & cruorem effundere, aliunde eiuſmodi beneficium licet accipere. Ita enim ſua ineffabili ſapientia, qua cuncta regit, inſtituit, quo quidem melius inſtituiſſe, aut egiſſe non potuit. Sed ad figmenta, & captiones Lutherij deueniamus, ut quātum ualeāt, penſitemus, ſint ne iconuincibiles (ut ipſe modeſtiſſimus aſſerit) rationes, an potius uento agitatis folijs leuiores, Plenæ fumo plenæ inſcitia, plenæ miſeria.

CAPTIONES LVTHERII DISSOLVVNtur, & quomodo Chriſti merita per claues Pontificias facilius, nobilius ſecundū ſe, & liberalius fidelibus diſtribuanť. Ca. XVIII.

PRima eius iam captio euanuit ex his, quæ modo referebamus.

SECVNDA eneruata eſt, quoniam & ſi Chriſti merita ſalutem ægris concedunt, authoritate tamen Pontificia (quod per claues impendere dictu eſt) facilius applicantur. Ex ſe enim uno modo proſunt, ut per ſuffragia, ut etiam per ſacramentorum miniſteria conferuntur. Sed indulgentiæ modus magis ad Eccleſiæ dignitatem attinet. Quam ſummis honoribus, et pietatis fructibus, ſponſus eius Ieſus decorare, ac illuſtrare conſtituit.

TERTIA ratio uana eſt, nam falſum ſupponit, ꝙ pro pœnis tantummodo auferendis Chriſti merita diſtribuantur. Nam qdcunq; gratiæ, quodcunq; iuſtificationis pius aſſequitur, huius pretioſiſſimi theſauri meritis ſibi conquirit. Dum ſacerdos pœnitentiæ ſacrum iniungit, Chriſti merita expenduntur. Dum baptiſma conceditur, theſaurus eiuſmodi diſpenſatur. Dum ſpiritali cibo ueſcitur animus, ijs opibus diteſcit, quas nobis Princeps noſter reliquit in terris. Sed ueniarum modus liberalior, quidem eſt nobilior, & conuenientior Principi. Neq; uilior hic diſpenſandi theſauri modus eſt, ꝙ hominem inertem quandoq; reddat. Nā quum ſolertiorem illum ex liberalitate ſua deberet efficere, ſi ſecus eueniat, non eſt officio eius propterea imputandum, ſed male hominum uoluntati. Idcirco parce, oportune, ac magna urgēte neceſſitate ea diſpenſatione uti debet Eccleſia. Quæ quum in

bono ſpiritalis terræ inſtar, cuiusdam ſeminis, gremio collocabi- tur, ſolertiæ, iuſtitiæ, pietatis egregios pariet fructus. Non ne id *in humanis quotidie negocijs comprobatur?* Non ne liberalitate *Princæps ſibi maiorem populi gratiam comparat?* Non ne ea uir- *tute illum ſolertem ingenuum, & officioſum inſtituit? quando af fuerint iuſtitiæ frena, quæ in ſpiritalibus multo minus ob ueniarum beneficia laxari debent. Sint exempla Chriſti merita, imitemur eadem, enitamur pro uiribus, ut per ea Chriſto ſimiles efficiamur.* At *inde non expendenda eſſe interdum pro humanis infirmitatibus, pro redemptione animarum à purgatorijs pœnis, pro communi omnium beneficio non uideo, quomodo legitime iferatur.* Nulla *quidem tua hæc eſt ratio, irrationalis (ſi dicere liceat) homo* Lutheri. *Nam quum ad unũ ſcopum te dirigis, omittis alium, qui necęſſarius eſt, qui dignus, qui utilis, qui tanto tempore ab omnibus in catholicam pietatem recæptus.* Sed *hanc ſpernis pietatem, neq; ideo mirum, ſi quæ illius ſunt omnia reſpuis.*

QVARTA Lutherij *ratio nulla eſt, dum indulgentias noſtris operibus præſtare ſimul, & non præſtare, credit oſtendere.* Nam *et ſi melius eſt bene agere, q̃ uenijs indigere, tamen Chriſti meritum nõ ſimpliciter, ſed ut per indulgentias applicatum, eſt bonis noſtris operibus minus bonũ, ut ipſemet author meminit.* Quũ *uero dicæbatur, & quomodo illud probabis? mihi non modicus contigit riſus.* Non *ne conſtat inſipiens melius eſſe bene operari, q̃ indulgentijs indigere?* Qui *enim uenia indiget, peccat, qui bene operatur, nõ peccat.* Melius *eſt non peccare ſimpliciter, q̃ peccare.* Ergo *melius eſt bene agere, q̃ uenijs indigere.* At *dum quis aſſequitur ueniam, illa eadem prius indiguit.* Itaq; *indulgentiæ minus præſtant, q̃ opera noſtra bona.* Chriſti *uero merita ſi per indulgentias applicantur, & indulgentiæ nobis ſint minora bona, q̃ opera, ſequitur eo modo nos nobis prodeſſe minus, q̃ operibus noſtris.* Quid *clarius?* Quid *euidentius?* Animaduertendum *eſt etiam bona opera noſtra Chriſti merita nequaquam excludere.* Nam *ſine Dei gratia, quæ Chriſti meritis nobis infunditur, grata, & accepta eſſe non poſſunt.* Excluditur *autem ſola meriti applicatio illa per Pontificem facta, quæ liberalitatis officium ſapit.* Quum *uero additur, ſi Chriſto, & ſanctis eius merita ſuperfuiſſent, nullo affecta præmio, uilia quidem eſſent.*

Quia quod præmium non ſuſcipit, non eſt præmio dignú. Pulchra quidem ratio, & Lutherio digna. Non ſunt undecunq; præmio affecta merita Chriſti, nõ q̃a uilia ſunt, ſed quia longe plus paſſus eſt Chriſtus, q̃ pro ſalute, & gradu ſalutis eius humanitas retributionẽ acceperit. Quod de ſanctis eius ſimiliter aſſerendum eſt. Quum q; oppoſitum tanq̃ inſanus Lutherius infert, Catherinam Virginem pro uirginitate, & martyrio nihil accepiſſe, denuo mihi riſum commouit. Nam etſi plus paſſa eſt per martyrij afflictionem, q̃ pro ſalute, & ſalutis gradu illi neceſſarium fuerit, non tamen pro martyrio eam, ſanctosq; alios nihil præmij accepiſſe propterea demonſtratur. Nanq; (ut dictum iam eſt) licet ſit aliquis meritorum exceſſus ex uoluntate diuina, qui pro alijs ualeat reſeruari, tamen ex martyrio quoq;, aut uirginitate ſancti ſibi maiorem gloriam compararunt. Tota autẽ rõ reſeruatæ huiuſmodi hereditatis eſt liberalitas ipſa diuina, quæ quantum fieri potuit, bonum diffundit omnibus atq; diſtribuit. Vñ hæc tua orta eſt Martine, & quo te rapit inſania? qua eiuſmodi tam inſulſa, ac inſipida aſſerere non uerearis.

QVOD uero quinto loco à Martino pro ratione deducitur, tam ridiculum eſt, tam pernicioſum, ac pijs auribus diſſonum, ut non modo dictu difficillimum ſit, ſed etiam cogitatu. Si ueniæ pœnas relaxant, non ergo bona amplius agenda ſunt opera, quum iam per indulgentias ſit pro peccatis omnibus ſatisfactũ. Singularis profecto ratio eſt hæc, qua nouus uiuendi modus uidetur inſtitui. Memineris ne Martine quo pacto ſupra tanta cũ efficacia aſſeuerabas omnes uel ſanctiſſimos uiros debere ſemper orare? bonis operibus abundare? & per totam uitam pœnitentiam agere, ac crucem ſubire? Memineris? An forſan obliuioni mandaſti? Si id memoria tenes, cur talibus orandum eſt? cur per totam uitam ſe debent affligere? quum ſint in gratia ab origine conſtituti, ut de Ioanne, Hieremia, Iacobo, & alijs legitur. Quod tibiipſi dices, mihi reſpondeas. Dices, eis bene agendum eſt ob id, q̃ peccati originem, & fomitem contraxerunt, Qui fomes quoniam niſi ſola morte extingui non poteſt, Ideo per totã uitam afflictio, carniſq; mortificatio ſubeunda. Verba tua ſunt iſta. Quæ ſi ad propoſitum modo meum adduxero, Quid ultra tuam captionem iactabis? Eadem itaq; ratione dicam, qui ueniarum beneficium ſunt aſſecuti, immo multo magis ieiunare,

alia q; afflictionis opera exercere debere, quoniam non ſunt per indulgentias in gratia confirmati, ueluti ij, quos paulo ante referebamus, ut ſcilicet peccati fomitem extinguant, ut in pace, & tranquillitate animi perſeuerent, ut gratiam, quam ſe conſecutos credũt, ſeruent, augeãt, et illis ad maius alterius uitæ lucrũ, gloriæ q; beneficium deſtinetur. Non q̃ de indulgentiarum conſecutione, aut efficacia dubitandum ſit, uel pro peccatis actu cõmiſſis ſatisfaciendum, ut Lutherius deducebat. Qui animo intortus per obliqua ſemper incedit, rectamq; ſemitam ueritatis declinat.

SEXTO loco nobiſcum inchoat aduerſarius noſter, ac colligit, ſed in fine diſſentit, ac ueluti lubricus anguis elabitur, dum ſecum Papam, & eccleſiam (quæ cum Pontifice ſapit) eſſe commemorat. Non eſt, qui dum Lutherium talia proferentem audit, non credat ex ſeipſo ad noſtras partes eſſe conuerſum, & uelle palinodiam canere, q̃ cum Papa, cum eccleſia ſe eſſe dicat, neque cum eccleſia tantum, quam alias ſuo modo ſtatuere uidebatur, Sed cum eccleſia, quæ cum Papa ſapit. Ac ſi dicat, quæ in omnibus eſt illi conformis, à quo regitur, cui ſubiecta eſt. Spirant prima facie hæc Martini uerba reconciliationem, & pacẽ. A quibus ſi ulterius paulo procedatur, indignationem, diſcordiam ſtatim inuenies. Non enim ſatis ſibi uiſum eſt ſuis enigmatibus ſe acerrimum ueritatis hoſtem oſtendere, niſi ſuis mendacijs doli aſtum, & iniquitatis illuſionem adduceret. Mecum eſt Papa inquit. Nam de pœnitentijs, & remiſſiõe cap. cum ex co. eneruationem ſacramentalis pœnitentiæ indulgentias uocat, quæ non eſt impenſio meritorum &c. Non tibi conſtas rudis homo, & pertinax. Si eneruatio ſatisfactionis eſt uenia, quomodo fiat intelligis? ſi non intelligis, tam à ueniarum paginis, & doctiſſimorum hominum editionibus debuiſſes addiſcere. Nam omnes clamant indulgentias pœnas remittere per merita Chriſti. Si uero intelligis. cur ais? Sed eneruatio eiuſmodi, quod eſt pœnæ remiſſio nõ eſt meritorum impenſio, ac ſi nouum quoddam, & inopinatũ adduceres. Supplicia quæ ueniæ laxant, à Chriſti meritis habere, ut dimittãtur, non exprimit Papa. Quoniam id eſſe debet unicuiq; conſpicuum. Quo autem pacto indulgentia ſit ſatisfactionis eneruatio ſupra late docuimus.

QVID ſeptimo inuehitur in ueritatem Lutherius ea confir-

maris, quæ tenemus, & prætexuimus, credens indulgentiarum uim ſuis quibusdam auſis prorſus extinguere? Contritionis gratiam iactat, quæ per Chriſti merita abſq; indulgentijs homini comparatur. Iactet, affirmet, non eſt ꝙ indulgentiæ propterea ex eisdem meritis ſuam non accipiant partem. Bona quidem, & laudabilis, magni q; ingenij tua hæc eſt dialectica Lutheri, dum ſi per contritionem nobis Chriſti merita ſuffragantur, nolis per indulgentias poſſe diſtribui. Ac ſi diceres, hac itur in forū, ergo non illac. Poſſum uno medio finem attingere, Ergo nullo alio. Quæ omnia uel tyrones non neſciunt.

NON eſſent fœliciores in Dei eccleſia qui indulgentijs indigēt, quoniam per bonorum operum exercitium, integramq; uitæ conſuetudinem Chriſti merita fœlicius comparantur, q̃ per indulgentiarum largitatem. Vbi enim meritum maius, ibi maior fœlicitas. Non eget (dices) meritorum Chriſti ſuffragijs tantum, qui labore uitæ quotidie inſudat, quantum qui per indulgentias adiuuatur. Verum eſt. Non eget. Ergo fœlicior, minime. Nam ille quidem fœlicior eſt, qui propria uirtute magis quàm liberalitatis beneficio ad immortalitatem deuehitur.

NEQVE fruſtra Pontificis ſummi authoritas inſtituta eſt, ut theſauros iſtos diſtribuat, ſi alio quidem modo queant fidelibus impertiri. Nam (ut ſæpius dictum eſt) ſapientiſſimus, ac optimus rerum omnium author, & inſtitutor Deus non uno tantū modo, ſed pluribus ad fidelium commoditatem, ad eccleſiæ honorem, ad ſuæ bonitatis, et magnificentiæ amplitudinem uoluit ſeſe nobis (ut ita dicam) infundere. Si itaque (ut ais) per opera noſtra nobis proprie Chriſti merita comparantur, ſi ea ipſa improprie nobis crucem, & afflictionem ad delenda peccata proponant. Dicas quodcunq;, & quomodocunq; uolueris, proprie, uel improprie, nunq̃ per pontificiam poteſtatem, ubi pœnarum debita ſoluta non fuerint, tam in iſto, quàm in futuro ſæculo merita hæc, iſtos theſauros expendi, aut indigentibus diſpenſari nō poſſe docebis.

DIGRESSIO ADVERSVS MARTINI DIgreſſionem, qua non eſſe philoſophorum opera, à noſtris lectionibus abijcienda docetur, ueluti eius præferebat inſania. Cap. XIX.

Vid itaq; crucis, & gloriæ theologum tibi fingis Martine, qui ſit à theologo ſcholaſtico alienus? quid Ariſtotelem te ſuis pingere coloribus (ſi temporis data eſſet occaſio) uelle denuncias? qui non eſſes dignus inter theologos non dicam enumerari (quos negligis, quos peruertis, quos Ariſtotelicos uocas) ſed ne ipſum quidem Ariſtotelem legere. Sanctior es tu, q̃ Thomas? Bonauentura beatior? tot ſanctis Pontificibus ſacratior? tot uiris præſtantiſſimis, & ipſo quidem Auguſtino ſapientiſſimo ſapientior? qui philoſophorum dogmata legi uoluerunt, qui ueritatem à falſitate, lucem à tenebris, aurum puriſſimum à cæteris metallis in eorum libris diſcernere docuerunt, ad catholicæ pietatis augumentum, ad bonæ, beatæq; uitæ inſtitutionem, ad chriſtianæ reip. gloriã, & dignitatem. Inquit enim Auguſtinus .xyiij. de ciuitate dei .xli. cap. Philoſophi etſi falſa ueris immiſcuerunt, inter ipſa eadem falſa nihilominus uerum uidere potuerunt. Et alibi, nullum quidem opus uſq; adeo erroneum eſt, quin aliquid ueritatis in ſeipſo contineat, ueluti de uenenis, ut pro eorum natura comparatum eſt, palam affirmare debemus. Nullum enim tam mortalibus noxium reperitur, qui in ſe aliquid iuuamenti habeat, preſertim ſi alteri obnoxio commiſceatur. Scamoneæ ſuccum perniciosum experientia comprobauit, qui tamen caſſia alijs q; mitioribus medicaminibus admixtus prodeſt, & debitum purgat humorem, opium per ſe ſumptum ſtuporem, immobilitatem, & necem inducit. Si uero cum calidioribus temperetur, confert, et dolentiam tollit. Quid de Teriaca ex ſerpentis (quam uiperam eſſe dicunt) ueneno compoſita ſtatuemus? Quæ inter alia medicamenta (ut omnes phyſici referunt) principatum obtinuit? Velut hæc igitur ſi debite præparentur, ſunt corporeæ ſaluti proficua, ita quæ ab errantibus phyloſophis tradita ſunt, ſi purgentur, ſi deſcernantur, ſi depoſita pauliſper amaritudine cum pietatis dulcedine copulentur, Salubria quidem erunt ſpiritui, & non lectione ſolum, ſed etiam commendatione digniſſima. Ad hæc quo pacto philoſophorum in nos iacta tela, & contorta ſpicula reijciemus, niſi eorum codices, et dogmata legerimus, intellexerimus q;? Credis ne Auguſtinũ aduerſus eos de ciuitate Dei, ubi mundi creationem ſtudet oſtendere, et de trinitate libros potuiſſe conficere ſine lectione eorum, qui de natura naturalibus tantummodo lumi-

nibus affecti locuti ſunt? Deo eſt ſubiecta natura, in qua uelut in enigmatico, & obſcuro quodam ſpeculo (ut more Pauli loquar) ipſe conſpicitur, ac ex uiſibilibus ab eo factis, quæ inuiſibilia ſunt noſtra imbecillitate ſuſpicimus. Inde igitur proficiſcendum eſt, ut paulatim ad tantæ lucis amplitudinem obtuſæ mentis oculos eleuare poſſimus. Nam ſi ſtatim ad immenſum tantæ illius diuinitatis ſplendorem eos uellemus attollere, proculdubio illum ferre non poſſent. Quis deinde (ut unum inter alios philoſophum nominem, tam literarũ ignarus eſt) qui ſi Platonem de animæ immortalitate in phedone, de pulchro in phedro, de primo rerũ principio in Parmenide, de mundi creatione in timæo, de iuſtitia in libris de Rep. de diuina prouidentia in. x. de legibus, de uirtutum præmijs, & uitiorum ſupplicijs perpetuis in alia poſt obitum uita, de conquirenda ſapientia, & fœlicitatis gradibus in epiſtolis, alijsq; rebus diuinis pertractantem legat, inſpiciat, non atteſtabitur ad catholicæ pietatis profeſſionem maxime attinere, ut ab omnibus intelligatur? Tunc enim pius in ſententia maxime confirmatur animus, quum ex impiorum manibus ſuam ueritatem accipiat, & quæ ſuperno quodam, ac diuino afflatu ipſe contingere potuit, ſuſpexiſſe alios, ac ueluti in antris, & ſpecubus conſtitutos de clariſſimis luminibus, tãq̃ de umbris diſſeruiſſe comprehendit. Platonem Moſem attica lingua loquẽtem Numenius appellauit. Quem Dionyſius ariopagita Pauli diſcipulus (ut ex eius libris accipitur) maxime eſt imitatus. Origenes qui inter chriſtianos etiam maxime floruit, licet de erroribus non ſua, ſed aliorum culpa in pluribus accuſetur, eum ipſum habuit in præceptorem. Mitto diuum Auguſtinum qui chriſtianæ reip. æque ac lumen præcipuum, de ideis, de rationibus ſeminalibus, de anima, de rebus itẽ alijs peragens ita Platonem ſapit, ut nõ magis diſciplinam aliam ſapere uideatur. Mitto Iuſtinũ, Panthenum, aliosq; philoſophos Chriſti familiæ diuino ſpiritu aſcitos, qui rem chriſtianã tã fœliciter exercuerunt, ut & philoſophiæ debuerint plurimum, & diuinæ pariter uolũtati. Quæ ex peregrinis ſeminibus in eis tam familiares, & domeſticos fructus ſtatuit inueniri, ut catholicam pietatem martyrio comprobatam ſummopere iuuerint, ac exornauerint. Quid deinde duplicem theologum Martine iactas, crucis alterum, alterum ſcholaſticum appellatum? Quid ſcholaſticum illuſorium uo-

cas à græco uocabulo ethimologiam accipiens? Nanq; ludum literariũ, non illuſoriũ dicitur in frenis, ac mordaciſſimæ linguæ Lutheri. Et hi quidem duo (ſi recte conſiderare uolueris) unus ſunt. Vna enim eſt, & actiua, & contemplatiua theologia, quia una eſt de Deo ſcientia, quæ in geminas iſtas partes diſtinguitur, ut medicina. An neſcis omnem actiuam ſcientiam, à cõtemplatiua principia ſumere? ſi neſcis, diſce, ſi ſapis, cede, & palinodiam concine. Non erubeſcis donum Dei negligere impudens, non uereris id, de quo Deo optimo maximo, immortales gratias habere debemus, & eos pariter, qui magnum inde beneficium ſunt aſſecuti, deteſtari, irridere, & à communi theologorum cætu explodere, ac ſi ſolus ipſe eſſes, & theologus, & philoſophus, & deniq; omniſcius, qui ſuis coloribus audes Ariſtotelẽ pingere, qui ab omnibus impium, inſanum, & præ nimia ambitione furentem te ipſum pingendum prebes. Quid eſt dictu ſuis coloribus uelle Ariſtotelem pingere, niſi ipſum in naturali negocio ſuperare, ac illius dicta prorſus inuertere, doctrinam eius, ac ingenium paruifacere, eo etiam dempto, ꝙ diuino lumine nondum erat affectus, quo abditarum rerum myſteria contemplari ualeret. Ergo ex tuis dictis ò generoſe Martine te nouum philoſophum facis, quum in re naturali Ariſtotelica dogmata paruipendis, quæ iam tot annos ſunt ab omnibus prorſus accepta. Te nouum theologum ſtatuis, ꝙ ſcholaſticam theologiam uituperas, & recte quidem utrunque de teipſo potes, immo debes ingenue profiteri, ꝙ prorſus omnes ſpiritales ſcientiarum, & uirtutum habitus tollas, ꝙ authoritatem pontificiam deſtruas, ꝙ impoſſibilia Chriſtum præcepiſſe confirmes, ꝙ ſanctorum nouam quandam eccleſiam fingas, ꝙ eccleſiæ inſtitutioni de indulgentijs minime cedas, ꝙ Thomam Bonauenturam ſanctiſſimos Dei uiros cum tota ſequacium ſchola hæreticos inferas, dum ſuſcipientibus ſacramentum ſatis eſſe, ut non ponant obijcem, aſſerunt, ꝙ nouas in purgatorio pœnas inſtituis, ꝙ morientibus ſatisfactionem uelut non neceſſariam tollas, ꝙ charitatem ubi merendi locus eſſe non poteſt, proficere uelis, ꝙ cum deſperatione confidentiam manere deponas, ꝙ portenta mille, mille rerum contrarias inuolutiones in re pia moliri non dubites, noua inſuper quotidie (ſi dabitur ut audio) moliturus, quæ te in cœlum tollant, & uere tollant, ut ſis tandem ludibrio,

omnibus, ac ueluti Simonem magum (ueritate dete cta) deniq; in terram corruas, ut ſit in ore omnium Dauidis comprobatum eloquium. Cœlum cœli Domino, Terram autem dedit filijs hominum. Neque aliter ſperandum eſt, Ex iuſto Dei iudicio tuum uinci poſſe mendacium.

FINIS.

EN LAETIFERI VENENI ex Lutherianis dogmatibus effuſi diuerſionē quiſq; (dum uelit) habere pōt. Quem moneo, ut tam pernicioſæ Arboris ſi ſint radices cōuulſæ, intelligat nullā eſſe rōnem cur à ramis, aut ſurculis (qui ſunt innumeri) deinceps contagiū pertimeſcat. Ab ijs enim, quæ in hoc opuſculo redarguuntur, maledictionum cumulus, & aliarum omnium impietatū orta eſt lues. Qua & captiuitas Babilonica (ut impius aſſerebat) & fetidiſſimæ in Deum, & homines blaſphemiæ prodierunt. Vbi ſi quid eſt, quod pijs, ac eruditis auribus ſatiſfaciat, id totum DEO OPTIMO MAXIMO tribuendū, Qui iuſtiſſimus eſt bonorū omnium diſtributor. Dicant quicqd uoluerint alij, quorum mordere ſemper, & detrahere officium eſt. Malo.n. (ut ſapientiſſimi Auguſtini ſententia utar) ab eo, qui falſitatem reprehendit, ut pro ueritate cognitus ſim, damnari, q̄ approbari ab eo, qui illam ſummopere laudauerit.

REGISTRVM.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s
Omnes ſunt Quaterni, preter s, Quinternus.

Florentiæ per Hæredes Philippi Iuntæ. Anno Domini M.D.XXI. Menſe Iunij Leone Decimo Pontifice Maximo.

EX INCVRIA IMPRESSORVM ERRATA
ſerè omnia, quæ in hoc opere continentur. folio.iij.à tergo ſuũ
putredinē, pro ſuam. folio.ix.à fronte a, c ſi, pro acſi. à tergo
quemadmodon, pro quemadmodū. folio.x.à fronte ſententiā
pro ſentēti am. folio.xi.E.a.pro ea. à tergo miluitani, pro mi
liuitani. folio.xij.à fronte apprehendere poterat confiteri, pro
apprehendere poterat, & confiteri. folio.xvi.à tergo. fili Ioan/
nes, pro fili Ioannis. folio.xxi.à tergo. tamquū, pro tanquam.
folio.xxij. à tergo diſipulorum, pro diſcipulorum. folio.xxv.à
fronte potius, pro potuit. à tergo Romanam, pro Romana.
folio.xxviij.à tergo plures, pro pluris. folio.xxix.à fronte faci/
mus, pro facinus. à tergo præuiſum, pro prouiſum. folio.xlij.
à fronte Cyprianis, pro Cypriani. à tergo.ut non curat, pro nō
curat. folio.L.à tergo.repeticio, pro repetito. folio.lvi. à fron
te aut interminata, pro interminatum. & quà, pro quum.
folio.lvij. à fronte eisdē, pro eiusdē. eodē folio omnes, pro orā
tes. exercere, pro exerceri. folio. lxi.à fronte. collocatus, pro
collatus. folio.lxij.à tergo iniungere, pro inungere. folio.lxiij.
à fronte collocatio, pro collatio. folio.lxiiij. à tergo diſcuſione,
pro dicuſſione. folio.xcv. à fronte oblationem, pro ablationē.
folio.cviij. à fronte. Ingenus, pro Ingenuus. folio.cxv. à ter/
go non erit, pro non erat. folio.cxxi. à tergo debent intelligi,
pro debet intelligi. ibidem. retui, pro ritui. folio.cxxij.à fron/
te tam ſacerdotem, pro tam per ſacerdotem. folio.cxxiij. à fron
te. præſumuntur tamen, pro præſumūtur tantum. folio.cxxvi.
à tergo.ꝙ ad nos, pro quo ad nos. folio.cxxxiij.a tergo. qui eo
modo, pro quin eo modo. &c.

